This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 06822923 0

ZEL

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

ORIGENIS ADAMANTII
OPERA OMNIA.

AD
EDITIONEM PARISIENSEM
CAROLI DE LA RUE RECUSA.



NEW YORK PUBLIC LIBRARY

TOMUS II.

WIRCEBURGI,
Ex Officina Libraria STAHELIANA.
M. DCC. LXXX.

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

OPERA OMNIA
SANCTORUM PATRUM
GRÆCORUM
GRÆCE ET LATINE.

VOLUMEN VIII.

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

LIBRI IV. POSTERIORES

CONTRA CELSUM.

CONTINENTUR HOC TOMO II.

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ
ΚΑΤΑ ΚΕΛΣΟΥ.

ΤΟΜΟΣ ε.

Ου την ἀπηγορευμενην πολυλογιαν μεταδιωκοντες, ἀφ᾽ ἧς οὐκ ἐςι φυγειν την ἁμαρτιαν, ἤδη πεμπτου ἀρχομεθα βιβλιου, προς το Κελσου συγγραμμα, ἱερε Αμβροσιε· ἀλλ᾽, ὁση δυναμις, πειρωμενοι μηδεν των ὑπ᾽ αὐτου λεχθεντων παρελθειν ἀβασανιςον, και μαλιςα ἐν οἱς δοξαι ἀν τισι συνετως ἡμων και Ιουδαιων κατηγορηκεναι. και εἰ μεν οἱον τ᾽ ἠν μετα του λογου εἰσελθοντας εἰς την παντος οὑτινοσουν συνειδησιν των ἐντυγχανοντων τῳ ἐκεινου συγγραμματι, ἑκαςον ἐξελκυσαι βελος τιτρωσκον τον οὐ παντῃ πεφραγμενον τῃ πανοπλιᾳ του θεου, και ἐπιθειναι λογικον φαρμακον, θεραπευον το ἀπο Κελσου τραυμα, ποιουν μη ὑγιαινειν τῃ πιςει τους προσερχοντας αὐτου τοις λογοις· τουτ᾽ ἀν πεποιηκειμεν. ἐπει δε τουτο μεν θεου ἐργον ἐςιν, ἀορατως ἐπιδημειν κατα το ἑαυτου πνευμα

μετα

ORIGENIS
CONTRA CELSUM
LIBER V.

I.

Quod jam quintum contra Celſi conſcriptionem librum aggredior, pie Ambroſi, non eo facio, quod multum loqui velim: id enim vetitum eſt, nec fieri ſine peccato poteſt; ſed ut, quoad vires ferre poſſunt, nihil eorum quæ dixit, & ea maxime quæ quibusdam videtur non abſurde nobis Judæisque objectaſſe, non examinatum prætereat. Atque utinam poſſem ſimul cum ſermone penetrare in animos omnium qui in ejus ſcriptum incidunt, indeque telum evellere quo vulneratur quicumque non eſt armatura Dei munitus, idoneumque adhibere remedium vulneri, quo fit ut ejus lectores non ſint *ſani in fide*: hoc equidem nihil fecerim libentius. Sed quoniam ſolius Dei eſt, modo quodam inviſibili adire ſecundum ſuum

μετα τȣ πνευματος χριςȣ, οἱς κρινει δειν ἐπιδημειν· ἡμιν δε, δια λογων και συγγραμματων πειρωμενοις ἀνθρωπους πιςοποιειν, προκειται παντα ποιειν ὑπερ τȣ χρηματισαι ἐργατας ἀνεπαισχυντους, ὀρθοτομουντας τον λογον της ἀληθειας. ἑν δε των παντων ειναι ἡμιν φαινεται, και τα πιθανα τȣ Κελσȣ κατα το δυνατον ἡμιν λυσαι πιςως ποιȣσι το προςεταγμενον ὑπο σȣ. φερ' ἐκθεμενοι τα ἑξης τοις Κελσȣ λογοις, προς ὡς φθασαντες ἀπηντησαμεν (κρινει δε ὁ ἐντυγχανων, ει και ἀνετρεψαμεν) τα προς αὐτα ἐπαγαγωμεν. θεος δε δῳη, μη ψιλῳ και γυμνῳ θειοτητος τῳ ἡμετερῳ νῳ και λογῳ προς το προκειμενον γενεσθαι· ἰν' ἡ πιςις των, ὡς ευχομεθα ὠφεληθηναι, μη ᾐ ἐν σοφια ἀνθρωπων· νουν δε χριςȣ λαβοντες ἀπο τȣ μονȣ διδοντος αὐτον πατρος αὐτȣ, και προς την μετοχην τȣ λογȣ τȣ θεȣ βοηθηθεντες, παν ὑψωμα ἐπαιρομενον κατα της γνωσεως τȣ θεȣ καθελοιμεν· και το οἰημα Κελσȣ καθ' ἡμων και κατα τȣ Ιησȣ ἡμων ἐπαιρομενȣ, ἐτι δε και κατα Μωϋσεως, και των προφητων· ἱνα τȣ διδοντος ῥημα τοις εὐαγγελιζομενοις δυναμει πολλῃ, και ἡμιν τȣτ' ἐπιχορηγουντος, και την πολλην δυναμιν δωρουμενȣ, ἐγγενηται πιςις τοις ἐντευξομενοις ἐν λογῳ και δυναμει τȣ θεȣ.

Προκειται ȣν νυν την ȣτως ἐχουσαν αὐτȣ ἀνατρεψαι λεξιν· Θεος μεν, ὠ Ιȣδαιοι και χριςιανοι, και θεȣ παις ȣδεις ȣτε κατηλθεν, ȣτε κατελθοι. εἰ δε τινας ἀγγελους φατε, τινας τουτους λεγετε, θεους, ἠ ἀλλο τι γενος; ἀλλοτι, ὡς εἰκος, τȣς δαιμονας. προς ταυτα δε παλιλλογουντι τῳ Κελσῳ (ἀνωτερω γαρ ἠδη πολλακις ταυτ' αὐτῳ λελεκται) ȣκ ἀναγκαιον ἐπι πλειον διαλεχθηναι· ἀρκεσει γαρ τα εἰς τȣθ' ἡμιν λελεγμενα. ὀλιγα δ' ἀπο πλειονων, ἁ δοκουμεν ειναι συναδοντα μεν τοις προειρημενοις, ȣ τον αὐτον δε παντη ἐκεινοις ἐχοντα νουν, ἐκθησομεθα· ἐν οἱς παραςησομεν, ὁτι καθολικως ἀποφηναμενος θεον ȣδενα προς ἀνθρωπȣς κατεληλυθεναι, ἠ θεȣ παιδα, ἀναιρει και τα ὑπο των πολλων περι θεȣ ἐπιφανειας

φανειας

Spiritum una cum Chriſti Spiritu eos, ad quos venire judicat operæ pretium; nobis, qui cum ſermone tum ſcriptis homines ad fidem conamur adducere, id unum propoſitum eſt omnia efficere, ut vocemur *operarii inconfuſibiles*, *recte tractantes verbum veritatis*. Unum autem ex iis omnibus videtur eſſe, ſi tuis juſſis fideliter obtemperans, pro viribus enitar convellere quæ Celſo ſimilia veri viſa ſunt. Quare age, nunc refellamus quæ Celſus addit iis quæ jam ante repulimus. An etiam everterimus, lectoris eſto judicium. Faxit Deus ut ne ad hanc diſputationem afferamus animum ſermonemque nudum ac divinitate vacuum, ſine qua fides eorum quibus prodeſſe cupimus, humana tantum ſapientia niteretur: ſed ut Spiritu Chriſti accepto ab eo, qui ſolus illum dat pater, & ad intelligendum Dei Verbum adjuti, *omnem altitudinem contra cognitionem Dei ſe extollentem* deſtruamus, ſimulque Celſi faſtum, quo in nos, in Jeſum noſtrum, in Moyſen & Prophetas inſoleſcit, reprimamus. Faxit ille, inquam, qui *dat verbum Evangelizantibus virtute multa*, ut, eodem verbo nobis conceſſo, multaque virtute data, fides verbo & poteſtate Dei firmata in lectoribus innaſcatur.

2. Ac primum quidem refutanda ſunt hæc ejus verba: *Neque Deus, o Judæi & Chriſtiani, neque Dei filius aut deſcendit aut deſcendet. Quod ſi de Angelis iſtud intelligendum eſſe dixeritis; quinam illi ſint, dicite. Dii ne ſunt, an quod aliud genus? Audio, ſunt quid aliud, nempe dæmones.* Celſo ſæpius eadem iteranti (jam enim hæc in ſuperioribus non ſemel dixerat) nihil neceſſe eſt pluribus reſpondere. Satis fuerint ea quæ hactenus attulimus. Pauca tamen ex pluribus, conſona quidem jam dictis, ſed quæ non omnino eumdem habent ſenſum, referemus. Hinc enim palam fiet Celſum, cum generatim negat ad homines deſcendiſſe ullum Deum aut Dei filium, evertere ſua-

φανειας δοξαζομενα, και ὑπ' αὐτȣ ἐν τοις ἀνωτερω προειρημενα. εἰ γαρ καθολȣ λελεγμενον το, Θεος και Θεȣ παις ȣ̓δεις κατηλθεν, ȣ̓δε κατελθοι, ἀληθως τῳ Κελσῳ εἰρηται· δηλονοτι ἀνῄρηται το, εἰναι θεους ἐπι γης, κατελθοντας ἐξ ȣ̓ρανȣ, ἱνα ἠτοι μαντευσωνται τοις ἀνθρωποις, ἠ δια χρησμων θεραπευσωσι· και ȣ̓τε ὁ Πυθιος, ȣ̓τ' Ασκληπιος, ȣ̓τ' ἀλλος τις των νενομισμενων τα τοιαυτα ποιειν, θεος ἀν εἰη καταβας ἐξ ȣ̓ρανȣ· ἠ θεος μεν ἀν εἰη, ἀει δε λαχων οἰκειν την γην, και ὡσπερει φυγας τȣ τοπȣ των θεων· ἠ τις των μη ἐξȣσιαν ἐχοντων κοινωνειν τοις ἐκει θεοις εἰη ἀν· ἠ ȣ̓ θεοι εἰεν ὁ Απολλων και ὁ Ασκληπιος, και ὁσοι ἐπι γης τι ποιειν πεπιστευμενοι εἰσιν· ἀλλα τινες δαιμονες των ἐν ἀνθρωποις σοφων, και ἐπι την ἀψιδα τȣ ȣ̓ρανȣ δια την ἀρετην ἀναβαινοντων, πολλῳ χειρους.

Ορα δη ὁτι βȣλομενος τα ἡμετερα ἀνελειν, ὁ μη ὁμολογησας δι' ὁλȣ τȣ συγγραμματος Επικȣρειος εἰναι, προς τον Επικȣρον αὐτομολων ἐλεγχεται. ὡρα δη σοι τῳ ἐντυγχανοντι τοις Κελσȣ λογοις, και συγκατατιθεμενῳ τοις προκειμενοις, ἠτοι ἀναιρειν το θεον ἐπιδημειν, προνοουμενον ἀνθρωπων των καθ' ἑνα· ἠ τιθεντι το τοιουτον, ψευδοποιειν τον Κελσȣ λογον. εἰ μεν οὐν παντῃ προνοιαν ἀναιρεις, ψευδοποιησεις αὐτȣ τȣς λογους, ἐν οἱς τιθησι θεους και προνοιαν, ἱνα ταυτα φησῃς εἰναι ἀληθη· εἰ δε τιθης οὐδεν ἡττον προνοιαν, ὡς ȣ̓ συγκατατιθεμενος Κελσῳ λεγοντι μητε θεον, μητε θεȣ παιδα κατεληλυθεναι, ἠ κατερχεσθαι προς ἀνθρωπȣς· δια τι οὐχι ἐπιμελως ἐξετασεις ἐκ των περι Ιησȣ ἡμιν λελεγμενων, και των περι αὐτȣ προφητευομενων, τινα μαλλον χρη νομιζειν θεον και θεȣ παιδα κατεληλυθεναι προς ἀνθρωπȣς; τον τοσαυτα οἰκονομησαντα και ποιησαντα Ιησȣν, ἠ τȣς προφασει χρησμων και μαντειων μη ἐπανορθȣντας μεν τα ἠθη των θεραπευομενων, και προσετι δ' ἀποσαν-

ditus opinionem apud multos pervulgatam & a ſe ipſo ſupra propugnatam, Deum inter homines apparuiſſe. Et certe ſi verum eſt quod univerſim ait, nec ullum Deum, nec Dei filium deſcendiſſe aut deſcenſurum eſſe; fruſtra ſunt qui putant eſſe deos qui e cœlo delabuntur in terram, ut vel homines de futuris rebus præmoneant, vel morbis per oracula medeantur. Igitur nec Pythius, nec Æſculapius, nec alius quilibet ex iis, a quibus hæc fieri vulgaris fert opinio, Deus fuerit in terram delapſus; aut ſi Deus ſit, Deus eſt a ſede deorum exul atque extorris quique terram perpetuo incolendam accepit; aut unus ex illis eſt, quibus deorum conſortio frui non datur: aut omnino non dii ſunt Apollo & Æſculapius & quotquot in terra quidpiam facere creduntur; ſunt potius quidam dæmones multo iis hominibus inferiores, qui ſapientia claruerunt quosque virtus ad cœlum evexit.

3. Ex iis vide Celſum, dum noſtra diruere molitur, totum Epicureum eſſe, quamvis iſtud nusquam ſui ſcripti fateatur. Quisquis igitur Celſi ſermones legis & approbas; aut negandum tibi eſt Deum huc advenire, qui ſingulis hominibus proſpiciat; aut hoc ſi admiſeris, Celſus mendacii arguendus. Sin autem, ut hæc Celſi vera ſint, providentiam ſuſtuleris; falſum erit quod alio in loco affirmat, *deos eſſe & providentiam.* Quod ſi Celſo neganti *Deum aut Dei filium deſcendiſſe ad homines aut deſcenſurum eſſe* non aſſenſeris, providentiamque confiteris; cur ex iis quæ de Jeſu diximus & quæ de illo Prophetæ vaticinati ſunt, non diligenter perpendis, uter magis habendus ſit Deus & Dei filius ad homines delapſus, Jeſusne qui tanta conſtituit & perfecit; an illi qui ſuis oraculis & divinationibus tantum abeſt ut ſuorum cultorum mores emendent, ut contra illos deducant a ſincero illo caſtoque cultu qui rerum omnium conditori de-

ἀποςαντας της εἰλικρινους και καθαρας προς τον των ὁλων ποιητην σεβασμιȣ τιμης· και σχιζοντας την των προσεχοντων αὐτοις ψυχην προφασει τιμης πλειονων θεων, ἀπο τȣ ἑνος και μονȣ ἐναργους και ἀληθινȣ θεȣ;

Επει δε μετα ταυτα, ὡς ἀποκριναμενων ἀν Ιȣδαιων ἡ χριςιανων περι των προς ἀνθρωπους καταβαινοντων, ὁτι εἰεν ἀγγελοι, φησιν, εἰ δε τινας ἀγγελους φατε· και προσεπερωτα λεγων, τινας τȣτους λεγετε; θεους, ἡ ἀλλο τι γενος; εἰτα παλιν οἱονει ἀποκριναμενους ἀγει, ὁτι ἀλλο τι, ὡς εἰκος, τȣς δαιμονας· φερε, και ταυτα κατανοησωμεν. ὁμολογουμενως μεν γαρ ἀγγελους φαμεν λειτουργικα ὀντας πνευματα, και εἰς διακονιας ἀποςελλομενα δια τȣς μελλοντας κληρονομειν σωτηριαν· ἀναβαινειν μεν προσαγοντας τας των ἀνθρωπων ἐντευξεις, ἐν τοις καθαρωτατοις τȣ κοσμȣ χωριοις ἐπȣρανιοις, ἡ και τοις τουτων καθαρωτεροις ὑπερȣρανιοις· καταβαινειν δ᾽ αὐ ἐκειθεν, φεροντας ἑκαςῳ κατ᾽ ἀξιαν των ἀπο θεȣ τι αὐτοις διακονειν τοις εὐεργετȣμενοις προστασσομενων. τȣτους δη ἀγγελους ἀπο τȣ ἐργȣ αὐτων μεμαθηκοτες καλειν, εὑρισκομεν αὐτους, δια το θειους εἰναι, και θεους ἐν ταις ἱεραις ποτε ὀνομαζομενȣς γραφαις· ἀλλ᾽ ὐχ ὡςε προστασσεσθαι ἡμιν τȣς διακονουντας, και φεροντας ἡμιν τα τȣ θεȣ, σεβειν και προσκυνειν ἀντι τȣ θεȣ. πασαν μεν γαρ δεησιν, και προσευχην, και ἐντευξιν, και εὐχαριςιαν, ἀναπεμπτεον τῳ ἐπι πασι θεῳ, δια τȣ ἐπι παντων ἀγγελων ἀρχιερεως, ἐμψυχȣ λογȣ και θεου. δεησομεθα δε και αὐτȣ τȣ λογȣ, και ἐντευξομεθα αὐτῳ, και εὐχαριςησομεν, και προσευξομεθα δε, ἐαν δυνωμεθα κατακουειν της περι προσευχης κυριολεξιας και καταχρησεως.

Αγγελους γαρ καλεσαι μη ἀναλαβοντας την ὑπερ ἀνθρωπȣς περι αὐτων ἐπιςημην, ὐκ εὐλογον. ἱνα δε καθ᾽ ὑποθεσιν ἡ περι αὐτων ἐπιςημη, θαυμασιος τις ὐσα και ἀποῤῥητος, καταληφθῃ· αὐτη ἡ ἐπιςημη, παραςησασα την φυσιν αὐτων, και ἐφ᾽ οἱς εἰσιν ἑκαςοι τεταγμενοι, ὐκ ἐασει ἀλλῳ θαῤῥειν εὐχεσθαι, ἡ τῳ προς

ferri debet, & animos eorum, qui inter ipſorum cultores nomen profitentur ſuum, ab uno, ſolo, manifeſto veroque Deo avellant hoc nomine, ſic pietatem ad plures deos pertinere.

4. Deinde, quaſi Judæi & Chriſtiani ſuam de iis, qui ad homines deſcenderunt, mentem aperuiſſent reſpondiſſentque eſſe Angelos: *Si Angelos dicitis*, rogat, *quinam ſint explicate. Dii-ne, an quod aliud genus?* Tum quaſi reſponſum ab eis tuliſſet: *Vos audio*, inquit, *ſunt quid aliud, nempe dæmones.* Hic tantiſper immoremur. Fatemur angelos eſſe *adminiſtratorios ſpiritus in miniſterium miſſos propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis;* illos modo ad puriſſima eaque cœleſtia loca, aut etiam ſupra cœlos ad puriores ſedes aſcendere ad offerendas hominum preces; modo illinc delabi, ut unicuique afferant, quod illi Deus pro meritis conferri juſſit. Etſi vero Angeli, quos a ſuo officio ſic appellatos didicimus, dii etiam aliquando in ſacris ſcripturis nominantur, propterea quod divini ſunt; nusquam tamen ibi præceptum reperias, ut, qui Deo debetur cultus, eodem proſequamur eos, quorum nobis miniſtrandi Deique dona afferendi negotium eſt. Nam omnes poſtulationes, precationes, orationes, gratiarum actiones ad Deum oportet dirigere per ſummum ſacerdotem omnibus Angelis ſuperiorem, Verbum vivum & Deum. Quin & hoc ipſum Verbum orabimus, illi feremus preces, illi gratias agemus, illi vota faciemus; ſi modo propriam precationis poſſimus ab impropria ſecernere notionem.

5. Verum Angelos, quorum cognitio quæ ſupra hominem eſt, comparata non fuerit, a nobis invocari, recta ratio non patitur. Age porro comparata fuerit admirabilis illa & arcana Angelorum cognitio. Tum quidem eorum natura & officia, quibus funguntur, nota erunt: ſed hoc ipſum abſterrebit, ne pre-

ταυτα διαιρᾳν ἐπι πασι Θεῳ, δια τȣ Σωτηρος ἡμων υ
τȣ Θεȣ· ὃς ἐςι λογος, και σοφια, και ἀληθεια, και ὅσ
ἀλλα λεγȣσι περι αὐτȣ αἱ των προφητων τȣ Θεȣ και τ
ἀποςολων τȣ Ιησȣ γραφαι. ἀρκει δε προς το ἱλεως ἡμ
τȣς ἁγιους ἀγγελους εἶναι τȣ Θεȣ, και παντα πραττ
αὐτους ὑπερ ἡμων, ἡ προς τον Θεον διαθεσις ἡμων, ὁσ
δυναμις ἀνθρωπινῃ φυσει, μιμȣμενη την ἐκεινων προα
ρεσιν, μιμȣμενων αὐτων τον θεον· και ἡ προς τον υἱον α
τȣ λογον, κατα το ἐφικτον ἡμιν, διαληψις, ȣ̓κ ἐναντι
μενη τῃ τρανωτερᾳ περι αὐτȣ διαληψει των ἁγιων ἀγγ
λων, ἀλλ' ἐπ' ἐκεινην ὁσημεραι τῃ τρανοτητι και διαρθρ
σει σπευδουσα. ὡς μη ἀναγνους δε τας ἱερας ἡμων γρ
φας ὁ Κελσος ἑαυτῳ ἀποκρινεται ὡς ἀφ' ἡμων, ὅτι ἀλλ
τι γενος παρα Θεȣς φαμεν τȣς καταβαινοντας ἐπ' εὐεργ
σιᾳ των ἀνθρωπων ἀγγελους, και φησιν, ὡς το εἰκο
λεχθηναι ἀν αὐτους ὑφ' ἡμων δαιμονας· ȣ̓χ ὁρων, ὅτι
των δαιμονων ὀνομα ȣ̓δε μεσον ἐςιν, ὡς το των ἀνθρ
πων, ἐν οἱς τινες μεν ἀςειοι, τινες δε φαυλοι εἰσιν· ȣ̓
ἀςειον, ὁποιον ἐςι το των θεων, τασσομενον ȣ̓κ ἐπι φα
λων δαιμονιων, ἡ ἐπι ἀγαλματων, ἡ ἐπι ζωων· ἀλ
ὑπο των τα θεȣ ἐγνωκοτων, ἐπι των ἀληθως θειοτερω
και μακαριων. ἀει δ' ἐπι των φαυλων ἐξω τȣ παχυτ
ρȣ σωματος δυναμεων τασσεται το των δαιμονων ὀν
μα, πλανωντων και περισπωντων τȣς ἀνθρωπους, κ
καθελκοντων ἀπο τȣ θεȣ και των ὑπερȣρανιων ἐπι τα τ
δε πραγματα.

Μετα ταυτα δε τοιαυτην ἐκτιθεται περι Ιȣδαιων λ
ξιν· πρωτον οὐν των Ιουδαιων θαυμαζειν ἀξιον, εἰ τ
μεν ȣ̓ρανον και τȣς ἐν τῳδε ἀγγελους σεβουσι· τα σεμ
νοτατα δε αὐτȣ μερη και δυνατωτατα, ἡλιον, και σελ
νην, και τȣς ἀλλους ἀςερας, ἀπλανεις τε και πλανητα
ταυτα παραπεμπουσιν. ὡς ἐνδεχομενον, το μεν ὁλ
εἶναι θεον, τα δε μερη αὐτȣ μη θεια· ἡ τȣς μεν ἐν σκοτ
πȣ ἐκ γοητειας ȣ̓κ ὀρθης τυφλωττουσιν, ἡ δι' ἀμυδρ
φασματων ὀνειρωττουσιν ἐγχριμπτειν λεγομενους,

μαλα

ces alii ferantur, quam ſufficienti ad omnia Deo per Salvatorem noſtrum Dei filium, qui Verbum eſt, & ſapientia, & veritas, & quidquid de illo Prophetarum Dei Apoſtolorumque Jeſu ſcripta prodiderunt. Atque ut Angeli nobis propitii ſint noſtrique gratia omnia faciant, ſatis eſt ſi, quantum per humanæ naturæ vires licet, erga Deum ita ſimus affecti, ac illi; eorum propoſitum imitantes quemadmodum & ipſi Deum imitantur; & præterea nobis ea ſit filii ejus Verbi notio, quæ non ſolum clariori illi, quam Angeli ſancti de illo habent, non repugnet, ſed quæ etiam clarior in dies explanatiorque facta ad illam accedere contendat. Unde quod Celſus reſpondet ſibi quaſi verbis noſtris, *Angelos, qui ad præſtanda hominibus beneficia deſcendunt, eſſe aliquod genus diverſum a diis, eosque probabiliter eſſe dæmones:* id hominis eſt qui ſacras noſtras ſcripturas non legit. Nec videt dæmonum nomen haudquaquam eſſe aut indifferens, ut eſt hominum inter quos boni ſunt & mali; aut bonum, quale eſt deorum quod nec malis dæmonibus, nec ſimulacris, nec animalibus datur a rerum divinarum peritis, ſed naturis vere divinis & beatis; hoc autem dæmonum nomen tribui ſemper maleficis illis poteſtatibus craſſiori corpore ſolutis, quæ homines in errorem inducunt aguntque transverſos, & a Deo rebusque cœleſtibus avocatos ad hæc ima deprimunt.

6. Poſtea ſic de Judæis loquitur: *Hoc primum de Judæis mihi mirum accidit, quod, quamvis cœlum, & qui in illo ſunt Angelos venerentur; ſolem tamen, lunam aliasque ſtellas cum fixas tum errantes, quæ certe ſunt auguſtiſſimæ & potentiſſimæ cœli partes, minime colenda eſſe judicent. Quaſi hæc ſimul cohærere poſſent, totum eſſe Deum & partes totius non eſſe divinas: quaſi fas eſſet ſummo honore proſequi eos, qui in tenebris alicubi vi improbæ artis magicæ occæcatis, aut per obſcura ſpectra ſomniantibus apparere*

μαλα θρησκευειν. τȣς δ' εναργως ȣτω και λαμπρως απασι προφητευοντας, δι' ών ὑετους τε και θαλπη, και νεφη, και βροντας (ἁς προσκυνȣσι) και αςραπας, και καρπους, και γονας ἁπασας ταμιευεσθαι, δι' ών αὐτοις ανακαλυπτεσθαι τον θεον, τȣς φανερωτατους των ανω κηρυκας, τȣς ὡς αληθως ȣρανιους αγγελους, τουτους ἡγεισθαι το μηδεν. εν τουτοις δε δοκει μοι συγκεχυσθαι ὁ Κελσος, και απο παρακουσματων, ἁ μη ᾔδει, γεγραφεναι· σαφες γαρ τοις τα Ιȣδαιων εξεταζουσι, και τα χριςιανων εκεινοις συναπτουσιν, ότι τῳ μεν νομῳ ακολουθουντες Ιȣδαιοι λεγοντι εκ προσωπȣ θεȣ, ȣκ εσονται σοι θεοι ἑτεροι πλην εμȣ, ȣ ποιησεις σεαυτῳ ειδωλον, ȣδε παντος ὁμοιωμα, ὁσα εν τῳ ȣρανῳ ανω, και ὁσα εν τη γη κατω, και ὁσα εν τοις ὑδασιν ὑποκατω της γης, ȣ προσκυνησεις αὐτοις, ȣδε μη λατρευσεις αὐτοις· ȣδεν αλλο σεβουσιν, ἡ τον επι πασι θεον, ὁς εποιησε τον ȣρανον, και τα λοιπα παντα. δηλον δ' ότι οἱ κατα τον νομον βιουντες, σεβοντες τον ποιησαντα τον ȣρανον, ȣ συσσεβουσι τῳ θεῳ τον ȣρανον. αλλα και τȣς εν τῳ ȣρανῳ αγγελους ȣδεις των δουλευοντων τῳ Μωϋσεως νομῳ προσκυνει· ὁμοιως δε τῳ μη προσκυνειν ἡλιον, και σεληνην, και τȣς αςερας, τον κοσμον τȣ ȣρανȣ, απεχονται τȣ προσκυνειν ȣρανον και τȣς εν αὐτῳ αγγελους, πειθομενοι τῳ λεγοντι νομῳ, και μη αναβλεψας εις τον ȣρανον, και ιδων τον ἡλιον, και την σεληνην, και τȣς αςερας, παντα τον κοσμον τȣ οὐρανου, πλανηθεις προσκυνησεις αὐτοις και λατρευσεις αὐτοις· ἁ απενειμε κυριος ὁ Θεος σȣ αὐτα πασι τοις εθνεσιν.

Αλλα και ἑαυτῳ λαβων, ὡς αρα θεον νομιζουσι τον ȣρανον Ιȣδαιοι, τȣτο ὡς ατοπον επιφερει, εγκαλων τοις προσκυνουσι μεν τον ȣρανον, οὐχι δε και τον ἡλιον, και την σεληνην, και τȣς αςερας, ότι τȣτο ποιȣσιν Ιȣδαιοι, ὡς ενδεχομενον, το μεν ὁλον ειναι θεον, τα μερη δ' αὐτȣ μη θεια· και ὁλον μεν εοικε λεγειν τον ȣρανον, μερη δ' αὐτȣ ἡλιον, και σεληνην, και αςερας. ȣ λεγουσι μεν οὐν σαφως ȣτ' Ιȣδαιοι ȣτε χριςιανοι τον οὐρανον θεον. αλλα

διδο-

parere dicuntur; illos vero nihili pendere illuſtriſſimos rerum ſupra nos poſitarum præcones, illos vere cæleſtes Angelos, qui tam perſpicua omnibus tam ſplendida vaticinia edunt, qui pluvias, æſtus, nebulas, tonitrua ab ipſis adorata, fulgura, fructus, proventus omnes adminiſtrant, quibus denique Dei cognitionem debent. Hic mihi Celſus videtur in perturbatione verſatus ſcripſiſſe quæ neſciebat, aut quæ male intellexerat. Liquet enim res Judæorum examinanti & cum Chriſtianorum rebus conferenti, nihil aliud a Judæis adorari præter Deum cœli rerumque omnium conditorem. Quippe qui legem ſequuntur a Deo ſancitam his verbis: *Non erunt tibi alii dii præter me: non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, quæ eſt in cœlo deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorum quæ ſunt in aquis ſub terra. Non adorabis ea, neque coles.* Inde patet, qui ex præſcripto legis vivunt & creationem cœli adorant, ab iis eodem in honore cœlum non haberi. Neque etiam Angelos, qui in cœlo ſunt, adorat, quiſquis Moſaïcam legem obſervat. Quemadmodum enim ſolem & lunam & ſtellas, mundi ornamenta, non adorant; ſic cœlo & Angelis qui in illo ſunt, hunc honorem habere refugiunt: obſequentes huic legi: *Ne elevatis oculis ad cœlum, videas ſolem & lunam & aſtra, omne ornamentum cœli, & errore deceptus adores ea & colas, quæ creavit Dominus Deus tuus in miniſterium cunctis gentibus.*

7. Poſtquam vero ſibi ſumſit Celſus cœlum a Judæis pro Deo haberi, hinc ut abſurdum colligit vitioque illis ducit, quod, tametſi cœlum adorant, nec ſolem tamen, nec lunam, nec ſtellas eodem cultu dignentur; quaſi fieri poſſet ut partes totius, quod Deus eſt, non eſſent divinæ. Quod hic totum appellat, id videtur eſſe cœlum; cœli autem partes, ni fallor, ſolem & lunam & aſtra intelligit. At cer-

δεδοσθω κατ' αὐτον, λεγεσθαι ὑπο Ιȣδαιων θεον εἶναι τον ȣ̓ρανον· ἐστω δε και μερη τȣ ȣ̓ρανȣ ἡλιος, και σεληνη, και ἀστερες· (ὁπερ ȣ̓ παντως ἐστιν ἀληθες· οὐδε γαρ τα ἐπι γης ζωα και φυτα μερη γης·) ποθεν δη και καθ' Ελληνας ἀληθες, ὁτι, ἐαν ὁλον τι θεος ᾖ, ἠδη και τα μερη αὐτȣ ἐστι θεια; σαφως δη τον ὁλον κοσμον λεγουσιν εἶναι θεον, Στωϊκοι μεν τον πρωτον· οἱ δ' ἀπο Πλατωνος τον δευτερον· τινες δ' αὐτων τον τριτον. ἀρ' οὐν κατα τȣς τοιȣτȣς, ἐπει το ὁλον ὁ κοσμος θεος ἐστιν· ἠδη και τα μερη αὐτȣ θεια· ὡς εἶναι θεια, ȣ̓ μονον ἀνθρωπους, ἀλλα και παντα τα ἀλογα ζωα, μερη ὀντα τȣ κοσμȣ, προς δε τουτοις και τα φυτα; εἰ δε μερη τȣ κοσμȣ και οἱ ποταμοι, και τα ὀρη, και αἱ θαλασσαι· ἀρ' ἐπει ὁλος ὁ κοσμος θεος ἐστιν, ἠδη και οἱ ποταμοι και αἱ θαλασσαι θεοι εἰσιν; ἀλλ' ȣ̓δε τȣτο φησȣσιν Ελληνες· τȣς δ' ἐπιστατουν- 4
τας (ἠ ἀρα δαιμονας, ἠ θεους, ὡς ἐκεινοι ὀνομαζουσι) ποταμοις και θαλασσαις, τȣτȣς ἀν λεγοιεν θεους· ὁθεν και το καθολικον Κελσȣ γινεται και καθ' Ελληνας, τȣς την προνοιαν εἰσαγοντας, ψευδος, ὁτι ἐαν τι ὁλον ᾖ θεος, παντως τα μερη τȣτȣ ἐστι θεια· ἀκολουθει δε τῳ Κελσȣ λογῳ, ἐαν θεος ᾖ ὁ κοσμος, παντα τα ἐν αὐτῳ εἶναι θεια, μερη ὀντα τȣ κοσμȣ. και κατα τȣτο θεια ἐσται ζωα μυιαι, και σκνιφες, και σκωληκες, και παν το των ὀφεων εἶδος· ἀλλα και το των ὀρνεων, και το των ἰχθυων. ἁπερ ȣ̓δ' οἱ λεγοντες θεον εἶναι τον κοσμον φησȣσιν. οἱ δε κατα τον Μωϋσεως νομον βιȣντες Ιȣδαιοι, κἀν μηδε εἰδωσιν ἐκδεχεσθαι κεκρυμμενως εἰρημενον τȣ νομȣ βȣλημα, και ἀπορρητον τι ἐμφαινον, ȣ̓τε τον ȣ̓ρανον φησȣσιν εἶναι θεον, ȣ̓τε τους ἀγγελους.

Επει δε φασκομεν αὐτον συγκεχυσθαι ἐκ τινων παρακουσματων· φερε, και ταυτα ἡμεις, κατα το δυνατον

ἡμιν,

tum eſt cœlum nec a Judæis nec a Chriſtianis Deum dici. Sed eſto Judæi dixerint cœlum eſſe Deum. Largior id quoque ſolem, lunam & ſtellas eſſe cœli partes; quod tamen non eſt undecumque verum: nec enim plantæ & animalia cenſentur terræ partes, quamvis in terra ſint Sed ſi totum ſit Deus, idcirco partes ejus eſſe divinas, ecquis vel Græcorum conceſſerit? Palam quidem illi mundum univerſum eſſe Deum profitentur: eum pro primo Deo Stoïci, pro ſecundo Platonici, quidam pro tertio habent. Ergo-ne ex illis, quia mundus totus eſt Deus, continuo partes ejus divinæ ſunt, ita ut non ſolum homines, ſed brutæ etiam animantes omnesque plantæ quæ partes mundi ſunt, divinitatis ſint participes? Si autem flumina, montes, maria mundi ſunt partes, an quia Deus eſt mundus totus, eam ob rem hæc omnia dii ſunt? Certe id nemo Græcorum dixerit: ſed potius eos, qui (ſive dæmones ſint, ſive dii, ut illi vocant) fluminibus & maribus præſunt, pro diis habendos eſſe. Falſum igitur eſt, etiam ex Græcis qui providentiam admittunt, id quod Celſus in univerſum aſſerit, ſi totum quid eſt Deus, neceſſe eſſe ut partes ejus divinæ ſint. Sequitur autem ex illius ſententia, ſi mundus eſt Deus, omnia quæ in illo ſunt, utpote partes ejus, diis eſſe adnumeranda: conſequens item eſt, ut animantes quæque, muſcæ, culices, vermes, omne ſerpentum genus, omnes volucrum piſciumque ſpecies, inter deos referri debeant. Quod nec aſſentientur ii qui mundum Deum eſſe dictitant. Judæi autem qui ad Moſaïcam legem vitam exigunt, etiamſi non poſſint ea legis quæ obſcure ſcripta ſunt & quid reconditum continent interpretari; numquam tamen dicent cœlum aut Angelos in deos eſſe conferendos.

8. Quoniam vero diximus Celſum ex quibusdam male intellectis in perturbationem incidiſſe, id nunc

pro

ἡμιν, τρανωσωμεν, και παραςησωμὲν ὁτι, Κελσȣ νομιζοντος Ιȣδαϊκον ἐιναι το προσκυνειν ȣ̓ρανῳ και τοις ἐν αὐτῳ ἀγγελοις, ȣ̓κ Ιȣδαϊκον μεν το τοιȣτον, παραβατικον δε Ιουδαϊσμου ἐςιν· ὡσπερ και το προσκυνειν ἡλιῳ, και σεληνῃ, και ἀςροις, ἀλλα και τοις ἀγαλμασιν: ἐυρησεις γουν μαλιςα ἐν τῳ Ιερεμιᾳ τον τȣ Θεȣ λογον, δια τȣ προφητȣ μεμφομενον τῳ Ιȣδαιων λαῳ, ὡς προσκυνουντι τα τοιαυτα, και θυοντι τῃ βασιλισσῃ τȣ ȣ̓ρανȣ, και πασῃ τῃ ςρατιᾳ τȣ ȣ̓ρανȣ. δηλουσι δε και οἱ χριςιανων λογοι, κατηγορουντες των ἐν Ιȣδαιοις ἁμαρτανομενων, ὁτι Θεȣ ἐγκαταλειποντος τον λαον ἐκεινον ἐπι τισιν ἁμαρτημασιν, και ταυτ' αὐτοις ἡμαρτανετο. ἐν μεν γαρ ταις πραξεσι γεγραπται των ἀποςολων περι Ιȣδαιων, ὁτι ἐςρεψε δε ὁ Θεος, και παρεδωκεν αὐτους λατρευειν τῃ ςρατιᾳ τȣ ȣ̓ρανȣ· καθως γεγραπται ἐν βιβλῳ των προφητων, μη σφαγια και θυσιας προσηνεγκατε μοι ἐν τῃ ἐρημῳ τεσσαρακοντα ἐτη, οἰκος Ισραηλ; και ἀνελαβετε την σκηνην τȣ Μολοχ, και το ἀςρον τȣ Θεȣ Ρεμφαν, και τυπους ȣ̔ς ἐποιησατε προσκυνειν αὐτοις. παρα δε τῳ Παυλῳ, ἀκριβως τα Ιȣδαιων παιδευθεντι, και ὑςερον ἐκ παραδοξȣ ἐπιφανειας Ιησȣ χριςιανισαντι, τοιαυτ' ἐν τῃ προς Κολασσαεις λελεκται, μηδεις ὑμας καταβραβευετω θελων ἐν ταπεινοφροσυνῃ και θρησκειᾳ των ἀγγελων, ἁ μη ἑωρακεν ἐμβατευων, ἐικη φυσιουμενος ὑπο τȣ νοος της σαρκος αὐτȣ· και ȣ̓ κρατων την κεφαλην, ἐξ ȣ̔ παν το σωμα, δια των ἁφων και συνδεσμων ἐπιχορηγουμενον και συμβιβαζομενον, αὐξει την αὐξησιν τȣ Θεȣ. ταυτα δε μητ' ἀναγνους, μητε μαθων ὁ Κελσος, ȣ̓κ οἰδα ὁπως πεποιηκεν ὡς ȣ̓ παρανομουντας Ιȣδαιους προσκυνειν τῳ ȣ̓ρανῳ και τοις ἐν αὐτῳ ἀγγελοις.

Ετι δ' ὑποσυγκεχυμενος; και μη ἐπιμελως ἰδωντα κατα τον τοπον, ᾠηθη ἀπο των ἐν μαγγανειαις και γοητειαις ἐπῳδων προτραπεντας Ιουδαιους, ἐκ τινων κατα τας ἐπῳδας φασματων ἐπιφαινομενων τοις ἐπαδουσι, προσκυνειν τȣς ἐν ȣ̓ρανῳ ἀγγελους· ȣ̓ συνιδων, ὁτι και τȣτο παρα τον νομον τοις γε ταυτα ποιουσιν ἐγινετο λεγοντα,

pro viribus declarare juvat: quoniamque Celſus animum induxit in more atque inſtituto Judæorum eſſe poſitum, ut cœlum & qui in illo ſunt Angelos adorent, oſtendamus illarum rerum ſicut & ſolis lunæ, ſtellarum ſimulacrorumque cultum non modo non eſſe Judaicis inſtitutis conſentaneum, ſed etiam ab illis eſſe quam alieniſſimum. Et vero Deus apud Jeremiam prophetam cum populo Judaïco expoſtulat, quod res illas adoraret & reginæ cœli totique cœli militiæ ſacra faceret. Quid quod inter crimina, quorum Judæos accuſant ſcripta Chriſtianorum, idem illud reperias, & ob eam cauſam a Deo fuiſſe repudiatos. Sic enim in Actis Apoſtolorum de Judæis: *Convertit autem Deus & tradidit eos ſervire militiæ cœli, ſicut ſcriptum eſt in libro Prophetarum: numquid victimas & hoſtias obtuliſtis mihi annis quadraginta in deſerto, domus Iſrael? Et ſuſcepiſtis tabernaculum Moloch & ſidus Dei Remphan, & figuras quas feciſtis adorare eas.* Et Paulus egregie Judaïcis inſtitutis eruditus, & inſuper portentoſa Chriſti viſione ad chriſtianam religionem converſus hæc habet in ſua ad Coloſſenſes: *Nemo vos ſeducat volens in humilitate & religione Angelorum, quæ non vidit ambulans, fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & conjunctiones ſubminiſtratum & conſtructum creſcit in augmentum Dei.* Hæc Celſus cum nec legiſſet nec didiciſſet, fingit neſcio quomodo cœlum & Angelos, qui ibi ſunt, inviolata lege a Judæis adorari.

9. Pari mentis perturbatione, nec ſedulo meditatus quæ huc ſpectabant, arbitratus eſt Judæos a magicis quibusdam incantatoribus, ſpectra quædam hanc in rem magico carmine evocantibus, adductos fuiſſe, ut cæleſtes Angelos colerent: neſcius videlicet & iſtud eſſe contra legem, quæ ſic fertur: *Ne de-*

 cline-

γοντα, ἐκ ἐπακολουθησετε ἐγγαστριμυθοις, και τοις ἐπαοιδοις ἐ προσκολληθησεσθε ἐκμιανθηναι ἐν αὐτοις· ἐγω κυριος ὁ θεος ὑμων. ἐχρην οὐν, ἡ μηδολως ταυτ' εἰς Ιεδαιους ἀναφερειν τον τηρουντα Ιεδαιους ὡς φυλασσοντας τον νομον, και λεγοντα αὐτους εἰναι τες κατα τον νομον βιουντας· ἡ ἀναφεροντα παραστησαι, ὁτι τα τοιαυτα οἱ παρανομουντες Ιεδαιοι ἐποιουν. ἀλλα παλιν ὡσπερ παρανομουσιν οἱ τες ἐν σκοτῳ πε και ἐκ γοητειας θρησκευοντες, τυφλωττοντες, και δι' ἀμυδρων φασματων ὀνειρωττοντες, προσκυνουντες τες ἐγχριμπτειν λεγομενους και τοις τοιουτοις· οὑτω και οἱ ἡλιῳ, και σεληνῃ, και ἀστροις θυοντες, εὑ μαλα παρανομουσι. και ἐκ ἠν κατα τον αὐτον λεγειν, Ιουδαιους και φυλαττομενους προσκυνειν ἡλιον, και σεληνην, και ἀστρα, και το τοιουτον μη φυλαττομενους ἐπι ἐρανε και ἀγγελων.

Εἰ δε χρη ἀπολογησασθαι ἡμας, ἐπιστης μη προσκυνουντας ἀγγελους, και ἡλιον, και σεληνην, και ἀστρα, περι τε μηδε τες λεγομενους ὑφ' Ελληνων ἐμφανεις θεες και αἰσθητους προσκυνειν· φησομεν ὁτι και ὁ Μωϋσεως νομος ἐπισαται τουτους ἀπονεμηθεντας μεν ὑπο τε θεε πασι τοις ἐθνεσιν ὑποκατω τε ἐρανε· ἐκετι δε και τοις εἰς ἐξαιρετον μεριδα ληφθεισι τῳ θεῳ παρα παντα τα ἐπι γης ἐθνη. γεγραπται γουν ἐν Δευτερονομιῳ, και μη ποτε ἀναβλεψας εἰς τον ἐρανον, και ἰδων τον ἡλιον, και την σεληνην, και τες ἀστερας, παντα τον κοσμον τε ἐρανε, πλανηθεις, προσκυνησεις αὐτοις, και λατρευσεις αὐτοις, ἁ ἀπενειμε κυριος ὁ θεος σε πασι τοις ἐθνεσι, τοις ὑποκατω παντος τε ἐρανε. ἡμας δ' ἐλαβε κυριος ὁ θεος, και ἐξηγαγεν ἡμας ἐκ της καμινε της σιδηρας, ἐξ Αἰγυπτε, εἰναι λαον αὐτῳ ἐγκληρον, ὡς ἐν τῃ ἡμερᾳ ταυτῃ. γενος τοινυν ἐκλεκτον, και βασιλειον ἱερατευμα, και ἐθνος ἁγιον, και λαος εἰς περιποιησιν κληθεντες ὑπο θεε εἰναι ὁ Εβραιων λαος, περι ἐ τῳ Αβρααμ προειρητο ἀπο της προς αὐτον τε κυριε φωνης, ἀναβλεψον εἰς τον ἐρανον και ἀριθμησον τες ἀστερας, εἰ δυνησῃ ἐξαριθμησαι αὐτους,

inetis ad Magos, nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini, ut ꝉluamini per eos: ego Dominus Deus veſter. Itaque ſi 'elſus in mente haberet Judæos, qui legem obſerant & ad illius præſcripta vitam componunt, culam hanc in illos collatam non oportuit; aut ſi con:rre vellet, probare debuit, qui hæc faciebant, eos ı legem peccare. Et quidem ii, qui colunt adorantue eos qui in tenebris alicubi vi improbæ artis maicæ occæcatis, aut per obſcura ſpectra ſomniantius apparere dicuntur, perinde legem violant, atue illi, qui ſoli, lunæ ſtellisque ſacra faciunt. Pugant igitur hæc inter ſe quæ dicit Celſus, Judæos b adorandis ſole & luna & ſtellis refugere; & ab iſdem cœlum & Angelos adorari.

10 Quod ſi a nobis, qui æque ac Judæi Angeᵻs, ſolem, lunam, ſtellasque non colimus, ratio oſtulatur, cur nec diis, quos Græci conſpicuos & :nſibiles vocant, cultum tribuamus; eam nobis lex Ioſaïca ſuppeditat, docens eos à Deo datos fuiſſe entibus omnibus quæ ſub cœlo ſunt; non autem s, quos præ cæteris terræ gentibus, quaſi portioem ſelectam, ſibi Deus reſervatam voluit. Quam ı rem in Deuteronomio ſcriptum eſt: *Ne forte eleatis oculis ad cœlum, videas ſolem & lunam & aſtra, oramentum cœli, & errore deceptus adores ea & colas, qua 'eavit Dominus Deus tuus in miniſterium cunctis gentius, quæ ſub cœlo ſunt. Nos autem tulit Dominus, & luxit de fornace ferrea Ægypti, ut haberet populum hæreitarium, ſicut eſt in præſenti die.* Cum igitur Hebræoım populus a Deo vocatus fuiſſet, ut *genus electum I regale ſacerdotium & gens ſancta & populus acquiſitiois* eſſet; cumque de illo Abraham audiviſſet vocem Ꝺomini ſibi dicentem: *Suſpice cœlum & numera ſtellas, potes illas numerare: Et dixit ei, ſic erit ſemen tuum:*

αὐτους, και εἶπεν αὐτῳ, ȣ̔τως ἐϛαι το σπερμα σȣ, ȣ̓κ ἐμελλε την ἐλπιδα ἐχων ȣ̔τω γενεσθαι, ὡς οἱ ἐν ȣ̓ρανῳ ἀϛερες, προσκυνειν ἐκεινȣς, οἱς ἐκ τȣ συνιεναι και τηρειν τον νομον τȣ Θεȣ ἐξομοιȣσθαι ἐμελλε. και γαρ λελεκται προς αὐτους, κυριος ὁ Θεος ἡμων ἐπληθυνεν ὑμας, και ἰδȣ, ἐϛε σημερον ὡσει τα ἀϛρα τȣ ȣ̓ρανȣ τῳ πληθει. και ἐν τῳ Δανιηλ δε προφητευεται τοιαυτα περι των κατα την ἀναϛασιν, και ἐν τῳ καιρῳ ἐκεινῳ σωθησεται ὁ λαος σȣ πας ὁ γεγραμμενος ἐν τῃ βιβλῳ, και πολλοι των καθευδοντων ἐν γης χωματι ἐξεγερθησονται, ȣ̔τοι εἰς ζωην αἰωνιον, και ȣ̔τοι εἰς ὀνειδισμον και αἰσχυνην αἰωνιον. και οἱ συνιεντες ἐκλαμψουσιν ὡς ἡ λαμπροτης τȣ ϛερεωματος· και ἀπο των δικαιων των πολλων ὡς οἱ ἀϛερες εἰς τȣς αἰωνας, και ἐτι. ὁθεν και ὁ Παυλος λαβων ἐν τοις περι ἀναϛασεως φησι, και σωματα ἐπουρανια, και σωματα ἐπιγεια· ἀλλ' ἑτερα μεν ἡ των ἐπουρανιων δοξα, ἑτερα δε ἡ των ἐπιγειων. ἀλλη δοξα ἡλιȣ, και ἀλλη δοξα σεληνης, και ἀλλη δοξα ἀϛερων· ἀϛηρ γαρ ἀϛερος διαφερει ἐν δοξῃ. ȣ̔τω και ἡ ἀναϛασις των νεκρων. ȣ̓ τοινυν ἦν εὐλογον, τȣς διδαχθεντας μεγαλοφυως ὑπεραναβαινειν παντα τα δημιȣργηματα, και ἐλπιζειν τα ἀριϛα περι αὐτων παρα τῳ Θεῳ ἐπι τῳ καλιϛῳ βιῳ· και ἀκουσαντας το, ὑμεις ἐϛε το φως τȣ κοσμȣ· και το, λαμψατω το φως ὑμων ἐμπροσθεν των ἀνθρωπων, ὁπως ἰδωσι τα καλα ὑμων ἐργα, και δοξασωσι τον πατερα ὑμων, τον ἐν τοις ȣ̓ρανοις· ἀσκουντας ἐχειν την λαμπραν και ἀμαραντον σοφιαν, ἡ και ἀνειληφοτας αὐτην οὐσαν ἀπαυγασμα φωτος ἀϊδιȣ· καταπλαγηναι το αἰσθητον ἡλιȣ, και σεληνης, και ἀϛρων φως ἐπι τοσȣτον. ὡϛε δια το αἰσθητον φως ἐκεινων νομισαι ἑαυτȣς κατω πȣ εἶναι, ἐχοντας τηλικουτον νοητον γνωσεως φως, και φως ἀληθινον, και φως τȣ κοσμȣ, και φως των ἀνθρωπων, κἀκεινοις προσκυνησαι· οὑς εἰ ἀρα προσκυνεισθαι ἐχρην, ȣ̓ δια το θαυμαζομενον ὑπο των πολλων αἰσθητον φως ἐχρην προσκυνεισθαι, ἀλλα δια το νοητον και ἀληθινον· εἴπερ και οἱ ἐν ȣ̓ρανῳ ἀϛερες ζωα εἰσι λογικα και σπουδαια, και

ἐφωτι-

ſpem habens fore ſe ut aſtra cœli, non debuit ea adorare, quibus intelligenda & obſervanda divina lege ſimilis futurus erat. Etenim illis dictum eſt: *Dominus Deus noſter multiplicavit vos, & ecce, eſtis hodie ſicut ſtellæ cœli multitudine.* Et Daniel ſic de iis qui reſurgent vaticinatur: *Et in tempore illo ſalvabitur populus tuus omnis qui inventus fuerit ſcriptus in libro. Et multi de his qui dormiunt in terræ pulvere, evigilabunt; alii in vitam æternam, alii vero in opprobrium & pudorem ſempiternum. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in æternitates & ultra.* Inde Paulus acceperat id quod dixit de reſurrectione agens: *Et corpora cæleſtia & corpora terreſtria: ſed alia quidem cæleſtium gloria, alia autem terreſtrium. Alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, & alia claritas ſtellarum. Stella enim a ſtella differt in claritate. Sic & reſurrectio mortuorum.* Nulla igitur fuit ratio, cur, qui creata omnia generoſe pedibus proculcare & a Deo præſtantiſſima vitæ bene actæ præmia expectare didicerant, qui audierant: *Vos eſtis lux mundi*; &, *luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt;* qui ſummo ſtudio ad ſplendidam illam & incontaminatam ſapientiam; ipſum lucis æternæ ſplendorem contendebant, aut jam erant conſecuti; illi ita ſenſibili ſolis & lunæ & ſtellarum lumine perccellerentur, ut, licet intelligibilem haberent lucem, lucem veram, lucem mundi, lucem hominum, ſe tamen infra ſenſibilem illam lucem eſſe arbitrarentur resque illa præditas adorarent: quas quidem ſi adorari oportuiſſet; non profecto propter illud lumen ſenſibile quod multis adorationi eſt; ſed potius propter intelligibile illud & verum lumen, adorari oportuiſſet: ſi quidem aſtra cœli ſunt animalia ratione & virtute prædita, atque ab illa ſapientia, quæ lucis æternæ ſplendor eſt, cognitionis lu-

ἐφωτισθησαν τῳ φωτι της γνωσεως ὑπο της σοφιας, ἥτις ἐϛιν ἀπαυγασμα φωτος ἀϊδιȣ. και γαρ το μεν αἰσθητον φως αὐτων ἐργον ἐϛι τȣ των ὁλων δημιȣργȣ· το δὲ νοητον, ταχα και αὐτων, και ἐκ τȣ ἐν αὐτοις αὐτεξȣσιȣ ἐληλυθος.

Οὐ χρη δ' οὐδ' αὐτο προσκυνεισθαι ὑπο τȣ βλεποντος και συνιεντος το ἀληθινον φως· ȣ̓ μετοχῃ και ταυτι ἀρα πεφωτιϛαι· οὐδ' ὑπο τȣ βλεποντος τον πατερα τȣ ἀληθινȣ φωτος Θεον, περι ȣ̔ καλως λελεκται το, ὁ Θεος φως ἐϛι, και σκοτια ἐν αὐτῳ ȣ̓κ ἐϛιν ȣ̓δεμια. και ὡσπερ οἱ, δια το φως αἰσθητον και ȣ̓ρανιον εἶναι, προσκυνȣντες ἡλιον, και σεληνην, και ἀϛρα, ȣ̓κ ἀν προσκυνησαιεν σπινθηρα πυρος, ἡ λυχνον ἐπι γης, ὁρωντες την ἀσυγκριτον ὑπεροχην των νομιζομενων ἀξιων προσκυνεισθαι παρα το των σπινθηρων και των λυχνων φως· οὑτως οἱ νοησαντες, πως ὁ Θεος φως ἐϛι· καταλαβοντες δε, πως ὁ υἱος τȣ Θεȣ φως ἀληθινον ἐϛιν, ὁ φωτιζει παντα ἀνθρωπον ἐρχομενον εἰς τον κοσμον· συνιεντες δε και, πως οὑτος φησι το, ἐγω εἰμι το φως τȣ κοσμȣ· οὐκ ἀν εὐλογως προσκυνησαιεν τον οἱονει βραχυν σπινθηρα, ὡς πρὸς φως τον Θεον ἀληθινȣ φωτος, ἐν ἡλιῳ, και σεληνῃ, και ἀϛροις. και οὐκ ἀτιμαζοντες γε τα τηλικαυτα τȣ Θεȣ δημιȣργηματα, οὐδ' Αναξαγοριως μυδρον διαπυρον λεγοντες εἶναι τον ἡλιον, και σεληνην, και ἀϛερας, τοιαυτα φαμεν περι ἡλιȣ, και σεληνης, και ἀϛερων· ἀλλ' αἰσθανομενοι γε της ἀφατῳ ὑπεροχῃ ὑπερεχουσης θειοτητος τȣ Θεȣ, ἐτι δε και τȣ μονογενους αὐτȣ ὑπερεχοντος τα λοιπα. πειθομενοι δε και αὐτον ἡλιον, και σεληνην, και ἀϛερας εὐχεσθαι τῳ ἐπι πασι Θεῳ δια τȣ μονογενους αὐτȣ, κρινομεν μη δειν εὐχεσθαι τοις εὐχομενοις· ἐπει και αὐτοι ἀναπεμπειν ἡμας βουλονται μαλλον ἐπι τον Θεον, ᾧ εὐχονται, ἡ καταγειν προς ἑαυτους, ἡ μεριζειν ἡμων την εὐκτικην δυναμιν ἀπο τȣ Θεȣ και προς ἑαυτους. χρησομαι δε και τουτῳ περι αὐτων κατα τον τοπον παραδειγματι· ὁ σωτηρ ἡμων και κυριος, ἀκουσας ποτε διδασκαλε ἀγαθε, ἀναπεμπων τον λεγοντα τȣτο ἐπι τον ἑαυτȣ πατερα, φησι, τι με λεγεις ἀγαθον; ȣ̓δεις ἀγαθος

mine fuerunt illuſtrata. Nam illud eorum lumen ſenſibile ejus eſt opus qui creavit omnia; quod autem intelligibile fortaſſe habent, id ex eorum libera voluntate proficiſcitur.

11. At neque hoc ipſum colere debent, qui lumen verum, unde illud derivatur, aut Deum vident veri luminis patrem, de quo pulchre dictum eſt: *Deus lux eſt & tenebræ in eo non ſunt ullæ.* Sicut enim qui propter ſenſibile hoc & cæleſte lumen ſolem, lunam & ſtellas adorant, non adorarent ſcintillam noſtri hujus ignis aut lucernam, quod viderent ſcintillam aut lucernæ lumen ne comparanda quidem eſſe cum excellentibus illis aſtris quæ adoratione digna exiſtimant: ſimillime quibus perſpectum eſt quomodo Deus ſit lux, & filius Dei *lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, & quo ſenſu hic dixerit de ſeipſo, *ego ſum lux mundi;* ii ſolis & lunæ & ſtellarum lumen tanquam pro parvula ſcintilla habent præ Deo qui lux ipſa eſt, nec illud ullo modo adorare poſſunt. Neque hæc de ſole, luna & ſtellis dico, quod tanta illa Dei opera deprimere velim, aut Anaxagoræ ſentienti illa eſſe *maſſas in flammatas* aſſentiar; ſed quia compertum habeo Dei ejusque unigeniti divinitatem ineffabili præſtantia cæteris omnibus eſſe ſuperiorem. Deinde cum nobis perſuaſum ſit ſolem ipſum & lunam & ſtellas Deo univerſorum preces per ejus unigenitum adhibere, non committendum putamus, ut illa precemur quæ & ipſa precantur: præſertim cum illæ ipſæ res malint nos ad Deum, cui preces ferunt, remittere, quam ad ſe applicare & vota preceſque noſtras cum Deo partiri. Quam in rem perappoſito hoc exemplo utar. Cum Salvator noſter & Dominus aliquando ſe audiiſſet *magiſtrum bonum* appellari, eum, qui ſic vocabat, ad patrem ſuum remiſit his verbis: *Quid me dicis bonum? Nemo bonus, niſi unus Deus pater.* Id ſi merito dixit filius

filius charitatis patris & imago bonitatis Dei; quanto convenientius eos, qui ipſum colerent, compellaret ſol in hunc modum: quid eſt quod adores me? *Dominum Deum tuum adorabis & illi ſoli ſervies*, quem ego & qui mecum ſunt omnes adorant cuique ſerviunt. Etiamſi tanta non ſis dignitate, quisquis es tamen, precare Verbum quod ſanare te poteſt: & multo potius precare ejus patrem, qui & ad antiquos juſtos *miſit Verbum ſuum & ſanavit eos & eripuit eos de corruptionibus eorum.*

12. Sic igitur Deus pro ſua bonitate non ratione loci, ſed per providentiam, ad homines deſcendit: & filius Dei non aliquando tantum, ſed & ſemper cum ſuis diſcipulis eſt, iſtud promiſſi perficiens: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi.* Et ſane cum palmes fructum non poſſit ferre niſi manſerit in vite; evidens eſt diſcipulos Verbi, ſpirituales vitis quod Verbum eſt palmites, ferre non poſſe fructus virtutis, niſi manſerint in vera vite, videlicet in Chriſto Dei, qui Chriſtus nobiſcum, qui in terra ſumus, verſatur, & cum iis ubique qui ipſi adhærent, nec non ubique cum iis qui ipſum neſciunt. Hujus rei argumento eſt id quod in Joannis Evangelio ait Joannes Baptiſta: *Medius veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis. Ipſe eſt qui poſt me venturus eſt.* Jam vero abſurdum eſt, dum illum, qui cœlum & terram implet, ut ipſe dicit: *Numquid cœlum & terram ego impleo? dicit Dominus*, nobiſcum habemus & prope nos, (ejus enim verbis credo: *Deus e vicino ego ſum & non Deus de longe dicit Dominus*) abſurdum eſt, inquam, velle precibus vocare ſolem qui ad omnia non pervadit, aut lunam, aut aliud ex aſtris. Do vero *a ſole, luna & ſtellis*, ipſa ſunt Celſi verba, *pluvias, æſtus nebulas, tonitrua prænunciari*: ut res ita ſit; nonne tamen ſatius eſt adorare & venerari Deum, cujus juſſu prædicunt, quam vaticinatores ipſos?

τα τηλικαυτα, ουχι μαλλον τῳ Θεῳ, ῳ ὑπουργουντες προφητευουσι, προσκυνητεον, κᾀκεινον σεπτεον, ἠπερ τοις προφηταις αὐτου; προφητευετωσαν οὐν και ἀστραπαι, και καρπους, και γονας ἁπασας, και παντα ταμιευεσθαι σαντα τοιαυτα· ἀλλ' ου δια τουτο προσκυνησομεν τους προσκυνουντας, ὡς ουδε Μωϋσεα, και τους μετ' αὐτον ἐκ Θεου προφητευσαντας τα κρειττονα ὑετων τε και θαλπους, και νεφων, και βροντων, και ἀστραπων, και καρπων, και πασων γονων αἰσθητων. ἀλλα κἀν ἐχωσιν ἡλιος, και σεληνη, και ἀστερες προφητευειν προφητειας κρειττονας ὑετων· ουδ' ουτως αὐτους, ἀλλα τον πατερα των ἐν αὐτοις προφητειων, και τον διακονον αὐτων λογον του Θεου προσκυνησομεν. ἀλλ' ἐστω και κηρυκας αὐτου εἰναι, και ἀληθως ουρανιους ἀγγελους· πως οὐν ουχι και ουτω τον κηρυσσομενον ὑπ' αὐτων Θεον, και τον ἀγγελλομενον μονον μαλλον προσκυνητεον, ἠ τους κηρυκας και τους ἀγγελους αὐτου;

Εαυτῳ δε λαμβανει Κελσος, ὁτι ἡλιον, και σεληνην, και ἀστερας ἡγουμεθα εἰναι το μηδεν. περι ὡν ὁμολογουμεν, ὁτι και αὐτοι την ἀποκαλυψιν των υἱων του Θεου ἀπεκδεχονται, τη των ὑλικων σωματων ματαιοτητι ἐπι του παροντος ὑποτεταγμενοι, δια τον ἐπ' ἐλπιδι ὑποταξαντα. εἰ δ' ἀνεγνωκει ὁ Κελσος και ἀλλα μεν μυρια, ὁσα περι ἡλιου, και σεληνης, και ἀστρων φαμεν, και το, αἰνειτε αὐτον παντα τα ἀστρα και το φως, και το, αἰνειτε αὐτον οἱ ουρανοι των ουρανων· ουκ ἀν περι ἡμων ἀπεφηνατο, ὁτι λεγομεν τα τηλικαυτα, αἰνουντα μεγαλως τον Θεον, εἰναι το μηδεν. ουκ οἰδε δε ὁ Κελσος ουδε το, ἡ γαρ ἀποκαραδοκια της κτισεως την ἀποκαλυψιν των υἱων του Θεου ἀπεκδεχεται· τη γαρ ματαιοτητι ἡ κτισις ὑπεταγη, ουχ ἑκουσα, ἀλλα δια τον ὑποταξαντα ἐπ' ἐλπιδι· ὁτι και αὐτη ἡ κτισις ἐλευθερωθησεται ἀπο της δουλειας της φθορας εἰς την ἐλευθεριαν της δοξης των τεκνων του Θεου. και ἐν τουτοις δη τελος ἐχετω ἡ περι του μη σεβειν ἡμας ἡλιον, και σεληνην, και ἀστερας ἀπολογια. ἐκθωμεθα δε και την ἑξης λεξιν, ἱνα μετα τουτο προς αὐτον, Θεου

διδον-

Volo etiam ab ipſis præſignificari fulgura, fructus, proventus omnes; & omnia illa ab iis adminiſtrari: at non idcirco adorabimus res, quæ ipſæ adorant; nec enim adoramus Moyſen & ejus in vaticinandi munere ſucceſſores, quamvis iſti, Deo afflante, longe meliora pluviis, æſtibus, nebulis, tonitruis, fulguribus, fructibus, proventibusque his noſtris omnibus prædixerint. Id quoque damus ſolem, lunam & ſtellas poſſe res pluviis potiores prænunciare: non ideo tamen aſtra illa adorabimus, ſed auctorem prædictionum, & Dei Verbum, quod earum eſt miniſter. Sane ſint Dei præcones & vere cæleſtes Angeli: at cur non potius colendus ille ſolus eſt qui prædicatur & annunciatur, quam Angeli & præcones?

13. Arripit hoc etiam ſibi Celſus, ſolem, lunam ſtellasque a nobis pro nihilo haberi. Nam & illa filiorum Dei revelationem exſpectare confitemur, utpote quæ hactenus rerum corporearum vanitati ſubjecta ſunt propter illum qui ſubjecit in ſpe. Si unquam legiſſet ille ſexcenta alia, quæ de ſole & luna & ſtellis apud noſtros auctores paſſim occurrunt, iſtud inter cætera: *Laudate eum omnes ſtellæ & lumen;* & hoc aliud: *Laudate eum cœli cœlorum*, nobis non exprobraſſet quod illa, quæ magnifice laudant Deum, nihili faciamus. Neque hæc Celſus noverat: *Nam exſpectatio creaturæ revelationem filiorum Dei exſpectat. Vanitati enim creatura ſubjecta eſt non volens, ſed propter eum, qui ſubjecit eam in ſpe: quia & ipſa creatura liberabitur a ſervitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Hactenus cur nec ſolem, nec lunam, nec ſtellas veneremur; nunc ſequentia ejus verba referamus, adver-

διδοντος, εἰπωμεν τα ἀπο τε της ἀληθειας φωτος δοθησομενα ἡμιν.

Λεγει οὐν ταυτα· ἠλιθιον δ' αὐτων και το, νομιζειν, ἐπειδαν ὁ θεος ὡσπερ μαγειρος ἐπενεγκῃ το πυρ, το μεν ἀλλο παν ἐξοπτηθησεσθαι γενος· αὐτους δε μονες διαμενειν, ἐ μονον τες ζωντας, ἀλλα και τες παλαι ποτε ἀποθανοντας αὐταις σαρξιν ἐκειναις ἀπο της γης αναδυντας, ἀτεχνως σκωληκων ἡ ἐλπις. ποια γαρ ἀνθρωπε ψυχη ποθησειεν ἐτι σωμα σεσηπος; ὁποτε μηδ' ὑμων τετο το δογμα και των χριςιανων ἐνιοις κοινον ἐςι· και το σφοδρα μιαρον αὐτε και ἀποπτυςον ἀμα και ἀδυνατον ἀποφαινουσι· ποιον γαρ σωμα παντῃ διαφθαρεν οἱοντε ἐπανελθειν εἰς την ἐξ ἀρχης φυσιν, και αὐτην ἐκεινην ἐξ ἡς ἐλυθη την πρωτην συςασιν; ἐδεν ἐχοντες ἀποκρινασθαι καταφευγουσιν εἰς ἀτοπωτατην ἀναχωρησιν, ὁτι παν δυνατον τῳ θεῳ. ἀλλ' ἐτι γε τα αἰσχρα ὁ θεος δυναται, ἐδε τα παρα φυσιν βελεται· ἐδ', ἀν συ τι ἐπιθυμησης κατα την σαυτε μοχθηριαν βδελυρον, ὁ θεος τετο δυνησεται, και χρη πιςευειν εὐθυς, ὁτι ἐςαι. ἐ γαρ της πλημμελους ὀρεξεως, ἐδε της πεπλανημενης ἀκοσμιας, ἀλλα της ὀρθης και δικαιας φυσεως θεος ἐςιν ἀρχηγετης. και ψυχης μεν αἰωνιον βιοτην δυναιτ' ἀν παρασχειν· νεκυες δε, φησιν Ηρακλειτος, κοπριων ἐκβλητοτεροι. σαρκα δη, μεςην ὡν ἐδε εἰπειν καλον, αἰωνιον ἀποφηναι παρα λογον, ἐτε βελησεται ὁ θεος, οὐτε δυνησεται. αὐτος γαρ ἐςιν ὁ παντων των ὀντων λογος, ἐδεν οὐν οἱοςε παρα λογον, ἐδε παρ' ἑαυτον ἐργασασθαι.

Ορα δη ἐντευθεν ἀπ' ἀρχης πως την και παρ' Ελληνων τισιν ἐκ εὐκαταφρονητως φιλοσοφησασιν εἰσαγομενην τε κοσμε ἐκπυρωσιν μετα χλευης διαβαλλων, θελει ἡμας, ὡσπερει μαγειρον ποιουντας τον θεον, εἰσαγειν τα περι της ἐκπυρωσεως· ἐ συνιδων, ὁτι, ὡσπερ Ελληνων τισιν ἐδοξε (ταχα παρα τε ἀρχαιοτατε ἐθνες Εβραιων λαβεσι) το πυρ καθαρσιον ἐπαγεται τῳ κοσμῳ· εἰκος δ' ὁτι και ἑκαςῳ των δεομενων της δια τε πυρος δικης ἁμα

και

adverſus illa, Deo dante, dicturi quæ nos lumen veritatis docebit.

14. *Stulta & hæc eorum opinio,* inquit, *poſtquam Deus tanquam coquus ignem immiſerit, cætera quidem toſtum iri; ſed ſe ſolos evaſuros incolumes; nec eos modo qui tum in vivis erunt, ſed & qui jam pridem obierint mortem & eadem carne induti e terra emerſerint. Quæ ſpes, plane dicam, digna vermibus eſt. Ecquæ enim humana anima in corpus putrefactum remeare concupiſcat? Atque etiam inter vos Chriſtianos non deſunt, qui turpe, abominandum, impoſſibile iſtud judicent, nedum approbent. Et vero corpus-ne eſt, quod omnino corruptum in priorem naturam reſtitui & ſemel amiſſam conſtitutionem recuperare poſſit? Ad hæc cum nihil ſit quod reſpondeant, in hoc abſurdiſſimum præſidium confugiunt, Deo nihil non eſſe poſſibile. Quaſi vero turpia Deus poſſet, aut quidpiam contra naturam vellet. Non, ſi quid improbum pro tua malitia expetiveris, id continuo Deus poterit, aut fore credendum eſt. Nec enim Deus orbi præeſt, ut vitioſa deſideria expleat, aut inordinatis libidinibus obſequatur; ſed ut rectæ juſtæque naturæ proſpiciat. Equidem haud illum negaverim animæ vitam largiri poſſe ſempiternam: cadavera autem, inquit Heraclitus, vel ſtercoribus viliora ſunt. Unde carni iis ſordibus refertæ quas appellare pudet, vitam æternam contra rationem tribuere, Deus nec volet, nec poterit. Etenim eſt ipſe omnium quæ ſunt, ratio: nihil igitur contra rationem, nihil contra ſeipſum efficere poteſt.*

plectitur, cum ait: *præclare cum ſingulis agitur, ſi reguntur ea ratione, quæ poteſtatibus illis placet.* Ac vide an non, quantum in ſe eſt, Judæum velit in ſuarum legum obſervatione perſeverare, quaſi impium futurum ſi ab illis abſcederet. Ait enim: *Nec fas eſt diſſolvere quæ pro ſuis quæque locis jam tum ab initio inſtituta ſunt.* Hic illum eademque cum illo ſentientes interrogaverim lubens: ecquis ille fuit, qui terræ partes ab initio alias aliis diſtribuerit inſpectoribus? Ecquis Judæorum regionem & Judæos ipſos commiſit illi vel illis Præſidibus qui illam ſortiti ſunt? An Jupiter, ut loqui amat Celſus, Judæorum gentem regionemque cuidam aut quibusdam credidit, voluitque ut, cui obtingeret, is tales Judæis leges imponeret? An id factum eſt præter Jovis voluntatem? Utrumvis reſpondeat, vides anguſtias eſſe. Niſi autem ab uno quopiam partes terræ Præſidibus diſtributæ fuerint: ergo ſinguli quique fortuito & ſine ſuperioris nutu terram partiti ſunt: quod abſurdiſſimum eſt & ſummi Dei providentiam tollit.

27. Qui vero partes terræ in quasdam præfecturas diviſæ ab illis Præſidibus adminiſtrentur, explicet qui voluerit. Doceat idem ille quomodo ſingulorum recte ſe res habeant, cum ex illorum Præſidum voluntate reguntur: an exempli cauſa Scytharum leges rectæ ſint, quæ patres interfici permittunt: an Perſarum, quæ matres filiis nubere, filias a patribus duci uxores non prohibent. Sed quid opus eſt me, collectis e ſcriptoribus variarum gentium legibus, inquirere, num recte ſerventur leges, quas illis Præſidibus ferre libitum eſt? Celſus nobis dicat quomodo nefarium ſit violare patrias leges quæ matres & filias duci ſinunt; quæ beatam eſſe mortem ſuadent, cum ſuſpendio accerſitur; quæ purgari affirmant eos qui ſe in ignem injiciunt conſumtique ex hac vita exeunt: item cur nefas ſit violare leges vel Taurorum, quæ

πως ȣ̓χ ὁσιον παραλυειν νομȣς τȣς, φερ᾽ ειπειν, παρα Ταυροις περι τȣ ἱερεια τȣς ξενȣς προσαγεσθαι τῃ Αρτεμιδι· ἡ παρα Λιβυων τισι περι τȣ καταθυειν τα τεκνα τῳ Κρονῳ. πλην ἀκολȣθει τῳ Κελσῳ το, μη ὁσιον εἰναι Ιȣδαιοις παραλυειν νομȣς πατριους, τȣς περι τȣ μη δειν ἀλλον τινα σεβειν θεον παρα τον των ὁλων δημιȣργον. και ἐςαι κατ᾽ αὐτον ȣ̓ φυσει το ὁσιον, ἀλλα τινι θεσει και νομισει θειον· ὁσιον γαρ παρα τοιςδε μεν σεβειν κροκοδειλον, και ἐσθιειν τι των παρ᾽ ἀλλοις προσκυνȣμενων· και ὁσιον ἑτεροις το σεβειν τον μοσχον· και παρ᾽ ἀλλοις, τον τραγον νομιζειν θεον. ȣ̓τω δ᾽ ἐςαι ὁ αὐτος ὁσια μεν ποιων, ὡς προς τȣςδε τȣς νομȣς· ἀνοσια δε, ὡς προς ἑτερȣς· ὁπερ ἐςι παντων ἀτοπωτατον.

Αλλ᾽ εἰκος ὁτι φησȣσι προς ταυτα, ὁσιον εἰναι τον τα πατρια φυλαττοντα, και μηδαμως ἀνοσιον, ἐπει μεν και τα ἑτερων ȣ̓ τηρει· παλιν τε αὐ τον νομισθεντα ἀνοσιον εἰναι παρα τοις δε τισι, μη εἰναι ἀνοσιον, ὁταν κατα τα πατρια τα μεν ἰδια σεβῃ, τα δε παρα τοις ἐναντιȣς ἐχȣσι νομȣς προσπολεμῃ και καταθοιναται. ταυτα δε ὁρα εἰ μη πολλην ἐμφαινει την περι τȣ δικαιȣ και ὁσιȣ και εὐσεβειας ταραχην, ȣ̓ διαρθρȣμενης, ȣ̓δε φυσιν τινα ἰδιαν ἐχȣσης, και εὐσεβεις εἰναι χαρακτηριζȣσης τȣς τα κατ᾽ αὐτην παραττοντας. εἰπερ ȣ̓ν ἡ εὐσεβεια, και ἡ ὁσιοτης, και ἡ δικαιοσυνη των προς τι ἐςιν, ὡς το αὐτο εἰναι ὁσιον και ἀνοσιον, παρα τας διαφορȣς σχεσεις και τȣς νομȣς· ὁρα, εἰ μη και ἡ σωφροσυνη των προς τι ἀκολȣθως ἐςαι, και ἡ ἀνδρεια, και ἡ φρονησις, και ἡ ἐπιςημη, και αἱ λοιπαι ἀρεται· ὡν ȣ̓δεν ἀν εἰη ἀτοπωτερον. ἁπλȣςερον μεν ȣ̓ν και κοινοτερον ἱςαμενοις προς τας Κελσȣ ἐκκειμενας λεξεις αὐταρκη τα εἰρημενα· ἐπει δε νομιζομεν και των ἐξεταςικωτερων τινας ἐντευξεσθαι τηδε τῃ γραφῃ· φερε, ὀλιγα των βαθυτερων παρακινδυνευοντες ἐκθωμεθα, ἐχοντα τινα μυςικην και ἀποῤῥητον θεωριαν, περι τȣ ἐξ ἀρχης ἀλλα ἀλλοις ἐποπταις νενεμησθαι χωρια των ἐπι γης· και των κατειλεγμενων ἀτοπων,

Dianæ jubent hoſpites immolari; vel quorumdam in Lybia populorum, apud quos liberi Saturno mactantur. Cæterum e Celſi ſententia conſequens eſt, Judæos non ſine crimine violaturos eſſe patrias leges, quæ vetant alium a rerum omnium conditore Deum adorari. Conſequens eſt etiam pietatem non ſua natura, ſed conſenſu & opinione divinam eſſe virtutem. Apud quosdam enim pium eſt colere crocodilum, dum id quod ab aliis colitur, manducant; apud alios vero cultus vituli pietati ducitur; & rurſus alii pium eſſe judicant hircum in Deos referre: ita ut idem homo, qui pius eſſet ex quibusdam legibus, ex aliis impius eſſe poſſet: quo quidem nihil abſurdius.

28. Dixerint fortaſſe pium eſſe qui patria inſtituta ſequitur; minime vero impium, qui aliorum non obſervat inſtituta: rurſus non eſſe impium, licet apud quosdam impius habeatur, qui patria ſervans inſtituta, impugnat & epulando abſumit ea, quæ populi aliis adſtricti legibus colunt. Hæc autem vide an non multam de juſto, ſancto, & pio perturbationem inducant. Sic enim non diſtinguitur pietas, non propriam naturam habet, nec quidquam aliud quo pios illos judicare poſſis, qui pietatem ſectantur. Itaque ſi pietas, ſi ſanctitas & juſtitia ſunt ex earum rerum numero, quæ tales non ſunt niſi comparate; ut res pia ſit aut impia, prout cum diverſis legibus comparatur; cogita an non idem de temperantia, de fortitudine, de prudentia, de ſcientia & de aliis virtutibus dicere liceat: qua tamen ſententia nihil abſurdius. Atque hæc a nobis hactenus dicta ſufficere poſſent iis, quibus ſatis eſſet contra Celſum afferre id quod ſimplicius eſt & vulgarius; quoniam vero putamus hoc ſcriptum in quorumdam, qui res altius ſcrutantur, manus perventurum eſſe; age pauca ex reconditioribus proferre tentemus. Res eſt abſtruſa &

πων, φερε, οση δυναμις, καθαρον παραστησωμεν τον λογον.

Δοκει δη μοι παρακηκοεναι τινων ὁ Κελσος περι της διανεμησεως των ἐπι γης μυστικωτερων λογων, ὡν ἐφαπτεται μεν πως και ἡ Ελληνικη ἱστορια, εἰσαγουσα τινας των νομιζομενων θεων περι της Αττικης προς ἀλληλους ἡμιλλησθαι· ποιουσα δε παρα τοις ποιηταις τινας των λεγομενων θεων ὁμολογειν τινας τοπους οἰκειοτερους αὐτοις. και ἡ βαρβαρικη δε ἱστορια, και μαλιστα ἡ Αἰγυπτιων, τοιαυτα τινα ἐμφαινει περι του μερισμου των της Αἰγυπτου καλουμενων νομων λεγουσα· ὁτι ἡ λαχουσα την Σαϊν Αθηνα, ἡ αὐτη ἐχει και την Αττικην. Αἰγυπτιων δε οἱ λογιοι μυρια ὁσα τοιαυτα φησουσιν· ουκ οἰδα δ' εἰ και Ιουδαιους συμπαραλαμβανοντες, και την χωραν αὐτων, τη προς τινα διανεμησει· ἀλλα περι μεν των ἐξω του θειου λογου λεγομενων εἰς ταυτα, ἁλις ἐπι του παροντος. φαμεν δ' ὁτι ὁ καθ' ἡμας προφητης του θεου και γνησιος θεραπων αὐτου Μωϋσης, ἐν τη του Δευτερονομιου ᾠδη, ἐκτιθεται περι του μερισμου των ἐπι γης τοιαυτα λεγων, ὁτε διεμεριζεν ὁ ὑψιστος ἐθνη, ὡς διεσπειρεν υἱους Αδαμ, ἐστησεν ὁρια ἐθνων κατα ἀριθμον ἀγγελων θεου· και ἐγενηθη μερις κυριου λαος αὐτου Ιακωβ, σχοινισμα κληρονομιας αὐτου Ισραηλ. τα δε περι της διανεμησεως των ἐθνων, ὁ αὐτος Μωϋσης ἐν τῳ ἐπιγεγραμμενῳ βιβλιῳ Γενεσις, ἐν ἱστοριας τροπῳ, φησιν ουτως, και ἠν πασα ἡ γη χειλος ἑν, και φωνη μια πασι· και ἐγενετο ἐν τῳ κινησαι αὐτους ἀπο ἀνατολων, εὑρον πεδιον ἐν γη Σεννααρ, και κατῳκησαν ἐκει. και μετ' ὀλιγα, κατεβη, φησι, κυριος ἰδειν την πολιν, και τον πυργον, ὁν ᾠκοδομησαν οἱ υἱοι των ἀνθρωπων· και εἰπε κυριος, ἰδου γενος ἑν, και χειλος ἑν παντων, και τουτο ἠρξαντο ποιησαι, και νυν ουκ ἐκλειψει ἀπ' αὐτων παντα, ὁσα ἀν ἐπιθωνται ποιειν· δευτε, και καταβαντες συγχεωμεν ἐκει την γλωσσαν αὐτων, ἱνα μη

ἀκουσω-

ſcrutatu difficilis. Agitur enim de diſtributione, qua terræ partes ab initio aliæ aliis inſpectoribus creditæ ſunt. Sed præſertim demonſtremus, quoad ejus fieri poterit, noſtram doctrinam iis immunem eſſe abſurdis, quæ ſupra memorata ſunt.

29. Ac mihi quidem videtur Celſus non recte a quibusdam accepiſſe occultiores hujuſce diſtributionis rationes, quas tamen aliquo modo attigit Græcanica hiſtoria. In ea enim ii, qui pro diis habebantur, ſecum invicem concertaſſe leguntur de Attica: & apud poëtas quidam ex illis diis quædam loca ſibi magis arridere cordique eſſe confitentur. Quibus quædam ſimilia videntur in Barbarorum maximeque Ægyptiorum hiſtoria de Ægypti in provincias diviſione. Illic enim legitur Saïn ſortito obtigiſſe Minervæ, quæ etiam Atticæ provinciam poſſidet. Et Ægyptiorum ſapientes innumera id genus narrant: nec ſcio an non etiam Judæos eorumque regionem in hac diviſione comprehendant. Verum de his ſatis auctoritatum, quæ divina doctrina non nituntur. Nos vero dicimus Moyſen prophetam Dei ſincerumque ejus cultorem de illa partium terræ diviſione locutum eſſe in Deuteronomii Cantico: *Quando* inquit, *dividebat altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam: conſtituit terminos populorum ſecundum numerum Angelorum Dei. Et factus eſt pars Domini populus ejus Jacob; funiculus hæreditatis ejus Iſrael.* De eadem illa gentium diſtributione Moyſes in libro, qui inſcribitur Geneſis, hæc quaſi hiſtorice narrat: *Erat univerſa terra labium unum, & una vox omnibus. Cumque proficiſcerentur de Oriente, invenerunt campum in terra Sennaar & habitaverunt in eo.* Et paulo poſt: *Deſcendit*, inquit, *Dominus ut videret civitatem & turrim, quam ædificaverant filii hominum, & dixit Dominus: Ecce unus eſt populus & unum labium omnibus: cœperuntque hoc facere, nec deſiſtent a cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant, venite igi-*

ἀκȣσωσιν ἕκαϛος την φωνην τȣ πλησιον αὐτȣ. και διεσπειρεν αὐτȣς κυριος ἐκειθεν ἐπι το προσωπον πασης της γης, και ἐπαυσαντο οἰκοδομουντες την πολιν, και τον πυργον. δια τȣτο ἐκληθη το ὀνομα αὐτης, συγχυσις, ὁτι ἐκει συνεχεε κυριος ὁ θεος τα χειλη πασης της γης, κἀκειθεν διεσπειρεν αὐτȣς κυριος ὁ θεος ἐπι προσωπον πασης της γης. και ἐν τῃ ἐπιγεγραμμενῃ δε Σολομωντος σοφιᾳ περι της σοφιας, και των κατα την συγχυσιν των διαλεκτων, ἐν ᾗ γεγενηται ὁ μερισμος των ἐπι της γης, τοιαυτα περι της σοφιας εἰρηται, αὐτη και ἐν ὁμονοιᾳ πονηριας ἐθνων συγχυθεντων ἐγνω τον δικαιον, και ἐφυλαξεν αὐτον ἀμεμπτον τῳ θεῳ, και ἐπι τεκνȣ σπλαγχνοις ἰσχυρον ἐφυλαξε. πολυς δ' ὁ λογος και μυϛικος ὁ περι τȣτων ᾧ ἁρμοζει το, μυϛηριον βασιλεως κρυπτειν καλον· ἱνα μη εἰς τας τυχȣσας ἀκοας ὁ περι ψυχων ȣ̓κ ἐκ μετενσωματωσεως εἰς σωμα ἐνδυομενων λογος ῥιπτηται, μηδε τα ἁγια διδωται τοις κυσι, μηδ' οἱ μαργαριται παραβαλλωνται χοιροις. ἀσεβες γαρ το τοιȣτον, προδοσιαν περιεχον των ἀπορρητων της τȣ θειȣ σοφιας λογιων· περι ἧς καλως γεγραπται, εἰς κακοτεχνον ψυχην ȣ̓κ εἰσελευσεται σοφια, ȣ̓δε κατοικησει ἐν σωματι καταχρεῳ ἁμαρτιας. ἀρκει δε τα κεκρυμμενως ὡς ἐν ἱϛοριας τροπῳ εἰρημενα κατα τον της ἱϛοριας παραϛησαι τροπον, ἱν' οἱ δυναμενοι ἑαυτοις ἐπεξεργασωνται τα κατα τον τοπον.

Νοειθωσαν τοινυν παντες οἱ ἐπι γης μιᾳ τινι διαλεκτῳ θειᾳ χρωμενοι, και ὁσονγε συμφωνȣσι προς ἀλληλȣς, τηρειθωσαν ἐν τῃ θειᾳ διαλεκτῳ και ἐσωσαν ἀκινητοι των ἀνατολων, ἐς ὁσον εἰσι τα τȣ φωτος και τȣ ἀπο φωτος ἀϊδιȣ ἀπαυγασματος φρονȣντες. και ȣ̓τοι, ἐπαν κινησωσιν ἀπο των ἀνατολων ἑαυτȣς, ἀλλοτρια ἀνατολων φρονȣντες, εὑρισκετωσαν πεδιον ἐν γῃ Σεννααρ (ὁπερ ἑρμηνευεται ὀδοντων ἐκτιναγμος, κατα συμβολον τȣ ἀπολλυναι αὐτȣς τα δι' ὧν τρεφονται) και κατοικειτωσαν ἐκει. εἶτα τα της ὑλης συναγαγειν θελοντες, και κολλᾳν τα μη πεφυκοτα κολλᾳσθαι ἐρανῳ, ἱνα δια των ὑλικων ἐπιβȣλευσωσι τοις ἀΰλοις, λεγετωσαν, δευτε, πλινθευ-

σωμεν

tur & deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum, & non audiat unusquisque vocem proximi ſui. Atque ita diviſit eos Dominus ex illo loco ſuper faciem omnis terræ, & ceſſaverunt ædificare civitatem & turrim. Et idcirco vocatum eſt nomen ejus confuſio, quia ibi confudit Deus labia univerſæ terræ, & inde diſperſit eos Dominus ſuper faciem totius terræ. Et in libro qui *Sapientiæ Salomonis* vocatur, mentio quoque fit de illa linguarum confuſione quam ſecuta eſt gentium diviſio. Sic enim ibi de Sapientia: *Hæc & in conſenſu nequitiæ cum gentes confuſæ fuiſſent, ſcivit juſtum, & conſervavit ſine querela Deo, & in filii miſericordia fortem cuſtodivit.* De quibus longa & arcana fuerit diſputatio. Sed me deterret iſtud: *Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt*, ne doctrinam de animabus quæ in corpora, ſed non ex corporibus migrant, profanis auribus inſtillando, ſancta canibus dare & margaritas ante porcos projicere videar. Impium enim ſit prodere arcana divinæ ſapientiæ, de qua pulchre ſcriptum eſt: *In malevolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.* Satis ergo fuerit hiſtorico more exhibere quæ occulte quaſi hiſtoria tradita ſunt, ut qui poſſunt, ſibi ipſi loci hujus intellectum quærant.

30. Sic igitur intelligenda res eſt. Qui omnes in terra utebantur una quadam divina lingua, in illa utenda perſtitere, quamdiu inter ſe conſenſerunt: nec ſe dimovent ab Oriente, donec illis lumen & luminis æterni ſplendor ſapit. Iidem illi ab Oriente recedunt, cum res illis ab Oriente alienæ placent; tumque campum inveniunt in terra Sennaar, (quæ vox idem ſonat ac *dentium excuſſio*, quaque ſignificatur eos amiſiſſe ea, quibus aluntur,) ibique habitant. Cum autem colligere materias volunt, & cœlo res conjungere quæ conjungi non ſunt idoneæ, ut per res materia concretas ad res materia ſolutas affectent viam; tum dicunt: *Venite, faciamus late-*

σωμεν πλινθους, και ὀπτησωμεν αὐτας πυρι. ὡς ἐν κρατυνοντες και πηγνυντες τα πηλινα και ὑλικα, και την πλινθον λιθον ποιειν θελοντες, και τον πηλον ἀσφαλτον, και δια τουτων οἰκοδομειν πολιν και πυργον· ἐ, ὁσον ἐπι τῃ ὑποληψει αὐτων, ἐςαι ἡ κεφαλη ἑως του ἐρανου κατα τα ὑπεραιρουμενα ὑψωματα κατα της γνωσεως του θεου· παραδιδοσθωσαν ἑκαςος (κατα την ἀναλογιαν της ἀπο ἀνατολων κινησεως, ἡ ἐπι πλειον, ἡ ἐπ᾽ ἐλαττον αὐτοις γεγενημενης, και κατα την ἀναλογιαν της κατασκευης των πλινθων εἰς λιθους, και του πηλου εἰς ἀσφαλτον, και της ἐκ τουτων οἰκοδομης) ἀγγελοις ἐπι πλειον ἡ ἐπ᾽ ἐλαττον χαλεπωτεροις, και τοιοισδε ἡ τοιοισδε, ἑως τισωσι δικας ἐφ᾽ οἱς τετολμηκασι· και ὑπο των ἀγγελων ἀγεσθωσαν ἑκαςος των ἐμποιησαντων την οἰκειαν ἑαυτοις διαλεκτον ἐπι τα μερη της γης κατα την ἑαυτων ἀξιαν, οἱδε μεν ἐπι την, φερ᾽ εἰπειν, καυσωδη χωραν, ἀλλοι δ᾽ ἐπι την δια το κατεψυχθαι κολαζουσαν τους ἐνοικουντας· και οἱ μεν ἐπι την δυσγεωργητοτεραν, ἀλλοι δε ἐπι την ἐλαττον τοιαυτην· και οἱ μεν ἐπι την πεπληρωμενην θηριων, οἱ δε ἐπι την ἐπ᾽ ἐλαττον ἐχουσαν αὐτα.

Εἰτα εἰ τις δυναται ὡς ἐν ἱςοριας σχηματι, ἐχουσης μεν τι και καθ᾽ αὐτην ἀληθες, ἐμφαινουσης δε τι και ἀπορρητον, ἰδετω και τους την ἐξ ἀρχης διαλεκτον τετηρηκοτας, τῳ μη κεκινηκεναι ἀπ᾽ ἀνατολων, μενοντας ἐν τῃ ἀνατολῃ και τῃ ἀνατολικῃ διαλεκτῳ· και νοειτω τουτους μονους γεγονεναι μεριδα κυριου, και λαον αὐτου τον καλουμενον Ιακωβ, γεγονεναι δε και σχοινισμα κληρονομιας αὐτου Ισραηλ· και οὑτοι μονοι ἐπιςατεισθωσαν ὑπο ἀρχοντος, οὐκ ἐπι κολασει παρειληφοτος τους ὑπ᾽ αὐτῳ, ὡσπερ οἱ ἀλλοι. βλεπετω δ᾽ ὁ δυναμενος ὡς ἐν ἀνθρωποις, ἐν τῃ τουτων πολιτειᾳ, των τεταγμενων κατα την διαφερουσαν μεριδα τῳ κυριῳ γενομενας ἁμαρτιας, προτερον μεν ἀνεκτας, και τοιαυτας, ὡς μη παντῃ ἀξιους εἰναι αὐτους του ἐγκαταλειπεσθαι· ὑςερον δε πλειονας μεν, ἀλλ᾽ ἐτι ἀνεκτας. και τουτ᾽ ἐπι πλειονα χρονον νοων γινομενον, και ἀει θεραπειαν προσαγομενην, και ἐκ διαλειμματων

τουτους

nes & coquamus eos igne. Sed poſtquam, firmatis compactisque luto & materiis, ex lateribus lapides & ex luto bitumen efficere tentarunt, urbemque ex iis & turrim ædificare, cujus culmen putabant, quæ ſua erat altitudo extollens ſe adverſus cognitionem Dei, ad cœlum poſſe pertingere; tunc, prout magis aut minus ab Oriente diſceſſerunt, rationeque habita converſionis laterum in lapides & luti in bitumen totiusque ex illis rebus conſtructi ædificii, traduntur Angelis plus minusve moleſtis, his aut illis, donec ſuorum ſcelerum pœnas perſolverint: ab iſtis Angelis qui ſuam unicuique eorum linguam indiderunt, in diverſas pro ſuis meritis terræ partes abducuntur: ita ut hi quidem in regionem æſtuoſam, illi in aliam ſuos frigore incolas cruciantem; alii in cultu difficilem, alii in cultu faciliorem: alii in feris refertam, alii in minus ferarum habentem deducantur.

31. Obſervent deinde acutiores, qui in hiſtoria, præter ea quæ vere geſta narrat, aliquid reconditius norunt perſpicere, obſervent, inquam, eos, qui primam linguam ſervavere nec ex Oriente egreſſi ſunt, in Oriente remanſiſſe orientalemque linguam retinuiſſe; eos præterea ſolos partem fuiſſe Domini, populum ejus dictum Jacob, Iſrael fuiſſe funiculum hæreditatis ejus; eosque ſolos ſubjectos fuiſſe Præſidi, qui non illos regendos ſuſcepit, ut puniret; quod alii aliarum nationum Præſides fecerunt. Animadvertant inſuper, quoad hominibus licet, in illa ſocietate, quam Dominus ut præſtantiorem partem ſibi aſſignaverat, committi peccata, primum tolerabilia, nec hujusmodi ut propterea relinqui deberent; deinde graviora, ſed quæ tamen ferri poſſent; id accidere diutius; remedia ſemper adhibita; illos ad

Deum

τϰτϰς ἐπιςρεφονΊας, ὁρατω αὐτϰς καταλειπομενϰς κατα την ἀναλογιαν των ἁμαρτανομενων τοις λαχϰσι τας ἀλλας χωρας, προτερον μεν ἐπι το ἐλαττον αὐτϰς κολαθενΊας, και τισανΊας δικην, ὡσπερει παιδευθενΊας, ἐπανελθειν εἰς τα οἰκεια. ὑςερον δε βλεπετω αὐτϰς παραδεδομενϰς χαλεπωτεροις ἀρχϰσιν, ὡς ἀν ὀνομασαιεν αἱ γραφαι, Ασσυριοις, εἰτα Βαβυλωνιοις. εἰτα, προσαγομενων θεραπειων, ὁρατω τϰτϰς ϰδεν ἡττον αὐξονΊας τα ἁμαρτανομενα, και δια τϰτ' ἐπισπειρομενϰς ὑπο των διαρπαζοντων αὐτϰς ἀρχοντων των λοιπων ἐθνωνΊαις ἀλλαις μερισιν. ὁ δ' ἀρχων αὐτων ἐπιτηδες παροράτω διαρπαζομενϰς αὐτϰς ὑπο των ἐν τοις λοιποις ἐθνεσιν ἀρχοντων· ἱνα και αὐτος εὐλογως, ὡσπερει ἑαυτον ἐκδικων, λαβων ἐξϰσιαν ἀποσπασαι των λοιπων ἐθνων ὡς ἀν δυνηΊαι, το τοιϰτο ποιησῃ, και νομϰς τε αὐτοις θηται και βιον ὑποδειξῃ καθ' ὁν βιωτεον· ἱνα αὐτϰς ἀναγαγῃ ἐπι τελος, ἐφ' ὁπερ ἀνηγαγε τϰς μη ἁμαρτανοντας ἐκ τϰ προτερϰ ἐθνϰς.

Και δια τϰτϰ μανθανετωσαν οἱ δυναμενοι τα τηλικαυτα βλεπειν, ὁτι πολλῳ δυνατωτερος ὁ λαχων τϰς προτερον μη ἡμαρτηκοΊας των λοιπων ἐςιν· ἐπει δεδυνηΊαι ἀπο της παντων μεριδος ἐπιλεκτϰς λαβων ἀποςησαι μεν αὐτϰς των ἐπι κολασει παρειληφοτων, προσαγαγειν δε νομοις και βιῳ συμβαλλομενῳ εἰς ἀμνηςιαν των προημαρτημενων αὐτοις. ἀλλ', ὡς προειπομεν, ταυτα ἡμιν ἐπικεκρυμμενως λελεχθω, παριςασιν ὠν παρηκϰσαν οἱ φησανΊες, τα μερη της γης ἐξ ἀρχης ἀλλα ἀλλοις ἐποπταις νενεμημενα, κατα τινας ἐπικρατειας διειλημμενα, ταυτῃ διοικεισθαι· ἀφ' ὡν και ὁ Κελσος λαβων τας ἐκκειμενας εἰπε λεξεις. ἐπει δ' οἱ κινησαντες ἀπο ἀνατολων, δι' ἁ ἡμαρτον, παρεδοθησαν εἰς ἀδοκιμον νουν, και εἰς παθη ἀτιμιας, και ἐν ταις ἐπιθυμιαις των καρδιων αὐτων εἰς ἀκαθαρσιαν, ἱνα κορεσθεντες της ἁμαρτιας μισησωσιν αὐτην· ϰχ ὑποκεισομεθα τῳ Κελσϰ ἀρεσκονΊι φασκονΊος δια τϰς νενεμημενϰς ἐποπΊας τοις μερεσι της γης τα παρ' ἑκαςοις ὀρθως πραττεσθαι· ἀλλα

και

Deum ex intervallis reverſos eſſe; advertant quoque illos pro ſuis peccatis traditos fuiſſe aliarum regionum Præſidibus, ac primum lenius punitos inflictaque pœna quaſi eruditos in propria rediiſſe; poſtea poteſtatibus traditos fuiſſe acerbioribus, Aſſyriis nempe & Babyloniis, ut ſcriptura vocat; poſtremo, cum adhibita remedia malitiam ſemper creſcentem non compeſcerent, diſperſos in alias partes fuiſſe ab aliarum regionum Præſidibus: diſſimulante interim & negligente ſuo Præſide, ut ipſe viciſſim, quaſi ſe, quod æquum erat, ulciſcens, poteſtate accepta, ex aliis gentibus quos poſſet adduceret, leges illis daret, vivendi normam præſcriberet, perduceretque ad finem, ad quem perduxit eos ex prima natione, qui non peccaverant.

32. Jam hinc diſcant harum rerum intelligentes, multo cæteris valentiorem eſſe, cui obtigere primi illi homines qui non peccaverunt: ſi quidem potuerit undecunque eligere quos voluit, illos iis eripere quibus in pœnam traditi fuerant, leges illis imponere eamque vitæ normam dare, quæ ad inducendam priſtinorum ſcelerum oblivionem conduceret. Verum hæc omnia occulte, ut præmonui, eaque tantum mente dicta ſint, ut indicem unde confuſe audierint ii, a quibus memorata Celſus accepit verba, *diverſas terræ partes diverſis poteſtatibus, quaſi quasdam præfecturas, commiſſas ab initio, eodem nunc modo adminiſtrari.* Quoniam vero qui ſuis peccatis ab Oriente receſſerunt, traditi ſunt *in reprobum ſenſum & in paſſiones ignominiæ, in deſideria cordis eorum, in immunditiam*, ut peccato ſaturati illud odio tandem haberent, Celſo non aſſentimur aſſerenti, iis inſpectoribus diverſis terræ partibus præpoſitis deberi, quod

recte

των βυλομεθα, ἐχ ὁπη ἡ ἐκεινοις φιλον, ποιειν τα ἐκεινων. ὁρωμεν γαρ ὁτι ὁσιον μεν τα ἐξ ἀρχης κατα τοπυς νενομισμενα λυειν ἐςι νομοις κρειττοσι και θειοτεροις, οἱς ὡς δυνατωτατος ἐθετο Ιησυς, ἐξελομενος ἡμας ἀπο τυ αἰωνος τυ ἐνεςωτος πονηρυ, και των ἀρχοντων τυ αἰωνος τυτυ των καταργυμενων· ἀνοσιον δε το μη ἐπιρριψαι ἑαυτον τῳ παντων ἀρχοντων φανεντι και ἀποδειχθεντι καθαρωτερῳ και δυνατωτερῳ, προς ὁν εἰπεν ὁ Θεος, ὡς οἱ προφηται προ πολλων προειπον γενεων, αἰτησαι παρ' ἐμυ, και δωσω σοι ἐθνη την κληρονομιαν συ, και την κατασχεσιν συ τα περατα της γης. και γαρ αὐτος προσδοκια γεγονεν ἡμων, των ἀπο ἐθνων πιςευσαντων εἰς αὐτον, και τον ἐπι πασι Θεον πατερα αὐτυ.

Ταυτα δε ἐ μονον προς τα ἐγκειμενα περι των ἐποπτων ἡμιν λελεκται, ἀλλα και μετριως προλαμβανουσι τα ὑπο τυ Κελσυ προς ἡμας λεγομενα, ἐν οἱς φησιν· ἰτω δε ὁ δευτερος· ἐρησομαι δε αὐτυς, ποθεν ἡκυσιν, ἡ τινα ἐχυσιν ἀρχηγετην πατριων νομων· ὐδενα φησυσιν, οἱ γε ἐκειθεν μεν ὡρμηνται και μεντοι, και τον διδασκαλον τε και χοροςατην ἐκ ἀλλοθεν ποθεν φερυσιν· ὁμως δ' ἀφεςηκασιν Ιυδαιων. ἡκομεν ὐν ἡμεις ἑκαςος ἐν ταις ἐσχαταις ἡμεραις, ὁτε ὁ Ιησυς ἡμων ἐπιδεδημηκεν, εἰς το ἐμφανες ὁρος κυριυ, τον ὑπερανω παντος λογυ λογον, και εἰς τον οἰκον τυ Θευ, ὁς ἐςιν ἐκκλησια Θευ ζωντος, ςυλος και ἑδραιωμα της ἀληθειας. και ὁρωμεν, τινα τροπον ὑτος οἰκοδομειται ἐπι ἀκρων των ὁρεων, παντων των προφητικων λογων, οἱ τινες αὐτυ θεμελιος εἰσιν. ὑψουται δ' ὑτος ὁ οἰκος ὑπερανω των βυνων, των δοκουντων τι ἐξαιρετον παρα ἀνθρωποις ἐν σοφιᾳ και ἀληθειᾳ ἐπαγγελλεσθαι. και ἐρχομεθα παντα τα ἐθνη ἐπ' αὐτο, και πορευομεθα τα πολλα ἐθνη, και λεγομεν ἀλληλοις, προτρεποντες ἐπι την ἐν ἐσχαταις ἡμεραις ἀναλαμψασαν δια Ιησυ χριςυ θεοσεβειαν, δευτε, και ἀναβωμεν εἰς το ὁρος τυ κυριυ, και εἰς τον οἰκον τυ Θευ Ιακωβ· και ἀναγγελει ἡμιν την ὁδον αὐτυ, και πορευσομεθα ἐν αὐτῃ·

ἐξηλθε

recte ſe res ſingulorum habeant. Neque etiam eam agendi rationem ſequi volumus, quæ illis placet. Scimus enim fas eſſe leges regionum ab initio conſtitutas violare, iisque leges anteferre præſtantiores ac diviniores, quas Jeſus ut potentior ſancivit, *eripiens nos de præſenti ſæculo nequam*, & *de principibus hujus ſæculi qui deſtruuntur;* contra vero impium eſſe non ſe illi ſubjicere, qui ſanctior fortiorque Principibus omnibus aperte viſus eſt, & cui Deus, ut Prophetæ ante multa ſæcula, dixit: *Poſtula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Et certe factus ille eſt expectatio noſtra, qui e gentibus credidimus in eum & in ſummum Deum ejus Patrem.

33. Cæterum hæc non ſolum propoſitam de inſpectoribus opinionem refutant; ſed etiam quodam modo occupant ea quæ Celſus contra nos infra diſſerit: *Accedat*, inquit, *ſecundus: & interrogabo eos unde veniant, quemnam habeant auctorem patriarum legum. Nullum afferent: quippe qui inde oriundi ſunt, nec aliunde habent doctorem & ducem. Attamen defecerunt a Judæis.* Venimus igitur nos in noviſſimis hiſce diebus, cum Jeſus ad nos advenit, ad *manifeſtum montem Domini*, qui Verbum eſt omni verbo excellentius, *ad Dei domum*, quæ eſt Eccleſia Dei viventis, *columna & firmamentum veritatis:* & videmus quomodo in ſummis montibus ædificetur, hoc eſt in propheticis ſermonibus, qui fundamentum ejus ſunt. Exaltatur autem hæc domus ſuper omnes colles, id eſt ſuper eos, qui videntur apud homines ſublime quidpiam in ſapientiæ & veritatis ſtudio polliceri. Nos gentes omnes ad illum accedimus montem, ad illum agminatim venimus, & nos invicem ad religionem in poſtremis diebus a Jeſu conſtitutam cohortamur his verbis: *Venite aſcendamus ad montem Domini & ad domum Dei Jacob, & annuntiabit nobis viam ſuam, & ambulabimus in*

ea.

ἐξηλθε γαρ ἀπο των ἐν Σιων νομος, και μετεςη ἐφ' ἡμας πνευματικος. ἀλλα και ὁ λογος κυριυ ἐξηλθεν ἀπ' ἐκεινης της Ιερυσαλημ, ἱνα πανταχυ νεμηθη, και κρινη ἀνα μεσον των ἐθνων, ἐκλεγομενος μεν ὑς ὁρα εὐπειθεις, ἐλεγχη δε λαον πολυν τον ἀπειθη· και φαμεν γε προς τυς ἐρομενυς ἡμας, ποθεν ἡκομεν, ἡ τινα ἐχομεν ἀρχηγετην· ὁτι ἡλθομεν, κατα τας Ιησυ ὑποθηκας, συγκοψαι τας πολεμικας ἡμων λογικας μαχαιρας και ὑβριςικας εἰς ἀροτρα, και τας κατα το προτερον ἡμων μαχιμον ζιβυνας εἰς δρεπανα μετασκευαζομεν. οὐκετι γαρ λαμβανομεν ἐπ' ἐθνος μαχαιραν, ὑδε μανθανομεν ἐτι πολεμειν, γενομενοι δια τον Ιησυν υἱοι της εἰρηνης· ὁς ἐςιν ἡμων ἀρχηγος, ἀντι των πατριων, ἐν οἱς ξενοι των διαθηκων ἐτυγχανομεν, λαμβανοντες νομον, ἐφ' ᾡ χαριτας ὁμολογυντες τῳ ἡμας ῥυσαμενῳ ἀπο της πλανης, λεγομεν, ὡς ψευδη ἐκτησαντο οἱ πατερες ἡμων εἰδωλα, και ὐκ ἐςιν ἐν αὐτοις ὑετιζων. ὁ χοροςατης ὑν ἡμων και διδασκαλος, ἀπο Ιυδαιων ἐξελθων, ὁλην νεμεται τῳ λογῳ της διδασκαλιας ἑαυτυ την οἰκυμενην. και ταυτα μεν προλαβοντες, πολλοις ἐπιφερομενην τυ Κελσυ λεξιν, ὁση δυναμις, ἀνετρεψαμεν, συναπτοντες τοις ἐγκειμενοις αὐτυ ῥητοις.

Ινα δε μη παρελθωμεν τα ἐν τοις μεταξυ λελεγμενα τῳ Κελσῳ· φερ', ἐκθωμεθα και ταυτα. χρησαιτο δ' ἀν τις και Ηροδοτῳ προς τοδε μαρτυρι, λεγοντι ᾡδε, οἱ γαρ δη ἐκ Μαρεης τε πολιος και Απιος οἰκεοντες Αἰγυπτυ τα προσυρα Λιβυη, αὐτοι τε δοκεοντες εἰναι Λιβυες, και ὐκ Αἰγυπτιοι, και ἀχθομενοι τη περι τα ἱερα θρησκειη, βυλομενοι θηλεων βοων μη ἐργεσθαι, ἐπεμψαν εἰς Αμμωνα φαμενοι ὐδεν σφισι τε και Αἰγυπτιοισι κοινον εἰναι· οἰκεειν γαρ ἐξω τυ Δελτα, και ὐχ ὁμολογεειν αὐτοισι· βυλεσθαι τε παντων σφισιν ἐξειναι γινεσθαι. ὁ δε θεος ὐκ ἐα σφεας ποιεειν ταυτα, φας Αἰγυπτον εἰναι ταυτην, την ὁ Νειλος ἐπιων ἀρδει· και Αἰγυπτιυς εἰναι τυτυς, οἱ ἐνερθεν Ελεφαντινης πολιος οἰκεοντες ἀπο τυ ποτα-

ea. *Exivit enim de Sion lex* & inter nos conſtituta eſt ſpiritalis. Sed & *exivit verbum Domini de Jeruſalem*, ut quocumque diſpergatur & inter gentes judicet, eligens quos dociles videt, indociles vero qui magno numero ſunt, redarguens. Sciſcitantibus autem unde veniamus & quiſnam ſit dux noſter, reſpondemus nos Jeſu imperiis accerſitos venire *conflatum in vomeres gladios*, quibus animi noſtri antea ad bella inferenda ingerendasque contumelias utebantur; & convertimus in falces lanceas quibus olim irati feriebamus. Nec enim jam contra gentem ullam arma capimus, nec bellum gerere diſcimus, facti pacis filii per Jeſum, quem ſequimur ducem, relictis illis, quibus adhæſerunt patres noſtri, & ſub quibus hoſpites *teſtamentorum* eramus. Ab illo legem accepimus, qua cum nos ab errore liberaverit, idcirco gratias illi agentes dicimus: *Vana Patres noſtri ſimulacra habebant; nec ullum eſt inter illa quod pluat.* Præſes igitur noſter & doctor e mediis Judæis egreſſus verbo ſuæ doctrinæ paſcit univerſum orbem. Atque his in anteceſſum dictis pro viribus ea refutavimus quæ verboſe nobis a Celſo objecta ſunt, conjungentes ejus dictis ea quæ nobis contra dicenda erant.

34. Ne tamen quæ Celſus inſeruit prætermittamus, illa recitare juvat: *Hujuſce rei teſtis eſt*, inquit, *Herodotus*, *cujus hæc ſunt:* „ Qui Maream & Apim „ habitant in Libyæ confiniis & Ægypti, ii cum ſibi „ viderentur ad Libyam magis quam ad Ægyptum „ pertinere, & ægre ferrent ſe ſacrificiorum legibus „ prohiberi a vaccis, miſerunt ad Ammonem qui di„ cerent ſibi nihil eſſe commune cum Ægyptiis, ſe „ extra Delta ſedes habere, non ejusdem eſſe cum „ illis ſententiæ, proinde rogare ut ſibi liberum eſſet „ quibusvis veſci carnibus. Deus tamen illa non „ permiſit, hac data ratione, Ægypti eſſe quæcum„ que loca Nilus inundans irrigaret, & Ægyptios il-

ποταμȣ τȣτȣ πινȣσιν. Ηροδοτῳ μεν ταδε ἱϛορηται. ὁ δε Αμμων ȣδεν τι κακιων διαπρεσβευσαι τα δαιμονια, ἡ οἱ Ιȣδαιων ἀγγελοι· ὡϛε ȣδεν ἀδικον, ἑκαϛȣς τα σφετερα νομιμα θρησκευειν. ἀμελει πλειϛον αὐτων εὑρησομεν κατα ἐθνη το διαφερον· και ὁμω ἑκαϛοι αὐτοι μαλιϛα εὐ νομιζειν δοκȣσιν. Αἰθιοπω μεν οἱ Μεροην οἰκȣντες Δια και Διονυσον μονους σεβοντες· Αραβιοι δε την Οὐρανιαν και Διονυσον τȣτȣς μονȣς· Αἰγυπτιοι δε παντες μεν Οσιριν τε και Ισιν· Σαιται δε Αθηναν Ναυκρατιται δε, ȣ παλαι ἀρξαμενοι, ὠνομασαν Σαραπιν· και οἱ λοιποι κατα νομȣς ὡς ἑκαϛοι. και οἱ μεν ὀιων ἀπεχονται, σεβοντες ὡς ἱερȣς· οἱ δε, αἰγων· οἱ δε κροκοδειλων· οἱ δε βοων θηλειων· συων δε ἀπεχονται βδελυττομενοι. Σκυθαις γε μην και ἀνθρωπȣς δαιννσθαι καλον. Ινδων δε εἰσιν οἱ και τȣς πατερας ἐσθιοντες ὁσια δραν νομιζȣσι· και πȣ φησιν ὁ αὐτος Ηροδοτος. χρησομαι δε αὖθις αὐταις ἐκειν λεξεσι, πιϛως εἱνεκα· ἱϛορει δε ὡδε· εἰ γαρ τις προθειη πασιν ἀνθρωποισιν, ἐκλεξασθαι κελευων νομȣς τȣς καλλιϛȣς ἐκ των παντων νομων· διασκεψαμενοι ἀν ἑλοιατο ἑκαϛοι τȣς ἑωυτων. ȣτω νομιζȣσι πȣλυ τι καλλιϛȣς τȣς ἑαυτων νομȣς ἑκαϛοι εἰναι. ȣκων εἰκος ἐϛιν ἀλλον γε, ἡ μαινομενον ἀνδρα γελωτα τα τοιαυτα τιθεσθαι. ὡς δ' ȣτω νενομικασι τα περι τȣς νομȣς οἱ παντες ἀνθρωποι· πολλοισι και ἀλλοισι τεκμηριοισι παρεϛι ϛαθμωσασθαι, ἐν δε δη και τῳδε. Δαρειος, ἐπι της ἑωυτȣ ἀρχης καλεσας Ελληνων τȣς παρεοντας εἰρετο ἐπι κοσῳ ἀν χρηματι βȣλοιατο τȣς πατερας ἀποθνησκοντας κατασιτεεσθαι. οἱ δε ἐφασαν ἐπ' ȣδενι ἐρδειν ἀν τȣτο. Δαρειος δε μετα ταυτα καλεσας Ινδων τȣς καλεομενȣς Καλλατιας, οἱ τȣς γονεας κατεσθιȣσιν, εἰρετο, παρεοντων των Ελληνων, και δι' ἑρμηνεως μανθανοντων τα λεγομενα, ἐπι τινι χρηματι δεξαιατ' ἀν τελευτεοντας τȣς πατερας κατακαιειν πυρι. οἱ δε ἀμβωσαντες μεγα εὐφημεειν μιν ἐκελευον. ȣτω μεν νυν ταυ-

τα

„ los omnes, qui infra Elephantinam urbem ex hoc „ flumine bibunt." *Hæc Herodotus. Atqui Ammon de rebus divinis nihilo deterior eſt Judaïcis Angelis. Ex quo efficitur æquum eſſe ſuos quemque ritus obſervare. Atque hinc eſt quod, etiamſi magna eorum eſt pro ſingulis gentibus differentia, nulla tamen earum ſit, quæ non optimos eſſe ſuos autumet. Qui in Æthiopia Meroen incolunt, ii ſolos Jovem & Bacchum venerantur: Arabes Uraniam & Liberum ſolos; Ægyptii omnes Oſirim & Iſidem colunt; Saïtæ Minervam; Naucratitæ, nec ita dudum, Serapin retulerunt in deos; alii alios pro ſuis quique legibus. Nam alii ovibus, quas ut ſacras colunt, abſtinent; aliis capris; crocodilis alii; alii vaccis, porcos vero abominantur. Apud Scythas veſci hominibus pulchrum eſt: ex Indis nonnulli ſanctum exiſtimant parentes devorare. Hæc omnia teſtatur Herodotus, quod ut confirmem, en ipſius verba.* „Siquis, „ data hominibus optione, juberet eas eligere leges „ quas judicarent optimas, omnes ſuarum quisque „ regionum leges anteferrent; ſuas enim ſinguli exi- „ ſtimant cæteris eſſe multo præſtantiores. Unde in- „ ſanum eſſe oporteat, qui hunc hominum ſenſum „ ludibrio habet. Sic autem omnes homines de „ ſuis ſentire legibus, cum multis adſtruere liceat „ argumentis, tum hoc maxime. Darius imperii ſui „ initio convocavit ad ſe eos e Græcis qui tum in „ aula aderant, eosque interrogavit qua mercede „ vellent defunctos parentes ſuos comedere. Qui „ cum reſpondiſſent id ſe nulla mercede facturos, „ Darius poſtea arceſſivit ex Indis illos qui Callatiæ „ vocantur quique parentes comedere ſolent, eos- „ que coram Græcis quibus interpres Indorum re- „ ſponſa explicabat, percontatus eſt quo pretio ad- „ duci poſſent ad cremandos parentes mortuos. Hic „ vero exclamarunt illi regemque bona verba dicere „ juſſerunt. Itaque manent etiamnum utrisque ſuæ

 „ leges:

τα νενομισαι. και ὀρθως μοι δοκει Πινδαρος ποιησαι, νομον παντων βασιλεα φησας εἰναι.

Δια τουτων δε ὀδευειν δοκει τῳ Κελσῳ ὁ λογος ἐπι το, δειν παντας ἀνθρωπους κατα τα πατρια ζην, ουκ ἀν μεμφθεντας ἐπι τουτῳ· χριστιανους δε τα πατρια καταλιποντας, και ουχ ἑν τι τυγχανοντας ἐθνος ὡς Ιουδαιοι, ἐγκλητως προςιθεσθαι τη του Ιησου διδασκαλιᾳ. λεγετω ουν ἡμιν, ποτερον καθηκοντως οἱ φιλοσοφουντες, και διδασκομενοι μη δεισιδαιμονειν, καταλειψουσι τα πατρια, ὡς και φαγειν των ἀπηγορευμενων ἐν ταις πατρισιν αὐτων; ἠ παρα το καθηκον τουτο πραξουσιν; εἰ μεν γαρ δια φιλοσοφιαν, και τα κατα δεισιδαιμονιας μαθηματα, ου φυλαττοντες τα πατρια και φαγοιεν ἀν των ἀπηγορευμενων ἐκ πατερων αὐτοις· δια τι ουχι και χριστιανοι (λογου αἱρουντος μη τευταζειν περι τα ἀγαλματα και τα ἱδρυματα, ἠ και περι τα δημιουργηματα του θεου, ἀλλ' ὑπεραναβαινειν, και την ψυχην παριςανειν τῳ δημιουργῳ) το ἀναλογον ποιουντες τοις φιλοσοφουσιν, ἀνεγκλητως τουτο πραττοιεν; εἰ δ' ὑπερ του φυλαξαι την προκειμενην ἑαυτῳ θεσιν ὁ Κελσος ἐρει, ἠ οἱ εὐδοκουντες τοις αὐτου, ὁτι και φιλοσοφησας τις τηρησει τα πατρια· ὡρα φιλοσοφους γελοιοτατα, φερ' εἰπειν, ἐν Αἰγυπτιοις γενεσθαι φυλαττομενους ἐμφαγειν κρομυων, ἱνα τα πατρια τηρωσιν, ἠ μοριων τινων του σωματος, οἱον κεφαλης και ὠμου, ἱνα μη παραβαινωσι τα ὑπο πατερων αὐτοις παραδοθεντα. και ου πω λεγω περι των τας του σωματος φλυαριας ἐν φυσαις φριττοντων των Αἰγυπτιων, ὁτι ἐαν ἀπο των τοιουτων τις φιλοσοφηση, και τηρηση τα πατρια, γελοιος ἀν εἰη φιλοσοφος ἀφιλοσοφα πραττων. οὑτως ουν και ὁ ὑπο του λογου προσαχθεις ἐπι το σεβειν τον των ὁλων θεον, και δια τα πατρια κατω που μενων παρα τοις ἀγαλμασι και τοις ἀνθρωπινοις ἱδρυμασι, και μη βουλομενος ἀναβηναι τῃ προαιρεσει προς τον δημιουργον· παραπλησιως ἀν γενοιτο τοις μαθουσι μεν τα φιλοσοφιας, φοβουμενοις δε τα μη φοβερα, και νομιζουσιν ἀσεβειαν εἰναι το τοιονδε ἐμφαγειν.

Οἱος

„ leges: ut Pindarus recte ceciniſſe videatur legem
„ omnium eſſe regem."

35. In his omnibus eo videtur ſpectare Celſus ut probet oportere omnes homines patriis legibus vivere neque hac de re reprehendi poſſe: Chriſtianos vero, qui non peculiarem ut Judæi gentem conſtituunt, injuria leges patrias deſeruiſſe, ut ad Jeſu doctrinam adhæreſcerent. Dicat igitur nobis utrum hi, qui philoſophiæ dantes operam excuſſerunt ſuperſtitionem, & ita patria inſtituta deſerunt ut cibis veſcantur in patria vetitis, ex officio faciant an præter officium? Nam ſi philoſophia, ſi doctrina contra ſuperſtitionem data efficere poteſt, ut, ſpretis patriis legibus, cibos a majoribus prohibitos comedere liceat; cur non Chriſtiani idem, atque philoſophi, facere ſine crimine poſſent? præſertim cum eorum doctrina vetet ſtatuarum atque ſimulacrorum rationem habere & hærére in rebus a Deo creatis, ſed his tranſcenſis ad conditorem animam attollere jubeat. Quod ſi Celſus aliive ejus aſſeclæ, ut ſua principia conſtanter teneant, dixerint patrias leges vel philoſopho eſſe cuſtodiendas; accidet ut, qui philoſophi inter Ægyptios degent, perridicule cepis abſtineant, ut patria ſervent inſtituta; aut quibusdam corporis partibus, puta capite vel humero, ut ne ritus a majoribus ſibi traditos violent. Taceo nunc eos Ægyptios qui crepitus ventris in honore habent Nam ſi quis eorum philoſophiæ ſtudens hos patrios ritus obſervet, nonne ridiculus fuerit, & indigna philoſopho fecerit? Quisquis ergo a Chriſtiana doctrina Deum rerum omnium conditorem adorare didicit, & propter leges patrias in ſtatuis & ſimulacris hæret, nec vult animo ad conditorem aſſurgere, is nihil differt ab eis, qui, licet philoſophiæ documenta acceperint, timent tamen quæ non timenda ſunt, & impium eſſe ducunt quibusdam carnibus veſci.

 36. Qua-

και βϩλομεθα, ϩ̓χ ὁπη ἡ ἐκεινοις φιλον, ποιειν τα ἐκεινων. ὁρωμεν γαρ ὁτι ὁσιον μεν τα ἐξ ἀρχης κατα τοπϩς νενομισμενα λυειν ἐςι νομοις κρειττοσι και θειοτεροις, οἱς ὡς δυνατωτατος ἐθετο Ιησϩς, ἐξελομενος ἡμας ἀπο τϩ αἰωνος τϩ ἐνεςωτος πονηρϩ, και των ἀρχοντων τϩ αἰωνος τϩτϩ των καταργϩμενων· ἀνοσιον δε το μη ἐπιρριψαι ἑαυτον τῳ παντων ἀρχοντων φανεντι και ἀποδειχθεντι καθαρωτερῳ και δυνατωτερῳ, προς ὁν εἰπεν ὁ θεος, ὡς οἱ προφηται προ πολλων προειπον γενεων, αἰτησαι παρ' ἐμϩ, και δωσω σοι ἐθνη την κληρονομιαν σϩ, και την κατασχεσιν σϩ τα περατα της γης. και γαρ αὐτος προσδοκια γεγονεν ἡμων, των ἀπο ἐθνων πιςευσαντων εἰς αὐτον, και τον ἐπι πασι θεον πατερα αὐτϩ.

Ταυτα δε ϩ̓ μονον προς τα ἐγκειμενα περι των ἐποπτων ἡμιν λελεκται, ἀλλα και μετριως προλαμβανουσι τα ὑπο τϩ Κελσϩ προς ἡμας λεγομενα, ἐν οἱς φησιν· ἰτω δε ὁ δευτερος· ἐρησομαι δε αὐτϩς, ποθεν ἡκϩσιν, ἡ τι ἀ ἐχϩσιν ἀρχηγετην πατριων νομων· ϩ̓δενα φησϩσιν, οἱ γε ἐκειθεν μεν ὡρμηνται και αὐτοι, και τον διδασκαλον τε και χοροςατην ϩ̓κ ἀλλοθεν ποθεν φερϩσιν· ὁμως δ' ἀφεςηκασιν Ιϩδαιων. ἡκομεν ϩ̓ν ἡμεις ἑκαςος ἐν ταις ἐσχαταις ἡμεραις, ὁτε ὁ Ιησϩς ἡμων ἐπιδεδημηκεν, εἰς το ἐμφανες ὁρος κυριϩ, τον ὑπερανω παντος λογϩ λογον, και εἰς τον οἰκον τϩ θεϩ, ὁς ἐςιν ἐκκλησια θεϩ ζωντος, ςυλος και ἑδραιωμα της ἀληθειας. και ὁρωμεν, τινα τροπον ϩ̓τος οἰκοδομειται ἐπι ἀκρων των ὁριων, παντων των προφητικων λογων, οἱ τινες αὐτϩ θεμελιος εἰσιν. ὑψουται δ' ϩ̓τος ὁ οἰκος ὑπερανω των βϩνων, των δοκουντων τι ἐξαιρετον παρα ἀνθρωποις ἐν σοφιᾳ και ἀληθειᾳ ἐπαγγελλεσθαι. και ἐρχομεθα παντα τα ἐθνη ἐπ' αὐτο, και πορευομεθα τα πολλα ἐθνη, και λεγομεν ἀλληλοις, προτρεποντες ἐπι την ἐν ἐσχαταις ἡμεραις ἀναλαμψασαν δια Ιησϩ χριςϩ θεοσεβειαν, δευτε, και ἀναβωμεν εἰς το ὁρος τϩ κυριϩ, και εἰς τον οἰκον τϩ θεϩ Ιακωβ· και ἀναγγελει ἡμιν την ὁδον αὐτϩ, και πορευσομεθα ἐν αὐτῃ·

ἐξηλθε

recte ſe res ſingulorum habeant. Neque etiam eam agendi rationem ſequi volumus, quæ illis placet. Scimus enim fas eſſe leges regionum ab initio conſtitutas violare, iisque leges anteferre præſtantiores ac diviniores, quas Jeſus ut potentior ſancivit, *eripiens nos de præſenti ſæculo nequam*, & *de principibus hujus ſæculi qui deſtruuntur*; contra vero impium eſſe non ſe illi ſubjicere, qui ſanctior fortiorque Principibus omnibus aperte viſus eſt, & cui Deus, ut Prophetæ ante multa ſæcula, dixit: *Poſtula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Et certe factus ille eſt expectatio noſtra, qui e gentibus credidimus in eum & in ſummum Deum ejus Patrem.

33. Cæterum hæc non ſolum propoſitam de inſpectoribus opinionem refutant; ſed etiam quodam modo occupant ea quæ Celſus contra nos infra diſſerit: *Accedat*, inquit, *ſecundus: & interrogabo eos unde veniant, quemnam habeant auctorem patriarum legum. Nullum afferent: quippe qui inde oriundi ſunt, nec aliunde habent doctorem & ducem. Attamen defecerunt a Judæis.* Venimus igitur nos in noviſſimis hiſce diebus, cum Jeſus ad nos advenit, ad *manifeſtum montem Domini*, qui Verbum eſt omni verbo excellentius, *ad Dei domum*, quæ eſt Eccleſia Dei viventis, *columna & firmamentum veritatis:* & videmus quomodo in ſummis montibus ædificetur, hoc eſt in propheticis ſermonibus, qui fundamentum ejus ſunt. Exaltatur autem hæc domus ſuper omnes colles, id eſt ſuper eos, qui videntur apud homines ſublime quidpiam in ſapientiæ & veritatis ſtudio polliceri. Nos gentes omnes ad illum accedimus montem, ad illum agminatim venimus, & nos invicem ad religionem in poſtremis diebus a Jeſu conſtitutam cohortamur his verbis: *Venite aſcendamus ad montem Domini & ad domum Dei Jacob, & annuntiabit nobis viam ſuam, & ambulabimus in*

ea.

ἐξηλθε γαρ ἀπο των ἐν Σιων νομος, και μετεςη ἐφ' ἡμας πνευματικος. ἀλλα και ὁ λογος κυριου ἐξηλθεν ἀπ' ἐκεινης της Ιερουσαλημ, ἱνα πανταχου νεμηθῃ, και κρινῃ ἀνα μεσον των ἐθνων, ἐκλεγομενος μεν οὑς ὁρᾳ εὐπειθεις, ἐλεγχων δε λαον πολυν τον ἀπειθη· και φαμεν γε προς τους ἐρωτωντας ἡμας, ποθεν ἡκομεν, ἡ τινα ἐχομεν ἀρχηγετην· ὁτι ἡκομεν, κατα τας Ιησου ὑποθηκας, συγκοψαι τας πολεμικας ἡμων λογικας μαχαιρας και ὑβριςικας εἰς ἀροτρα. και τας κατα το προτερον ἡμων μαχιμον ζιβυνας εἰς δρεπανα μετασκευαζομεν. οὐκετι γαρ λαμβανομεν ἐπ' ἐθνος μαχαιραν, οὐδε μανθανομεν ἐτι πολεμειν, γενομενοι δια τον Ιησουν υἱοι της εἰρηνης· ὁς ἐςιν ἡμων ἀρχηγετης ἀντι των πατριων, ἐν οἱς ξενοι των διαθηκων ἐτυγχανομεν, λαμβανοντες νομον, ἐφ' ᾡ χαριτας ὁμολογουντες τῳ ἡμας ῥυσαμενῳ ἀπο της πλανης, λεγομεν, ὡς ψευδη ἐκτησαντο οἱ πατερες ἡμων εἰδωλα, και οὐκ ἐςιν ἐν αὐτοις ὑετιζων. ὁ χοροςατης οὐν ἡμων και διδασκαλος, ἀπο Ιουδαιων ἐξελθων, ὁλην νεμεται τῳ λογῳ της διδασκαλιας ἑαυτου την οἰκουμενην. και ταυτα μεν προλαβοντες, πολλοις ἐπιφερομενην του Κελσου λεξιν, ὁση δυναμις, ἀνετριψαμεν, συναπτοντες τοις ἐγκειμενοις αὐτου ῥητοις.

Ινα δε μη παρελθωμεν τα ἐν τοις μεταξυ λελεγμενα τῳ Κελσῳ· φερ', ἐκθωμεθα και ταυτα. χρησαιτο δ' ἀν τις και Ηροδοτῳ προς τοδε μαρτυρι, λεγοντι ὡδε, οἱ γαρ δη ἐκ Μαρεης τε πολιος και Απιος οἰκεοντες Αἰγυπτου τα προσουρα Λιβυῃ, αὐτοι τε δοκεοντες εἰναι Λιβυες, και οὐκ Αἰγυπτιοι, και ἀχθομενοι τῃ περι τα ἱερα θρησκειῃ, βουλομενοι θηλεων βοων μη ἐργεσθαι, ἐπεμψαν εἰς Αμμωνα φαμενοι οὐδεν σφισι τε και Αἰγυπτιοισι κοινον εἰναι· οἰκεειν γαρ ἐξω του Δελτα, και οὐχ ὁμολογεειν αὐτοισι· βουλεσθαι τε παντων σφισιν ἐξειναι γευεσθαι. ὁ δε θεος οὐκ ἐα σφεας ποιεειν ταυτα, φας Αἰγυπτον εἰναι ταυτην, την ὁ Νειλος ἐπιων ἀρδει· και Αἰγυπτιους εἰναι τουτους, οἱ ἐνερθεν Ελεφαντινης πολιος οἰκεοντες ἀπο του

ποτα-

ea. *Exivit enim de Sion lex* & inter nos conſtituta eſt ſpiritalis. Sed & *exivit verbum Domini de Jeruſalem*, ut quocumque diſpergatur & inter gentes judicet, eligens quos dociles videt, indociles vero, qui magno numero ſunt, redarguens. Sciſcitantibus autem unde veniamus & quiſnam ſit dux noſter, reſpondemus nos Jeſu imperiis accerſitos venire *conflatum in vomeres gladios*, quibus animi noſtri antea ad bella inferenda ingerendasque contumelias utebantur; & convertimus in falces lanceas quibus olim irati feriebamus. Nec enim jam contra gentem ullam arma capimus, nec bellum gerere diſcimus, facti pacis filii per Jeſum, quem ſequimur ducem, relictis illis, quibus adhæſerunt patres noſtri, & ſub quibus hoſpites *teſtamentorum* eramus. Ab illo legem accepimus, qua cum nos ab errore liberaverit, idcirco gratias illi agentes dicimus: *Vana Patres noſtri ſimulacra habebant; nec ullum eſt inter illa quod pluat.* Præſes igitur noſter & doctor e mediis Judæis egreſſus verbo ſuæ doctrinæ paſcit univerſum orbem. Atque his in anteceſſum dictis pro viribus ea refutavimus quæ verboſe nobis a Celſo objecta ſunt, conjungentes ejus dictis ea quæ nobis contra dicenda erant.

34. Ne tamen quæ Celſus inſeruit prætermittamus, illa recitare juvat: *Hujuſce rei teſtis eſt*, inquit, *Herodotus, cujus hæc ſunt:* „ Qui Maream & Apim „ habitant in Libyæ confiniis & Ægypti, ii cum ſibi „ viderentur ad Libyam magis quam ad Ægyptum „ pertinere, & ægre ferrent ſe ſacrificiorum legibus „ prohiberi a vaccis, miſerunt ad Ammonem qui di„ cerent ſibi nihil eſſe commune cum Ægyptiis, ſe „ extra Delta ſedes habere, non ejusdem eſſe cum „ illis ſententiæ, proinde rogare ut ſibi liberum eſſet „ quibusvis veſci carnibus. Deus tamen illa non „ permiſit, hac data ratione, Ægypti eſſe quæcum„ que loca Nilus inundans irrigaret, & Ægyptios il-

ποταμου τουτου πινουσιν. Ηροδοτῳ μεν ταδε ἱστορηται. ὁ δε Αμμων ουδεν τι κακιων διαπρεσβευσαι τα δαιμονια, ἡ οἱ Ιουδαιων ἀγγελοι· ὡστε ουδεν ἀδικον, ἑκαστους τα σφετερα νομιμα θρησκευειν. ἀμελει πλειστον αὐτων ευρησομεν κατα ἐθνη το διαφερον· και ὁμως ἑκαστοι αὐτοι μαλιστα εὐ νομιζειν δοκουσιν. Αἰθιοπων μεν οἱ Μεροην οἰκουντες Δια και Διονυσον μονους σεβοντες· Αραβιοι δε την Οὐρανιαν και Διονυσον τουτους μονους· Αἰγυπτιοι δε παντες μεν Οσιριν τε και Ισιν· Σαιται δε Αθηναν Ναυκρατιται δε, οὐ παλαι ἀρξαμενοι, ὠνομασαν Σαραπιν· και οἱ λοιποι κατα νομους ὡς ἑκαστοι. και οἱ μεν οἰων ἀπεχονται, σεβοντες ὡς ἱερους· οἱ δε, αἰγων· οἱ δε κροκοδειλων· οἱ δε βοων θηλειων· συων δε ἀπεχονται βδελυττομενοι. Σκυθαις γε μην και ἀνθρωπους δαινυσθαι καλον. Ινδων δε εἰσιν οἱ και τους πατερας ἐσθιοντες ὁσια δραν νομιζουσι· και που φησιν ὁ αὐτος Ηροδοτος, χρησομαι δε αὐθις αὐταις ἐκεινου λεξεσι, πιστως εἱνεκα· ἱστορει δε ὡδε· εἰ γαρ τις προθειη πασιν ἀνθρωποισιν, ἐκλεξασθαι κελευων νομους τους καλλιστους ἐκ των παντων νομων· διασκεψαμενοι ἀν ἑλοιατο ἑκαστοι τους ἑωυτων. οὑτω νομιζουσι πολυ τι καλλιστους τους ἑαυτων νομους ἑκαστοι εἶναι. οὐκων εἰκος ἐστιν ἀλλον γε, ἡ μαινομενον ἀνδρα γελωτα τα τοιαυτα τιθεσθαι. ὡς δ' οὑτω νενομικασι τα περι τους νομους οἱ παντες ἀνθρωποι· πολλοισι και ἀλλοισι τεκμηριοισι παρεστι σταθμωσασθαι, ἐν δε δη και τῳδε. Δαρειος, ἐπι της ἑωυτου ἀρχης καλεσας Ελληνων τους παρεοντας εἰρετο ἐπι κοσῳ ἀν χρηματι βουλοιατο τους πατερας ἀποθνησκοντας κατασιτεεσθαι. οἱ δε ἐφασαν ἐπ' οὐδενι ἐρδειν ἀν τουτο. Δαρειος δε μετα ταυτα καλεσας Ινδων τους καλεομενους Καλλατιας, οἱ τους γονεας κατεσθιουσιν, εἰρετο, παρεοντων των Ελληνων, και δι' ἑρμηνεως μανθανοντων τα λεγομενα, ἐπι τινι χρηματι δεξαιατ' ἀν τελευτεοντας τους πατερας κατακαιειν πυρι. οἱ δε ἀμβωσαντες μεγα εὐφημεειν μεν ἐκελευον. οὑτω μεν νυν ταυ-

„ los omnes, qui infra Elephantinam urbem ex hoc „ flumine bibunt." *Hæc Herodotus. Atqui Ammon de rebus divinis nihilo deterior eſt Judaïcis Angelis. Ex quo efficitur æquum eſſe ſuos quemque ritus obſervare. Atque hinc eſt quod, etiamſi magna eorum eſt pro ſingulis gentibus differentia, nulla tamen earum ſit, quæ non optimos eſſe ſuos autumet. Qui in Æthiopia Meroen incolunt, ii ſolos Jovem & Bacchum venerantur: Arabes Uraniam & Liberum ſolos; Ægyptii omnes Oſirim & Iſidem colunt; Saïtæ Minervam; Naucratitæ, nec ita dudum, Serapin retulerunt in deos; alii alios pro ſuis quique legibus. Nam alii ovibus, quas ut ſacras colunt, abſtinent; aliis capris; crocodilis alii; alii vaccis, porcos vero abominantur. Apud Scythas veſci hominibus pulchrum eſt: ex Indis nonnulli ſanctum exiſtimant parentes devorare. Hæc omnia teſtatur Herodotus, quod ut confirmem, en ipſius verba.* „Siquis, „ data hominibus optione, juberet eas eligere leges „ quas judicarent optimas, omnes ſuarum quisque „ regionum leges anteferrent; ſuas enim ſinguli exi- „ ſtimant cæteris eſſe multo præſtantiores. Unde in- „ ſanum eſſe oporteat, qui hunc hominum ſenſum „ ludibrio habet. Sic autem omnes homines de „ ſuis ſentire legibus, cum multis adſtruere liceat „ argumentis, tum hoc maxime. Darius imperii ſui „ initio convocavit ad ſe eos e Græcis qui tum in „ aula aderant, eosque interrogavit qua mercede „ vellent defunctos parentes ſuos comedere. Qui „ cum reſpondiſſent id ſe nulla mercede facturos, „ Darius poſtea arceſſivit ex Indis illos qui Callatiæ „ vocantur quique parentes comedere ſolent, eos- „ que coram Græcis quibus interpres Indorum re- „ ſponſa explicabat, percontatus eſt quo pretio ad- „ duci poſſent ad cremandos parentes mortuos. Hic „ vero exclamarunt illi regemque bona verba dicere „ juſſerunt. Itaque manent etiamnum utrisque ſuæ

τα νενομισαι. και ὀρθως μοι δοκει Πινδαρος ποιησαι, νομον παντων βασιλεα φησας εἶναι.

Δια τουτων δε ὀδευειν δοκει τῳ Κελσῳ ὁ λογος ἐπι το, δειν παντας ἀνθρωπους κατα τα πατρια ζην, ουκ ἀν μεμφθεντας ἐπι τουτῳ χρισιανους δε τα πατρια καταλιποντας, και ουχ ἐν τι τυγχανοντας ἐθνος ὡς Ιουδαιοι, ἐγκλητως προςιθεσθαι τη του Ιησου διδασκαλια. λεγετω ουν ἡμιν, ποτερον καθηκοντως οἱ φιλοσοφουντες, και διδασκομενοι μη δεισιδαιμονειν, καταλειψουσι τα πατρια, ὡς και φαγειν των ἀπηγορευμενων ἐν ταις πατρισιν αὐτων; ἡ παρα το καθηκον τουτο πραξουσιν; εἰ μεν γαρ δια φιλοσοφιαν, και τα κατα δεισιδαιμονιας μαθηματα, ου φυλαττοντες τα πατρια και φαγοιεν ἀν των ἀπηγορευμενων ἐκ πατερων αὐτοις· δια τι ουχι και χρισιανοι (λογου αἱρουντος μη πτοιαζειν περι τα ἀγαλματα και τα ἱδρυματα, ἡ και περι τα δημιουργηματα του Θεου, ἀλλ' ὑπεραναβαινειν, και την ψυχην παριςανειν τῳ δημιουργῳ) το ἀναλογον ποιουντες τοις φιλοσοφουσιν, ἀνεγκλητως τουτο πραττοιεν; εἰ δ' ὑπερ του φυλαξαι την προκειμενην ἑαυτῳ θεσιν ὁ Κελσος ἐρει, ἡ οἱ ευδοκουντες τοις αὐτου, ὁτι και φιλοσοφησας τις τηρησει τα πατρια· ὡρα φιλοσοφους γελοιοτατα, φερ' εἰπειν, ἐν Αἰγυπτιοις γενεσθαι φυλαττομενους ἐμφαγειν κρομυων, ἱνα τα πατρια τηρωσιν, ἡ μοριων τινων του σωματος, οἱον κεφαλης και ὠμου, ἱνα μη παραβαινωσι τα ὑπο πατερων αὐτοις παραδοθεντα. και ου πω λεγω περι των τας του σωματος φλυαριας ἐν φυσαις φριττοντων των Αἰγυπτιων, ὁτι ἐαν ἀπο των τοιουτων τις φιλοσοφηση, και τηρηση τα πατρια, γελοιος ἀν εἰη φιλοσοφος ἀφιλοσοφα πραττων. ουτως ουν και ὁ ὑπο του λογου προσαχθεις ἐπι το σεβειν τον των ὁλων Θεον, και δια τα πατρια κατω που μενων παρα τοις ἀγαλμασι και τοις ἀνθρωπινοις ἱδρυμασι, και μη βουλομενος ἀναβηναι τη προαιρεσει προς τον δημιουργον· παραπλησιως ἀν γενοιτο τοις μαθουσι μεν τα φιλοσοφιας, φοβουμενοις δε τα μη φοβερα, και νομιζουσιν ἀσεβειαν εἶναι το τοιονδε ἐμφαγειν.

Οἱος

„ leges: ut Pindarus recte ceciniſſe videatur legem
„ omnium eſſe regem."

35. In his omnibus eo videtur ſpectare Celſus ut probet oportere omnes homines patriis legibus vivere neque hac de re reprehendi poſſe: Chriſtianos vero, qui non peculiarem ut Judæi gentem conſtituunt, injuria leges patrias deſeruiſſe, ut ad Jeſu doctrinam adhæreſcerent. Dicat igitur nobis utrum hi, qui philoſophiæ dantes operam excuſſerunt ſuperſtitionem, & ita patria inſtituta deſerunt ut cibis veſcantur in patria vetitis, ex officio faciant an præter officium? Nam ſi philoſophia, ſi doctrina contra ſuperſtitionem data efficere poteſt, ut, ſpretis patriis legibus, cibos a majoribus prohibitos comedere liceat; cur non Chriſtiani idem, atque philoſophi, facere ſine crimine poſſent? præſertim cum eorum doctrina vetet ſtatuarum atque ſimulacrorum rationem habere & hærére in rebus a Deo creatis, ſed his tranſcenſis ad conditorem animam attollere jubeat. Quod ſi Celſus aliive ejus aſſeclæ, ut ſua principia conſtanter teneant, dixerint patrias leges vel philoſopho eſſe cuſtodiendas; accidet ut, qui philoſophi inter Ægyptios degent, perridicule cepis abſtineant, ut patria ſervent inſtituta; aut quibusdam corporis partibus, puta capite vel humero, ut ne ritus a majoribus ſibi traditos violent. Taceo nunc eos Ægyptios qui crepitus ventris in honore habent Nam ſi quis eorum philoſophiæ ſtudens hos patrios ritus obſervet, nonne ridiculus fuerit, & indigna philoſopho fecerit? Quisquis ergo a Chriſtiana doctrina Deum rerum omnium conditorem adorare didicit, & propter leges patrias in ſtatuis & ſimulacris hæret, nec vult animo ad conditorem aſſurgere, is nihil differt ab eis, qui, licet philoſophiæ documenta acceperint, timent tamen quæ non timenda ſunt, & impium eſſe ducunt quibusdam carnibus veſci.

diſputo nominum naturam ab hominum arbitrio & legibus non pendere, ut animum induxit Ariſtoteles. Nec enim linguis quibus utuntur homines, dederunt homines originem: id intelligentibus manifeſtum faciunt incantationes, quas primi linguarum auctores uſurparunt pro ſua quisque lingua proque diverſa nominum pronunciatione. Nam, ut jam ſupra paucis oſtendimus, quæ in certa lingua vim habebant, ea, ſi in aliam convertuntur, neutiquam efficient id quod efficiebant in propria. Quod idem etiam erga homines animadvertere licet. Nam ſi cui Græcum nomen ab ortu inditum eſt, hunc nomine vel ab Ægyptiaca, vel a Romana, vel ab alia quavis lingua ducto incantaveris, non eodem illum afficias modo, quo affectus eſſet, ſi nomine primum impoſito fuiſſet incantatus: nec in Romano vocatum nomine, ſi in Græcum transferatur nomen, idem valebit incantatio, ac ſi facta fuiſſet ſervato primo nomine. Jam ſi hæc de humanis nominibus vera ſunt; quid nos de nominibus cogitare oporteat, quæ qualicumque de cauſa divinitati tribuuntur? Exempla conferamus. Nomina Abraham, Iſaac, & Jacob, in Græcum converſa, aliquid ſignificant: & qui aut in incantando aut in jurando nominaverit Deum Abraham & Deum Iſaac & Deum Jacob, quædam per naturam vel poteſtatem illorum nominum efficiet, adeo ut etiam dæmones victi ipſius juſſis obtemperent. Sin autem dixeris: *Deus patris electi ſoni, & Deus riſus, & Deus ſupplantatoris*, nihilo magis efficies his nominibus, ac ſi illa pronunciares quæ nulla poteſtate ſunt. Item nomen *Iſrael* ſi in Græcam aliamve linguam convertatur, nullius roboris erit: ſervatum vero & conjunctum cum iis quibuſcum periti conjungere ſolent, efficiet id quod incantatores ex quarumdam vocum pronunciatione ſperandum eſſe prædicant. Idem dicendum & de voce Sabaoth in incantationi-

φωνης, πολλαχου των ἑτεροδοξων παραλαμβανομενης, ὁτι εἰ μεταλαμβανοιμεν το ὀνομα εἰς το; κυριος των δυναμεων, ἠ κυριος ϛρατιων, ἠ παντοκρατωρ (διαφορως γαρ αὐτο ἐξεδεξαντο οἱ ἑρμηνευοντες αὐτο) ουδεν ποιησομεν· τηρουντες δ' αὐτο ἐν τοις ἰδιοις φθογγοις, ποιησομεν τι, ὡς φασιν οἱ περι ταυτα δεινοι. το δε ὁμοιον ἐρουμεν και περι του Αδωναϊ. εἰπερ ουν ουτε το Σαβαωθ, ουτε το Αδωναϊ, μεταλαμβανομενα εἰς ἁ δοκει σημαινειν ἐν Ελλαδι φωνη, ἀνυει τι· ποσῳ πλεον ουδεν ἀν ποιησαι, ουδε δυνηθειη παρα τοις μηδεν διαφερειν οἰομενοις Δια Υψιϛον καλειν, ἠ Ζηνα, ἠ Αδωναιον, ἠ Σαβαωθ,

Ταυτα δη και τα τουτοις ἀναλογον ἀπορρητα ἐπιϛαμενοι Μωϋσης και οἱ προφηται, ἀπαγορευουσιν ὀνομα θεων ἑτερων ὀνομαζειν ἐν ϛοματι, μελετησαντι τῳ ἐπι πασι μονῳ εὐχεσθαι θεῳ, και ἀναμνημονευειν ἐν καρδια διανοουμενῃ καθαρευειν ἀπο πασης ματαιοτητος νοηματων και λεξεων. και δια τοιαυτα πασαν αἰκιαν ὑπομενειν μαλλον αἱρουμεθα, ἠ τον Δια ὁμολογησαι θεον. ου γαρ ταυτον εἰναι ὑπολαμβανομεν Δια και Σαβαωθ· ἀλλ' ουδ' ὁλως θειον τι τον Δια· δαιμονα δε τινα χαιρειν ουτως ὀνομαζομενον, ου φιλον ἀνθρωποις, ουδε τῳ ἀληθινῳ θεῳ. καν Αἰγυπτιοι δε τον Αμμουν ἡμιν προτεινωσι, θανατον ἀπειλουντες· τεθνηξομεθα μαλλον, ἠ τον Αμμουν ἀναγορευσαιμεν θεον, παραλαμβανομενον, ὡς εἰκος, ἐν τισιν Αἰγυπτιαις καλουσαις τον δαιμονα τουτον ἐπῳδαις. λεγετωσαν δε και Σκυθαι τον Παππαιον θεον εἰναι τον ἐπι πασιν· ἀλλ' ἡμεις ου πειθομεθα, τιθεντες μεν τον ἐπι πασι θεον, ὡς δε φιλον τῳ λαχοντι την Σκυθων ἐρημιαν, και το ἐθνος αὐτων και την διαλεκτον, ουκ ὀνομαζοντες τον θεον ὡς κυριῳ ὀνοματι τῳ Παππαιον. Σκυθιϛι γαρ το προσηγορικον τον θεον, και Αἰγυπτιϛι, και παση διαλεκτῳ, ᾗ ἑκαϛος ἐντεθραπται, ὀνομαζων, ουχ ἁμαρτησεται.

bus frequenter uſurpata. Nam ſi pro ea dicatur, Dominus virtutum, aut Dominus exercituum, aut omnipotens (diverſe enim illam interpretes explicant) nihil proficitur: quod ſecus accidet, ut affirmant harum artium conſulti, ſi propria ſua lingua pronuncietur. De Adonaï idem quoque dicere licet. Jam ſi neque Sabaoth, neque Adonaï translata in eam ſignificationem, quam Græce habere videntur, nihil efficiunt: quanto minus efficient, quanto minori virtute erunt apud eos, qui nihil intereſſe autumant, Jovem aut Excelſum, aut Zenem, aut Adonæum, aut Sabaoth appellari?

46. Atque hæc aliaque id genus arcana in cauſa fuerunt, cur Moyſes & Prophetæ vetarent, ne aliorum deorum nomen proferretur ore, quod ſoli Deo preces fundere profitebatur, & eorum memoria in corde ſervaretur, quod a vanis cogitationibus vaniſque dictis purum ſe præſtare didicerat. Hæc etiam faciunt, ut quævis tormenta perferre malimus, quam Jovem profiteri Deum. Neque enim putamus eumdem Jovem eſſe ac Sabaoth; immo ne quid divinum quidem eſſe Jovem, ſed dæmonem quempiam & hominibus & vero Deo infenſum, qui ſe hoc nomine decorari gaudet. Et Ammonem licet Ægyptii nobis intentata morte adorandum proponerent, mori præoptabimus, quam Deum appellare dæmonem illum, qui hoc nomine proculdubio Ægyptiacis quibusdam incantationibus invocatur. Dicant & Scythæ Pappæum eſſe ſummum Deum: nos illis fidem non habebimus. Nam ponimus quidem eſſe univerſitatis Deum, ſed negamus proprium ejus eſſe nomen Pappæum, quo nomine delectatur ille, qui Scytharum ſolitudines, nationem & linguam ſortito obtinuit. Cæterum quod nomen in Scythica vel Ægyptiaca vel in quavis alia quisque educatus eſt lingua Deum ſignificat, illud Deo tribui ſine peccato poteſt.

Το δ' αἰτιον της Ιεδαιων περιτομης ἐ ταὐτον ἐςι τῳ αἰτιῳ της Αἰγυπτιων περιτομης, ἡ Κολχων· διο ἐχ ἡ αὐτη νομισθειη ἀν περιτομη. και ὡσπερ ὁ θυων ἐ τῳ αὐτῳ θυει, εἰ και ὁμοιως θυειν δοκει· και ὁ εὐχομενος ἐ τῳ αὐτῳ εὐχεται, εἰ και τα αὐτα ἐν ταις εὐχαις ἀξιοι· οὑτως οὐδ', εἰ τις περιτεμνεται, ἀδιαφορει παντως της προς ἑτερον περιτομης. ἡ γαρ προθεσις, και ὁ νομος, και το βελημα τε περιτεμνοντος, ἀλλοιον ποιει το πραγμα. ἱνα δ' ἐτι μαλλον νοηθη το παν κατα τον τοπον· λεκτεον, ὁτι το της δικαιοσυνης ὀνομα ταὐτον μεν ἐςι παρα πασιν Ἑλλησιν· ηδη δε ἀποδεικνυται ἀλλη μεν ἡ κατ' Επικερον δικαιοσυνη· ἀλλη δε ἡ κατα τες ἀπο της Στοας ἀρνεμενες το τριμερες της ψυχης· ἀλλη δε κατα τες ἀπο Πλατωνος ἰδιοπραγιαν των μερων της ψυχης φασκοντας εἰναι την δικαιοσυνην. ἑτω δε και ἀλλη μεν ἡ Επικερε ἀνδρεια, ὑπομενοντος πονες δια φυγην πονων πλειονων· ἀλλη δ' ἡ τε ἀπο της Στοας, δι' αὐτην αἱρεμενε πασαν ἀρετην· ἀλλη δε ἡ ἀπο Πλατωνος, τε θυμικε μερους της ψυχης φασκοντος αὐτο εἰναι ἀρετην, και ἀποτασσοντος αὐτῃ τοπον τον περι τον θωρακα· ἑτω δ' εἰη ἀν κατα τα διαφορα των περιτεμνομενων δογματα διαφορος ἡ περιτομη· περι ἡς ἐν τοιετῳ συγγραμματι ἐκ ἀναγκαιον νυν λεγειν. ὁτῳ γαρ φιλον ἰδειν τα κινησαντα ἡμας εἰς τον τοπον, ἀναγνωτω περι αὐτε ἐν τοις εἰς την προς Ρωμαιες ἐπιςολην Παυλε πραγματευθεισιν ἡμιν.

Κἀν σεμνυνωνται τοινυν Ιεδαιοι τῃ περιτομῃ, χωρισεσιν αὐτην ἐ μονον της των Κολχων και Αἰγυπτιων περιτομης, ἀλλα και της Ισμαηλιτων Αραβων, καιτοι γε ἀπο τε προπατορος αὐτων Αβρααμ τε Ισμαηλ γεγενημενε, και συν ἐκεινῳ περιτεμνομενε. λεγεσι δε Ιεδαιοι την μεν ὀκταημερον περιτομην εἰναι την προηγεμενην, την δε μη τοιαυτην ἐκ περιςασεως· και ταχα δια τινα πολεμιον τῳ Ιεδαιων ἐθνει ἀγγελον αὐτη ἐτελειτο, δυναμενον μεν σινεσθαι τες μη περιτεμνομενες αὐτων, ἀτονουντα

δε

47. Ad circumciſionem quod ſpectat, non eadem ejus uſurpandæ cauſa eſt apud Judæos, quæ apud Ægyptios aut Colchos. Ex quo efficitur non eamdem eſſe circumciſionem. Quemadmodum enim ex eo quod quis eadem ratione ſacra facit, non eum ſequitur eidem ſacra facere, aut eidem offerre preces, qui eadem in precibus poſtulat: ſic, etiamſi quis circumcidatur, minime conſequens eſt ejus circumciſionem ab alterius circumciſione non diſcrepare. Diverſum enim propoſitum, diverſa lex, diverſum circumcidentis conſilium faciunt, ut diverſa ſit etiam circumciſio. Quod quidem ut penitius intelligatur, dicendum idem eſſe apud Græcos omnes juſtitiæ nomen. Atqui tamen conſtat aliam eſſe ex Epicuro juſtitiam; aliam e Stoïcis animam tripartitam eſſe negantibus; aliam ex Platonicis qui juſtitiam eſſe volunt, cum ſingulæ partes animæ ſuis quæque officiis fungitur. Item fortitudo alia eſt Epicuri labores ferentis ut majores effugiat; alia Stoïci virtutem propter ipſam amplectentis; alia Platonici aientis fortitudinem ab iraſcibili animæ parte proficiſci, atque illi locum circa pectus aſſignantis. Sic itaque diverſa erit circumciſio pro diverſa eorum qui circumciduntur doctrina. Verum de circumciſione nihil neceſſe eſt nos hic diſſerere. Qui ſcire volent quæ noſtra ſit de illa opinio, legant noſtra in Pauli ad Romanos epiſtolam commentaria.

48. Ut igitur Judæi de circumciſione glorientur, certe illam oſtendent aliam eſſe non ſolum a Colchorum & Ægyptiorum, ſed etiam ab Iſmaelitarum Arabum circumciſione, quamvis Iſmael ab ipſorum patriarcha Abrahamo ortum duxerit, & cum illo circumciſus fuerit. Aiunt Judæi circumciſionem octavæ diei præcipuam eſſe; quæ vero non fit octava die, non fieri niſi pro circumſtantia. Ac forte uſurpata eſt propter Angelum quemdam genti Judaicæ infeſtum,

δε ἐν τοις περιτεμνομενοις. ὁπερ φησι τις δηλουσθαι ἐκ των ἐν τῃ Εξοδῳ γεγραμμενων· ἐν οἱς ὁ ἀγγελος προ μεν της περιτομης τȣ Ελιαζαρ, ἐνεργειν ἐδυνατο κατα Μωϋσεως· περιτμηθεντος δ' αὐτȣ, ȣ̓κ ἐτι ἰσχυσε. και τοιαυτα γε μαθȣσα ἡ Σεπφωρα λαβȣσα ψηφον, περιετεμε το παιδιον ἑαυτης· κατα μεν τα κοινα των ἀντιγραφων λεγειν ἀναγεγραμμενη το, ἐςη το αἱμα της περιτομης τȣ παιδιȣ μȣ· κατα δε το Εβραϊκον αὐτο, νυμφιος αἱματων συ μοι. ᾔδει γαρ τον περι τȣ τοιȣδε ἀγγελȣ λογον, δυναμενȣ προ τȣ αἱματος, και παυομενȣ δια το της περιτομης αἱμα· ἐφ' ᾧ και ἐλεχθη αὐτῳ το, νυμφιος αἱματων συ μοι. ἀλλα ταυτα μεν περιεργοτερα πως εἰναι δοκουντα, και ȣ̓ κατα την των πολλων ἀκοην, παρακεκινδυνευμενως ἐπι τοσȣτον λελεχθω· οἱς ἐτι ἐν, ὡς Χριςιανῳ πρεπον, προσθεις ἐπι τα ἑξης μεταβησομαι. ἐδυνατο γαρ οὑτος, οἰμαι, ὁ ἀγγελος κατα των μη περιτεμνομενων ἀπο τȣ λαȣ, και ἁπαξαπλως παντων των σεβοντων μονον τον δημιȣργον· και ἐπι τοσȣτον γε ἐδυνατο, ὁσον ȣ̓κ ἀνειληφει σωμα ὁ Ιησȣς. ὁτε δ' ἀνειληφε, και περιετεμνετο το ἐκεινȣ σωμα· καθῃρεθη πασα ἡ κατα των ἐν τῃ θεοσεβειᾳ ταυτῃ περιτεμνομενων δυναμις αὐτȣ· ἀφατῳ γαρ θεοτητι καθειλεν ἐκεινον ὁ Ιησȣς. διο τοις μαθηταις αὐτȣ ἀπειρηται περιτεμνεσθαι, και λεγεται αὐτοις, ὁτι ἐαν περιτεμνησθε, Χριςος ȣ̓δεν ὑμας ὠφελησει.

Αλλ' ȣ̓δε ἐπι τῳ συων ἀπεχεσθαι, ὡς μεγαλῳ τινι, Ιȣδαιοι σεμνυνονται· ἐπι δε τῳ την καθαρων και ἀκαθαρτων ζωων φυσιν μεμαθηκοτες, και την τȣτȣ αἰτιαν ἐγνωκεναι, και τον συν ἐν ἀκαθαρτοις τεταχθαι. και ταυτα δε συμβολα τινων ἠν μεχρι της Ιησȣ ἐπιδημιας· μεθ' ἡν τῳ μαθητῃ αὐτȣ λελεκται, μηδε πω νοȣντι τον περι τȣτων λογον, και φασκοντι, ȣ̓δεν κοινον ἢ ἀκαθαρτον εἰσηλθεν εἰς το ςομα μȣ, το, ἁ ὁ θεος ἐκαθαρισε, συ μη κοινȣ. ἐιτ' ȣ̓ν προς Ιȣδαιους, ἐιτε προς ἡμας ἐςι

το

ſtum, qui incircumciſos lædere poterat, nihil poterat vero in circumciſos. Quod quidem dicet aliquis indicari ex iis quæ ſcripta ſunt in Exodo, ubi Angelus, antequam Eliazar circumcideretur, vim inferre Moyſi legitur potuiſſe, nihil vero potuiſſe, illo circumciſo. Quæ res cum Sephoram non fugeret, accepto lapide filium ſuum circumcidit, dixitque ſecundum vulgata quidem exemplaria: *Sanguis circumciſionis filii mei ſtetit*; ſecundum Hebraïcum vero: *Sponſus ſanguinum tu mihi es*. Noverat enim hujusmodi illum eſſe Angelum, qui aliqua poſſet ante effuſum ſanguinem, ſed cujus poteſtas circumciſionis ſanguine coërceretur. Qua de cauſa dixit: *Sponſus ſanguinum tu mihi es*. Sed hæc quæ & paulo curioſiora videntur, nec vulgi auribus accommodata, hactenus dicere auſus, unum dumtaxat addam, quod Chriſtianum decet, & poſtea ad reliqua pergam. Mihi videtur aliqua illius Angeli fuiſſe poteſtas in eos e Judæis qui circumciſi non fuerant & in omnes generatim, qui creatorem ſolum adorabant, donec Jeſus corpus non aſſumſit; ſed poſtquam corpus ſuſcepit, iſtudque corpus circumciſum eſt, irrita illius Angeli facta eſt potentia in eos qui ejusdem Dei cultum amplexi non circumciduntur. Hanc enim exſtinxit Jeſus ineffabili ſua divinitate. Quocirca ejus diſcipulis vetitum eſt ne circumciſionem accipiant, illisque dictum eſt: *Si circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit.*

49. Neque vero ſe efferunt Judæi de porcorum abſtinentia quaſi res eſſet magni momenti; ſed quod mundorum immundorumque animalium naturam docti, cauſam hujus diſcriminis perſpectam habeant, & quare ſus in immundis cenſeatur. Atque hæc quarumdam rerum fuerunt ſigna uſque ad Jeſu adventum: poſt quem, cum ejus diſcipulus nondum arcanam eorum rationem cognoſceret diceretque, *Nunquam manducavi omne commune & immundum*, audiit:

Quod

τω ἐ μονον συων, ἀλλα προσετι αἰγων, και οἰων, κα βοων, και ἰχθυων ἀπεχεσθαι τες Αἰγυπτιων ἱερεις. ἀλλ ἐπει ἐ τα εἰσερχομενα εἰς το ςομα κοινοι τον ἀνθρωπον και βρωμα ἡμας ἐ παραςησει τω θεω· ἐ μεγα φρονε μεν μη ἐσθιοντες, ἐδ᾽ ἀπο γαςριμαργιας ἡκομεν ἐπι τι ἐσθιειν. διοπερ, το ὁσον ἐφ᾽ ἡμιν, οἱ ἀπο Πυθαγορε ἐμψυχων ἀπεχουμενοι, χαιροντων. ὁρα δε και την διαφοραν τε αἰτιε της των ἐμψυχων ἀποχης, των ἀπο τε Πυθαγορε, και των ἐν ἡμιν ἀσκητων. ἐκεινοι μεν γαρ, δια τον περι ψυχης μετενσωματεμενης μυθον, ἐμψυχων ἀπεχονται·

— και τις φιλον υἱον ἀειρας.
Σφαξει ἐπευχομενος μεγα νηπιος.

ἡμεις δε, κἀν το τοιετο πραττωμεν, ποιεμεν αὐτο, ἐπι ὑπωπιαζομεν το σωμα και δελαγωγεμεν· και βελομε θα νεκρουν τα μελη τα ἐπι της γης, πορνειαν, ἀκαθαρσιαν, ἀσελγειαν, παθος, ἐπιθυμιαν κακην και παν τα γε πραττομεν, ἱνα τας πραξεις τε σωματος θανατωσωμεν.

Ετι δε περι Ιεδαιων ἀποφαινομενος ὁ Κελσος φησιν οὐδ᾽ εὐδοκιμειν παρα τω θεω, και ςεργεσθαι διαφορω τι των ἀλλων τετες, εἰκος· και πεμπεσθαι μονοις αὐτοι ἐκειθεν ἀγγελες, οἱον δη τινα μακαρων χωραν λαχεσα ὁρωμεν γαρ αὐτες, και την χωραν, τινων ἠξιωνται. ἐλεγξομεν ἐν και τετο, λεγοντες, ὁτι το εὐδοκιμηκεναι το ἐθνος τετο παρα θεω δηλουται και ἐκ τετον ἐπι πασι θεον και ὑπο των ἀλλοτριων της ἡμετερας πιςεως, Εβραιω καλεισθαι θεον. και ὡς εὐδοκιμουντες γε ὁσον ἐκ ἐγκατελειποντο, και τοι γε ὀλιγοι τυγχανοντες τον ἀριθμον διετελουν φρεμενοι ὑπο θειας δυναμεως· ὡς μηδ᾽ ἐπ Αλεξανδρε τε Μακεδονος παθειν τι αὐτες ὑπ᾽ αὐτε, κα τοι γε μη βεληθεντας, δια τινας συνθηκας και ὁρκες ἀναλαμβανειν ὁπλα κατα τε Δαρειε. τοτε φασι και το Ιεδαιων ἀρχιερεα, ἐνδυντα την ἱερατικην ςολην, προσκυνησθαι ὑπο τε Αλεξανδρε, φασκοντος αὐτω τετω τι

σχημα-

Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris. Nec igitur Judæos, nec nos ferit quod Celſus de ſacerdotibus Ægyptiis refert; eos non modo ſuibus, ſed etiam capris, ovibus, bobus & piſcibus abſtinere. Quum id, quod in os intrat, non coinquinet hominem, nec eſca nos commendet Deo; abſtinentiam non gloriæ ducimus, neque gula ad comedendum adducimur. Itaque valeant per nos licet Pythagorici qui animatis abſtinent. Vide autem quam diſpar ſit Pythagoricorum animatis abſtinentium & noſtrorum Aſcetarum ratio. Illi enim animatis abſtinent propter fabulam de migratione animæ in varia corpora.

— Atque aliquis tam ſtultus & amens,
Ut ſacris operans ſua pignora mactet ad aras.

Nos vero, ſiquando abſtinemus; id a nobis fit, ut caſtigetur corpus & in ſervitutem redigatur. Quippe volumus *mortificare membra quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, affectus, concupiſcentiam malam:* & nihil non experimur, ut *facta carnis* mortificemus.

50. Pergit Celſus: *Nec eos Deo probari cordique eſſe præ cæteris credendum eſt, aut ad illos ſolos mitti Angelos, quaſi fortunatam quandam regionem obtinuiſſent. Illos enim & eorum regionem videmus quid gratiæ acceperint.* Sed hanc gentem Deo probatam fuiſſe inde arguitur, quod etiam ii, qui ſunt a noſtra fide alieni, ſummum Deum appellent Hebræorum Deum; quodque, quamvis parvo numero ſuperfuerint, reliquiæ tamen divina poteſtate ſervatæ fuerint incolumes: ita ut nihil ab Alexandro Macedone paſſi fuerint, tametſi propter fœdera quædam & juramenta contra Darium arma capere recuſaverint. Quin aiunt ſummum Judæorum pontificem ſacerdotali veſte indutum ab illo Alexandro adoratum fuiſſe, dixiſſeque Alexandrum ſibi per ſomnum viſum eſſe quempiam eadem illa veſte ornatum, qui ipſi prædixerat, ſe totam Aſiam

σχηματι ἑωρακεναι τινα, ἐπαγγελλομενον αὐτῳ κατα τȣς ὑπνους ὑποταξειν την Ασιαν ὁλην. ἡμεις ȣ̓ν οἱ χριςιανοι φαμεν, το μεν εὐδοκιμειν παρα τῳ θεῳ, και ςεργεσθαι διαφορως τι των ἀλλων, πανυ ἐκεινοις συμβεβηκεναι· ταυτην δε την οἰκονομιαν μεταβεβηκεναι και την χαριν ἐφ' ἡμας, μεταςησαντος την ἐν Ιȣδαιοις δυναμιν ἐπι τȣς ἀπο των ἐθνων πιςευσαντας τῳ Ιησȣ. διο πολλα βȣληθεντες Ρωμαιοι κατα χριςιανων ἐπι τῳ κωλυσαι αὐτȣς ἐτι εἰναι, ȣ̓ δεδυνηνται· ἠν γαρ ὑπερμαχȣσα αὐτων θεια χειρ, και βȣλομενη τον τȣ θεȣ λογον ἀπο μιας της κατα την Ιȣδαιαν γην γωνιας ἐπισπειραι ὁλῳ τῳ γενει των ἀνθρωπων.

Αλλ' ἐπει κατα το δυνατον ἡμιν λελεκται προς τον Κελσον, κατηγορουντα Ιȣδαιων και τȣ λογȣ αὐτων, τα ἐγκειμενα· φερε, τα ἑξης ἐκθεμενοι παραςησωμεν, ὁτι ȣ̓τε ἀλαζονευομεθα ἐπαγγελλομενοι εἰδεναι τον μεγαν θεον· ȣ̓τε γοητειᾳ, ὡς Κελσος οἰεται, ὑπηχθημεν Μωϋσεως, ἠ και αὐτȣ τȣ σωτηρος ἡμων Ιησȣ· ἀλλ' ἐπ' ἀγαθῳ τελει και τȣ ἐν Μωϋσῃ θεȣ ἀκȣομεν· και τον μαρτυρȣμενον ὑπ' αὐτȣ θεον Ιησȣν ὡς υἱον θεȣ παρεδεξαμεθα· τα ἀριςα ἐλπιζοντες, ἐπαν κατα τον λογον αὐτȣ βιωσωμεν. ἑκοντες δ' ὑπερβησομεθα εἰπειν εἰς ἁ προλαβοντες ἐξεθεμεθα, διδασκοντες ποθεν ἡκομεν, και τινα ἀρχηγον ἐχομεν, και τις ὁ ἀπο τȣτȣ νομος. κἀν βȣληται γε ἡμας μηδεν διαφερειν των τον τραγον, ἠ τον κριον, ἠ τον κροκοδειλον, ἠ τον βουν, ἠ τον ἱππον τον ποταμιον, ἠ τον κυνοκεφαλον, ἠ αἰλȣρον σεβοντων Αἰγυπτιων, ὁ Κελσος αὐτος ἀν εἰδειη, και εἰ τις αὐτῳ περι τȣτȣ ὁμοδοξει· ἡμεις δε, ὁση δυναμις, δια πολλων ἐν τοις προ τȣτων περι της εἰς τον Ιησȣν ἡμων τιμης ἀπελογησαμεθα, δεικνυντες, ὁτι κρειττον εὑρομεν· και μονοι ἡμεις τε καθαρως και ἀμιγες προς το ψευδος ἀληθες ἐν τῃ Ιησȣ χριςȣ διδασκαλιᾳ ἀποφαινομενοι εἰναι, ȣ̓χ ἑαυτȣς, ἀλλα τον διδασκαλον συνιςαμεν, ὑπο τȣ ἐπι πασι θεȣ δια πλειονων μαρτυρηθεντα, και των προφητικων ἐν Ιȣδαιοις

λογων,

armis eſſe ſubacturum. Nos igitur Chriſtiani affirmamus Judæos præ cæteris Deo placuiſſe & fuiſſe probatos: hanc autem tutelam gratiamque ad nos migraſſe; poſtquam Jeſus in eos, qui e gentibus crediderant, virtutem tranſtulit quæ prius apud Judæos erat. Hinc eſt quod, licet multa tentarint Romani ut Chriſtianos peſſumdarent, conſilium tamen ad exitum perducere non potuerunt. Pro illis enim pugnabat Dei manus, volentis ut ex uno Judææ angulo verbum ſuum in totum genus hominum propagaretur.

51. Sed quoniam pro viribus ad Celſi Judæos eorumque dogmata inſectantis calumnias reſpondimus, age, ſequentium examine oſtendamus arrogantiæ verti non debere, quod nobis magni Dei notitiam vindicamus; nos Moyſis aut ipſius Jeſu noſtri Salvatoris præſtigiis non fuiſſe circumventos; quin potius nos magno noſtro commodo Deum in Moyſe loquentem audire, & Jeſum, quem Deus ipſe Deum eſſe teſtatur, ut Dei filium recipere, cum ſpe fore, ut, ſi ejus præceptis vitam componimus, maxima bona conſequamur. Quæ vero nos hic interrogat, *unde veniamus? quem habeamus ducem? quænam ſit ejus lex?* ea lubens prætereo. Hæc enim omnia jam occupavimus. Quod ait nihil nos differre ab Ægyptiis, qui aut hircum, aut arietem, aut crocodilum, aut bovem, aut hippopotamum, aut cynocephalum, aut felem colunt, ipſe viderit & ſi qui in eadem ac ille ſententia verſatur. Nos pro virili pluribus ſupra cultus Jeſu a nobis tributi rationem reddidimus, probavimusque non fuiſſe meliorem partem ad quam nos applicaremus. Cum autem in Jeſu doctrina contendimus inveniri puram & ab omni mendacio vacuam veritatem; non nos ipſi, ſed doctorem noſtrum commendamus, cui multis argumentis ſummus Deus,

λογων, και αὐτης της ἐναργειας· δεικνυται γαρ ἐκ ἀθεει τα τηλικαυτα δεδυνημενος.

Ην δε βελομεθα ἐξετασαι νυν τε Κελσε λεξιν, ἐτως ἐχει· και δη παραλειπωμεν ὁσα περι τε διδασκαλε διελεγχονται, και δοκειτω τις ὡς ἀληθως ἀγγελος. ἡκε δε ποτερον οὑτος πρωτος και μονος, ἡ και ἀλλοι προτερον; εἰ μεν φαιεν ὁτι μονος· ἐλεγχοιντο ἀν ἐναντια σφισι ψευδομενοι. ἐλθειν γαρ και ἀλλες λεγεσι πολλακις, και ὁμε γε ἑξηκοντα ἡ ἑβδομηκοντα· ἐς δη γενεσθαι κακες, και κολαζεσθαι δεσμοις ὑποβληθεντας ἐν γη· ὁθεν και τας θερμας πηγας εἰναι τα ἐκεινων δακρυα. και μην και προς τον αὐτε τεδε ταφον ἐλθειν ἀγγελον, οἱ μεν ἑνα, οἱ δε δυο, τες ἀποκρινομενες ταις γυναιξιν, ὁτι ἀνεςη. ὁ γαρ τε θεε παις, ὡς ἐοικεν, ἐκ ἐδυνατο ἀνοξαι τον ταφον, ἀλλ᾽ ἐδεηθη ἀλλε ἀποκινησοντος την πετραν. ἐτι μεν και ὑπερ της Μαριας κυεσης προς τον τεκτονα ἡκεν ἀγγελος· και, ὑπερ τε το βρεφος ἐξαρπασαντας φυγειν, ἀλλος ἀγγελος. και τι δει παντα ἀκριβολογεισθαι, και τες Μωϋση τε και ἀλλοις αὐτων πεμφθηναι λεγομενες ἀπαριθμειν; εἰ τοινυν ἐπεμφθησαν και ἀλλοι, δηλον ὁτι και ὁδε παρα τε αὐτε θεε. πλειον δε τι ἀγγελλειν δοκειτω, φερε, ὡσπερ πλημμελουντων τι Ιεδαιων, ἡ παραχαραττοντων την εὐσεβειαν, ἡ ἐχ ὁσια δρωντων· ταυτα γαρ αἰνιττονται.

Ηρκει μεν ἐν τα προειρημενα ἐν τοις ἰδια περι τε σωτηρος ἡμων Ιησε Χριςε ἐξετασθεισι προς τας Κελσε λεξεις· ἱνα δε μη δοκωμεν τοπον τινα αὐτε της γραφης ὑπερβαινειν ἑκοντες, ὡς μη δεδυνημενοι λεγειν προς αὐτον· φερε, εἰ και ταυτολογειν μελλομεν, ἐπι τετο ἡμας τε Κελσε προκαλεμενε, ὁση δυναμις, ἐπιτεμωμεθα τον λογον· ἐαν ἀρα τι ὑποπεση περι των αὐτων ἡ ἐναργεςερον, ἡ καινοτερον. φησι δη παραλιπειν ὁσα περι τε διδασκαλε Χριςιανοι διελεγχονται ἐ παραλιπων τι ὠν ἐδυνατο λεγειν· ὁπερ ἐς. φανερον ἐκ των ἀνωτερω αὐτω λελεγμε-

λεγμε-

prophetica Judæorum ſcripta, ipſamet rerum evidentia teſtimonium perhibent. Tot enim ab illo fieri non potuiſſe ſine Deo miracula, manifeſtum eſt.

52. Quæ nunc Celſi verba animus eſt excutere, hæc ſunt: *Sane relinquamus ea, quæ contra illos de ſuo magiſtro afferri poſſunt. Demus illum vere eſſe quemdam Angelum. At venit-ne ille primus ac ſolus? An alii prius venerunt? Si reſponderint ſolum veniſſe, mentiri ſecum pugnantia arguentur. Sæpe enim & alios veniſſe prædicant, nempe ſexaginta ſimul, aut ſeptuaginta, qui cum facti fuiſſent mali, vinculis ſub terra conſtricti ſuorum criminum pœnas luunt, & ex eorum lacrymis calidos fontes exoriri. Et ad hujus ſepulchrum alii unum, alii duos ferunt Angelos veniſſe nunciatum mulieribus, illum e mortuis ſurrexiſſe. Dei enim filius, credo, non potuit ſepulchrum retegere, & alio opus habuit qui lapidem removeret. Alter adhuc Angelus fabrum admonuit Mariam eſſe gravidam. Alter etiam juſſit, accepto puero, fugam capeſſere. Et quorſum hæc tanta diligentia? Quid opus eſt enumerari omnes, qui ad Moyſen & ad alios ex ipſis miſſi ſunt? Sin igitur miſſi ſunt & alii, planum eſt & hunc ab eodem Deo miſſum eſſe. Volo etiam illum ob res majoris momenti legatum fuiſſe, aut propter peccata Judæorum, aut propter interpretationes quibus ſuam religionem depravarent, aut propter morum improbitatem. Hæc enim ſubindicare videntur.*

53. Hæc ut refellerentur, ſatis quidem eſſent quæ ſupra dicta ſunt, ubi ſeorſim de Salvatore noſtro Jeſu Chriſto contra Celſum ſermonem fecimus: ſed ne videamur aliquid ejus ſcripti prætermittere, quaſi nihil nobis eſſet quod reſpondeamus; age, etiamſi eadem iterare Celſo cogente neceſſe ſit, tamen quam poterimus paucis diſſeramus. Fortaſſe iiſdem de rebus diſputanti ſuccurret quidpiam novum & dilucidius. Ac primum ait ſe *relinquere ea quæ contra Chriſtianos de ſuo magiſtro dici poſſunt.* Perſpicuum tamen

λεγμενων· ἀλλως δε ῥητορικῃ ἐγχειρησει κατακολουθων το τοιουτο ποιει. ἀλλα και ὁτι ου διελεγχομεθα περι του τηλικουτου σωτηρος ἡμων, κἀν δοκῃ ὁ ἐγκαλων διελεγχειν, δηλον ἐσαι τοις φιλαληθως και ἐξετασικως ὁλοις τοις περι αὐτου προφητευομενοις, και ἀναγεγραμμενοις, ἐντυγχανουσιν. ἑξης δε, ἐπει νομιζεται συγχωρητικως λεγειν περι του σωτηρος, ὁτι δοκειτω τις ὡς ἀληθως ἀγγελος οὑτος εἶναι· φαμεν ὁτι τουτ', οὐχ ὡς συγχωρουμενον, ἀπο Κελσου λαμβανομεν· τῳ δ' ἐργῳ αὐτου ἐνορωντες ὁλῳ τῳ γενει των ἀνθρωπων ἐπιδεδημηκοτος, κατα τον ἑαυτου λογον και την διδασκαλιαν, ὡς ἑκασος ἐχωρει των προσιεμενων αὐτον. ὁπερ ἐργον ἠν του, ὡς ὠνομασεν ἡ περι αὐτου προφητεια, οὐχ ἁπαξαπλως ἀγγελου, ἀλλα του της μεγαλης βουλης ἀγγελου· ἠγγειλε γαρ ἀνθρωποις την μεγαλην του θεου, και πατρος των ὁλων, περι αὐτων βουλην, εἰκοντων μεν τῳ βιουν ἐν καθαρᾳ θεοσεβειᾳ, ὡς ἀναβαινοντων δια των μεγαλων πραξεων προς τον θεον· μη προσιεμενων δε, ὡς ἑαυτους μακρυνοντων ἀπο του θεου, και ἐπι την ἀπωλειαν δια της περι θεου ἀπισιας ὁδευοντων. εἰθ' ἑξης φησιν, εἰ και ἀγγελος οὑτος προς ἀνθρωπους ἠλθεν, ἀρα πρωτος ἡκε και μονος, ἠ και ἀλλοι προτερον; και προς ἑκατερον δε δια πλειονων οἰεται ἀπανταν· οὐδενος δη των ὡς ἀληθως χρισιανων λεγοντος, μονον τον χρισον ἐπιδεδημηκεναι τῳ· και ἀλλους ὠφθαι φησιν ἀνθρωποις ὁ Κελσος, εἰ μεν δη φαιεν ὁτι μονος.

Εἰτ' ἀπαντᾳ ὡς ἑαυτῳ, ὡς βουλεται· οὐτω δ' οὐ μονος ἱσορηται ἐπιδεδημηκεναι τῳ γενει των ἀνθρωπων, ὡς και τους προφασει της διδασκαλιας του ὀνοματος του Ιησου, ἀποσαντας του δημιουργου ὡς ἐλαττονος, και προσεληλυθοτας ὡς κρειττονι τινι θεῳ και πατρι του ἐπιδημησαντος φασκειν, ὁτι και προ τουτου ἐπεδημησαν τινες ἀπο του δημιουργου τῳ γενει των ἀνθρωπων. ἐπει δε φιλαληθως τα κατα τον τοπον ἐξεταζομεν, φησομεν, ὁτι ὁ Μαρκιωνος γνωριμος Απελλης, αἱρεσεως τινος γενομενος πατηρ, και μυθον ἡγουμενος εἰναι τα Ιουδαιων γραμματα, φησιν, ὁτι μονος οὑτος ἐπιδεδημηκε τῳ γενει των ἀνθρωπων. οὐδε

προς

eſt ex iis quæ ſupra dixit, nihil ab illo prætermiſſum eſſe quod objicere potuit. Hoc vero fuerit ſchema rhetoricum. Sed nihil nobis de noſtro Salvatore exprobrari poſſe, quidquid ille criminari videatur, certum habebit quisquis veritatis amore ductus diligenter expenderit ea, quæ de illo prædicta & ſcripta ſunt. Deinde quaſi per gratiam id nobis de Salvatore concedens, *Demus*, inquit, *illum vere eſſe quempiam Angelum.* Verum id accipimus non tanquam a Celſo datum: rem ipſam oculis hauſimus; ſi quidem ad totum genus humanum advenit verbo ſuo & doctrina, prout eum quisque capere poterat: quod quidem opus non fuit ſimplicis Angeli, ſed *Angeli*, ut propheta loquitur, *magni conſilii.* Nunciavit enim hominibus magnum de illis Dei & omnium parentis conſilium; nempe ut qui vitam in pura religione degerent, ii per inſignia facta ad Deum veluti aſcenderent; qui vero ſic vivere recuſarent, ii longe diſcederent a Deo, & incredulitate ſua ſibi viam ad exitium facerent. Poſtea, *ſi Angelus*, inquit, *fuit iſte qui ad homines venit, venit-ne ille primus ac ſolus? an alii prius venerunt?* Quod utrumque pluribus refutare ſibi videtur. Ac licet nemo vere Chriſtianus dicat Chriſtum ſolum adveniſſe, tamen Celſus ait, *ſi dixerint veniſſe ſolum*, alios ab hominibus viſos fuiſſe.

54. Tum pro arbitrio ſibi ipſe reſpondens: *Adeo non dicunt*, inquit, *ſolum illum inter homines adveniſſe, ut qui ſub obtentu doctrinæ nominis Jeſu a conditore deſciverunt ut inferiore, & ad quemdam Deum & patrem hujus, qui miſſus eſt, tanquam ad præſtantiorem adjunxerunt ſeſe; ii affirment & alios a conditore ad genus humanum legatos fuiſſe.* Hic, quoniam bona fide diſputamus, fatebimur Apellem Marcionis diſcipulum, hæreſeos cujusdam auctorem, & literas Judaïcas pro fabulis habentem, dixiſſe hunc ſolum ad hominum genus adveniſſe. Unde cum Celſus affert veniſſe & alios, ni-

 hil

προς ἐκεινον ȣ̓ν, λεγοντα μονον ἐπιδεδημηκεναι τον Ιησȣν ἀπο τȣ Θεȣ τοις ἀνθρωποις, εὐλογως ἀν ὁ Κελσος φεροι τα περι τȣ και ἀλλȣς ἐληλυθεναι, ἀπιςουντα (ὡς προειπομεν) ταις παραδοξοτερα ἀπαγγελλȣσαις Ιȣδαιων γραφαις· πολλῳ δε πλειον ȣ̓ προςποιεῖται ἀπερ ἐοικε παρακȣσας ἀπο των ἐν τῳ Ενωχ γεγραμμενων τεθεικεναι ὁ Κελσος. ȣ̓δεις τοινυν ἐλεγχει ἡμας ψευδομενȣς και τα ἐναντια τιθεντας· ὁτι τε μονος ἠλθεν ὁ σωτηρ ἡμων, και ὁτι ἐτι ἀλλοι πολλακις ἐληλυθασι. πανυ δε συγκεχυμενως ἐν τῃ περι των ἐληλυθοτων προς ἀνθρωπȣς ἀγγελων ἐξετασει τιθησι τα ἀτρανωτως ἐλθοντα εἰς αὐτον ἀπο των ἐν τῳ Ενωχ γεγραμμενων· ἁ τινα ȣ̓δ' αὐτα φαινεῖαι ἀναγνους, ȣ̓δε γνωρισας, ὁτι ἐν ταις ἐκκλησιαις ȣ̓ πανυ φερεῖαι ὡς θεια τα ἐπιγεγραμμενα τȣ Ενωχ βιβλια· ὁθεν νομισθειη ἀν ἐῤῥιφεναι το, ὁμȣ ἑξηκοντα ἠ ἑβδομηκοντα καταβεβηκεναι κακȣς γενομενȣς.

Αλλ' ἱνα και εὐγνωμονεςερον αὐτῳ δωμεν ἁ μη ἑωρακεν ἀπο των ἐν τῃ Γενεσει γεγραμμενων, ὁτι ἰδοντες οἱ υἱοι τȣ Θεȣ τας θυγατερας των ἀνθρωπων, ὁτι καλαι εἰσιν, ἐλαβον ἑαυτοις γυναικας ἀπο πασων, ὡν ἐξελεξαντο· ȣ̓δεν ἡττον και περι τȣτȣ τοις δυναμενοις ἀκουειν προφητικȣ βȣληματος πεισομεν, ὁτι και των προ ἡμων τις ταυτα ἀνηγαγεν εἰς τον περι ψυχων λογον, ἐν ἐπιθυμιᾳ γενομενων τȣ ἐν σωματι ἀνθρωπων βιȣ, ἁπερ τροπολογων ἐφασκε λελεχθαι θυγατερας ἀνθρωπων. πλην, ὁπως ποτ' ἀν ἐχῃ και τα περι τȣς ἐπιθυμησαντας θυγατερων ἀνθρωπων υἱους θεων· ȣ̓δεν αὐτῳ συμβαλλεῖαι ὁ λογος προς το, μη μονον τον Ιησȣν ὡς ἀγγελον ἐπιδεδημηκεναι τοις ἀνθρωποις, σωτηρα και εὐεργετην ἐναργως παντων, των μεταβαλλοντων ἀπο της χυσεως της κακιας, γεγενημενον. εἰτα, φυρων και συγχεων ἁ ὁπως ποτε ἠκουσε, και τα ὁπȣ ποτ' ȣ̓ν γεγραμμενα, εἰτε δεδογμενα θεια εἰναι παρα χριςιανοις, εἰτε και μη, φησι, τȣς ὁμȣ καταβεβηκοτας ἑξηκοντα ἠ ἑβδομηκοντα κολαζεσθαι δεσμοις ὑποβληθεντας ἐν γῃ. και φερει (ὡς ἀπο τȣ Ενωχ, ȣ̓κ ὀνομαζων αὐτον) το, ὁθεν και τας θερμας

πηγας

hil contra illum facit, qui ſolum Jeſum a Deo ad homines adveniſſe ait, &, ut modo dicebam, ſcriptis Judaïcis fidem abrogat incredibiliora referentibus. Multo minus autem admitteret ea, quæ Celſus ex libro Enochi male intellecto adducit. Quare nihil dicit Celſus unde efficiat nos mentiri & pugnantia loqui, quaſi doceremus & Salvatorem noſtrum ſolum, & alios ſæpe multos adveniſſe. Ubi autem de Angelis qui ad homines miſſi ſunt verba facit, confuſe admodum in teſtimonium citat quæ ex libro Enoch obſcure didicit. Hunc enim nec legiſſe videtur nec ſciviſſe libros Enoch in Eccleſiis non omnino divinos judicari: inde tamen id illum accepiſſe arbitror, ſexaginta aut ſeptuaginta ſimul deſcendiſſe & malos factos eſſe.

55. Sed etiamſi benignius cum illo agentes ſuggereremus ea quæ in Geneſi ſcripta ſunt & quæ ipſe non vidit, nimirum *filios Dei videntes filias hominum eſſe pulchras, accepiſſe ſibi uxores ex omnibus quas elegerant:* nihilominus iis, qui mentem propheticam capere poſſunt, perſuadebimus, id quod alii cuipiam ante nos viſum eſt, illic ſermonem eſſe de animabus cupidis hujus humanæ vitæ, quam per figuram filias hominum appellavit. Cæterum quidquid ſit de filiis Dei filias hominum concupiſcentibus, nihil ex hoc loco inferre poteſt quo probet, Jeſum non fuiſſe ſolum, qui ut Angelus miſſus fuerit ad homines, ut per eum omnes adipiſcerentur ſalutem & beneficiis cumularentur, ſi modo ſe a vitiorum pravitate expedirent. Poſtea miſcens confundensque omnia quæ undecumque audivit, nec curans ſcripta-ne ſint apud Chriſtianos divinæ auctoritatis, an ſecus, ait *ſexaginta aut ſeptuaginta ſimul, cum deſcendiſſent, vinculis ſub terra conſtrictos fuiſſe, ut ibi ſuorum criminum pœnas perſolverent.* Quibus hoc addit quod ex Enocho quem non laudat, accepit, *ex illorum lacrymis calidos fontes exoriri.*

πηγας εἶναι τα ἐκεινων δακρυα· πραγμα, οὔτε λεγομενον, οὔτ᾽ ἀκουομενον ἐν ταις ἐκκλησιαις του Θεου. οὐδε γαρ ἀνοητος οὕτω τις ἦν, ἵνα σωματοποιηση δακρυα παραπλησια τοις των ἀνθρωπων ἐν τοις καταβεβηκοσιν ἐξ οὐρανου ἀγγελοις. και, εἰ χρη γε παιζειν προς τα καθ᾽ ἡμων σπουδαζομενα τῳ Κελσῳ, λεκτεον, ὅτι οὐκ ἀν τις εἴποι τας θερμας πηγας, ὧν αἱ πλεισαι γλυκειαι εἰσι, δακρυα εἶναι των ἀγγελων, ἐπει ἡ φυσις των δακρυων ἐστιν ἁλμυρα· εἰ μη ἀρα οἱ κατα τον Κελσον ἀγγελοι γλυκεα δακρυουσιν.

Εἶτα ἑξης τα ἀμικτα και ἀνομοια μιγνυς και ἐξομοιων ἀλληλοις, ἐπιφερει τῳ περι των (ὡς φησι) καταβεβηκοτων ἑξηκοντα ἢ ἑβδομηκοντα ἀγγελων λογῳ πηγας θερμων κατα αὐτον δακρυσαντων, ὅτι και προς τον αὐτου του Ιησου ταφον ἱστορηται ἐληλυθεναι ὑπο τινων μεν ἀγγελοι δυο, ὑπο τινων δε εἷς· οὐκ, οἶμαι, τηρησας Ματθαιον μεν και Μαρκον ἕνα ἱστορηκεναι, Λουκαν δε και Ιωαννην δυο· ἅπερ οὐκ ἦν ἐναντια. οἱ μεν γαρ ἀναγραψαντες ἕνα, τον ἀποκυλισαντα τον λιθον ἀπο του μνημειου του τον φασιν εἶναι· οἱ δε τους δυο, τους ἐπισαντας ἐν ἐσθητι ἀστραπτουση ταις γενομεναις ἐπι μνημειον γυναιξιν, ἢ τους θεωρηθεντας ἐνδον ἐν λευκοις καθεζομενους. ἑκαστον δε τουτων νυν παραδεικνυναι δυνατον και γεγενημενον, και δηλωτικον τινος εἶναι τροπολογιας της περι των προφαινομενων τοις την ἀναστασιν του λογου θεωρειν παρεσκευασμενοις, οὐ της παρουσης ἐστι πραγματειας, ἀλλα μαλλον των του εὐαγγελιου ἐξηγητικων.

Παραδοξα δε πραγματα τοις ἀνθρωποις ἐπιφαινεσθαι ποτε, και των Ἑλληνων ἱστορησαν οὐ μονον οἱ ὑπονοηθεντες ἀν ὡς μυθοποιουντες, ἀλλα και οἱ οἷον πολυ ἐπιδειξαμενοι γνησιως φιλοσοφειν, και φιλαληθως ἐκτιθεσθαι τα εἰς αὐτους φθασαντα. τοιαυτα δ᾽ ἀνεγνωμεν παρα τῳ Σολει Χρυσιππῳ, τινα δε περι Πυθαγορου· ἤδη δε και παρα τισι των νεωτερων, και χθες και πρωην γε-

γεννημε-

Quæ res nec lecta unquam in Eccleſiis Dei, nec audita eſt. Neque enim quisquam eſt adeo hebes, ut animum inducat Angelos e cœlis profectos corporeas fundere lacrymas humanis ſimiles. Ac, ſi Celſo nobiſcum ſerio agenti reſpondere jocando liceat, nemo dixerit calidos fontes, qui plerique dulces ſunt, ex lacrymis Angelorum originem ducere, quandoquidem lacrymæ natura ſalſæ ſint: niſi forte velit Celſus ab Angelis fundi lacrymas dulcis ſaporis.

56. Sub hæc pergit Celſus miſcere quæ miſceri non poſſunt & ſimilia facere quæ toto genere ſunt diſſimilia. Poſtquam enim dixit ſexaginta aut ſeptuaginta Angelos deſcendiſſe, & ex lacrymis eorum ortos fuiſſe fontes calidos, addit *ad ipſius Jeſu ſepulchrum veniſſe duos, ut quidam narrant, Angelos; ut alii, unum.* Obſervaverat, opinor, a Matthæo & Marco unum quidem, ſed a Luca & Joanne commemorari duos. Quæ certe contraria non ſunt. Illi namque cum unum referunt, de illo loquuntur qui lapidem a ſepulchro revolvit: iſti vero cum duos, in animo habebant vel eos, qui in fulgida veſte conſpiciendos ſe mulieribus prope ſepulchrum adſtantibus præbuerunt; vel eos qui veſtibus albis induti ſedere intus viſi ſunt. Horum autem ſingula monſtrare fieri potuiſſe, revera facta eſſe, & ſub his figuris aliquid occultari retegendum ab iis qui prædictas illas reſurrectionis partes ſcrutari meditantur, id vero non eſt hujus inſtituti, & convenit potius Evangelium commentariis explicanti.

57. At vero mira quædam interdum hominibus apparere narrant e Græcis non ſolum ii, qui fictionis nomine ſuſpecti ſunt, ſed etiam qui philoſophiæ ex animo ſtudere & quæ comperta habebant bona fide narrare profitebantur. Nonnulla hujusmodi legimus apud Chryſippum Solenſem, nonnulla de Pythagora. Nec deſunt recentiores, apud quos ſimilia videre

 ſit,

γενημενων· ὥσπερ παρα τῳ Χαιρωνει Πλουταρχῳ ἐν τοις περι ψυχης, και τῳ Πυθαγορειῳ Νουμηνιῳ ἐν τῳ δευτερῳ περι ἀφθαρσιας ψυχης. ἡ Ἑλληνες μεν ἐαν τοιαυτα διηγωνται, και μαλιςα οἱ ἐν αὐτοις φιλοσοφουντες, ου χλευη, ουδε γελως τα λεγομενα, ουδε πλασματα και μυθοι ἐςιν· ἐαν δ' οἱ τῳ θεῳ των ὁλων ἀνακειμενοι, και ὑπερ του μηδε μεχρι φωνης ψευδος εἰπειν περι του θεου πασαν αἰκιαν μεχρι θανατου ἀναδεχομενοι, ὡς ἰδοντες ἀπαγγελλωσιν ἀγγελων ἐπιφανειας· ουκ ἀξιοι του πιςευεσθαι κρινονται, ουδε οἱ λογοι αὐτων ἐν ἀληθεσι καταταττονται; ἀλλ' ουκ ευλογον ουτω κρινειν τα περι ἀληθευοντων ἡ ψευδομενων. οἱ γαρ το ἀνεξαπατητον ασκησαντες, μετα πολλης και ἀκριβους ἐρευνης και ἐξετασεως των κατα τους τοπους, βραδιον και ἀσφαλως ἀποφαινονται περι του τους τοιουςδι μεν ἀληθευειν, τους τοιουςδι δε ψευδεσθαι ἐν οἱς ἱςορουσι παραδοξοις· ουτε παντων το του πιςευεσθαι ἀξιον ἐπιδεικνυμενων, ουτε παντων ἐναργως ἀποδεικνυμενων, πλασματα και μυθους τοις ἀνθρωποις παραδεδωκεναι. ἐτι δε περι της του Ἰησου ἐκ νεκρων ἀναςασεως και ταυτα λεκτεον, ὁτι τοτε μεν ἡ ἑνα ἡ δευτερον ὠφθαι ἀγγελον, ἀγγελλοντα αὐτον ἐγηγερθαι, και προνοεισθαι των ἐπι τῃ ὠφελειᾳ ἑαυτων περι του τοιουτου πιςευοντων, ου θαυμαςον. ἀει δε τους τοιουτους τῳ ἐγηγερθαι τον Ἰησουν πιςευοντας, καρπον του πιςευειν ουκ ευκαταφρονητον ἐπιδεικνυμενους τον ἐῤῥωμενον βιον, και την ἀπο της χυσεως των κακων μεταβολην, ου χωρις ἐφαπτομενων των βοηθουντων αὐτων τῃ προς θεον ἐπιςροφῃ ἀγγελων γινεσθαι, ουκ ἀλογον εἰναι μοι φαινεται.

Κατηγορει δ' ὁ Κελσος και του φασκοντος λογου, ἀγγελον ἀποκεκυλικεναι του ταφου, ἐνθα ἠν το Ἰησου σωμα, τον λιθον, ὡσπερ μειρακιον ἐν διατριβῃ λαβον τοπικως κατηγορησαι τινος. και ὡς σοφον τι κατα του λογου εὑρων, φησιν, ὁτι ὁ του θεου παις, ὡς ἐοικεν, ουκ ἐδυνατο ἀνοιξαι

τον

t, ut apud Plutarchum Chæronenſem in libris de ꞏnima, & apud Numenium Pythagoricum in ſecunꞏo de immortalitate animæ libro. An cum Græci, ; præſertim Græcorum philoſophi quid ſimile refeꞏnt, nihil in eis reperitur quod joco & riſu dignum t, nihil quod pro fabulis & commentis haberi oporꞏat: cum autem viri Deo univerſorum devoti, quiꞏue tormenta omnia, mortem ipſam perferre malꞏnt quam ex ore mendacium de Deo elabi ſinere, ꞏemorant ut oculati teſtes ſibi Angelos apparuiſſe, li non judicantur digni quibus adjungatur fides, nec ꞏrum ſermones in veris cenſeri debent? At de iis ꞏi ſua figmenta obtrudunt, vel de iis qui vera meꞏorant, minime æquum eſt hujusmodi judicium. Eteꞏm qui ſibi a fraude cavent, nonniſi tarde & rebus ꞏligenter conſideratis & perpenſis pronunciant quosꞏm quidem ſcriptores vera narrare, quosdam autem ꞏ prodigiis quæ narrant mentiri & fingere: idque ꞏropterea, quod non omnes præ ſe ferant notam ꞏa bona eorum fides dignoſcatur; nec omnes aperꞏ profiteantur ſe figmenta & fabulas hominibus traꞏere. Hoc etiam de Jeſu reſurrectione addendum, ꞏirum non eſſe unum aut alterum Angelum viſum ꞏiſſe, qui illum reſurrexiſſe nunciaret, quique cuꞏm gereret eorum qui rem illam magno ſuo comꞏodo crediderant. Quin & mihi non abſurdum viꞏetur eos, qui Jeſu reſurrectioni fidem habuerunt, ; qui vitæ integritate fugiendaque vitiorum colluvie ꞏſignem ſuæ fidei fructum percipiunt, Angelos haꞏere comites & in ſua ad Deum converſione adjuꞏres.

58. Invectus eſt etiam Celſus in id quod ſcriptum ꞏt, Angelum a monumento, ubi Jeſu corpus erat, ꞏvolviſſe lapidem. Qua in re pueri ſimilis eſt locos ꞏommunes luſtrantis quibus in aliquem declamitet. ꞏt, quaſi quid eximium reperiſſet, Credo, inquit,

Dei

τον ταφον, ἀλλ' ἐδεηθη ἀλλȣ ἀποκινησοντος την πετραν.
και ἱνα γε μηδεν περιεργασωμαι περι των κατα τον το-
πον, μηδε τροπολογιαν ἐπι τȣ παροντος ἐκτιθεμενος δο-
ξω ἀκαιρως εἰς ταυτα φιλοσοφειν, περι αὐτης ἐρω της ἱστο-
ριας, ὁτι σεμνοτερον αὐτοθεν φαινεται το, τον ἐλαττονα
και ὑπηρετην ἀποκεκυλικεναι τον λιθον, ἠ τον ἐπι ὠφε-
λεια ἀνθρωπων ἀνισταμενον τȣτο πεποιηκεναι. ȣ λεγω δ'
ὁτι οἱ μεν τῳ λογῳ ἐπιβȣλευοντες, και ἀποκτειναι αὐτον
βȣληθεντες, και δειξαι πασι νεκρον, και το μηδεν τυγ-
χανοντα, βȣλονται αὐτȣ μηδαμως ἀνοιχθηναι τον τα-
φον· ἱνα μηδεις τον λογον, μετα την ἐπιβȣλην αὐτων,
ζωντα θεασηται· ὁ δε ὑπερ σωτηριας των ἀνθρωπων ἐπι-
δημων συνεργος τȣ ἀγγελȣ ἀγγελος θεȣ, ἰσχυροτερος
ὠν των ἐπιβȣλευοντων, ἀποκυλιει τον βαρυν λιθον· ἱνα
πεισθωσιν οἱ νομιζοντες τεθνηκεναι τον λογον, ὁτι ȣκ ἐστι
μετα των νεκρων, ἀλλα ζῃ, και προαγει τȣς βȣλομενȣς
αὐτῳ ἀκολȣθειν, ἱνα ἐπιδειξηται τα ἑξης οἷς ἐπεδειξατο
προτερον, τοις μη χωρȣσι πω αὐτων μειζονα κατα τον
προτερον της εἰσαγωγης αὐτων χρονον. εἰτ', ȣκ οἰδ' ὁπως,
μετα ταυτα παραρριπτει, ȣκ οἰδα εἰς τι τῃ προθεσει
αὐτȣ χρησιμον εἰναι δοκουν, το περι της Μαριας κυȣσης
ἐληλυθεναι προς τον Ιωσηφ ἀγγελον· και παλιν, ὑπερ
τȣ το βρεφος γεννηθεν και ἐπιβȣλευομενον ἐξαρπασαντας
φυγειν εἰς Αἰγυπτον· περι τȣτων δε και ἐν τοις ἀνωτερω
προς τα ὑπ' αὐτȣ εἰρημενα διελεχθημεν. τι δε βȣλεται
Κελσῳ το και Μωϋσῃ και τοις ἀλλοις ἱστορεισθαι κατα τας
γραφας ἀγγελους πεμπεσθαι; ȣδεν γαρ μοι φαινεται
συμβαλλεσθαι αὐτῳ προς ὁ βȣλεται· και μαλιστα,
ἐπει ȣδεις μεν ἐκεινων περι τȣ γενȣς των ἀνθρωπων ἠγω-
νισατο, ἱν' αὐτο ἐπιστρεψῃ, ὁσῃ δυναμις, ἀπο των ἁμαρ-
τηματων. και ἀλλοι οὐν πεπεμφθωσαν ἀπο τȣ θεȣ·
και ȣτος τι πλεον ἀπαγγελλετω· και πλημμελουντων
Ἰȣδαιων, και μεταχαραττοντων την εὐσεβειαν, και ȣχ
ὁσια δρωντων, την βασιλειαν τȣ θεȣ μεταδεδωκετω ἀλ-
λοις γεωργοις, τοις πανταχȣ ἐν ταις ἐκκλησιαις ἑαυτων
ἐπιμελȣμενοις, και παντα πραττȣσιν ὑπερ τȣ τας ἀπο

της

Dei filius non poterat ſepulchrum retegere, alium opus habuit qui lapidem removeret. At ne quid ſollicite in hunc locum inveſtigem, nec allegorias in præſentia de rebus ad ſepulchrum pertinentibus enarrans intempeſtive philoſophari videar, de hac hiſtoria hoc dicam unum, vel prima fronte ſatis manifeſtum eſſe, magis e dignitate fuiſſe ejus, qui ad hominum utilitatem reſurgebat, ut inferior & miniſter lapidem ſubmoveret, quam ut iſtud ipſe faceret. Taceo nunc eos, qui Verbo moliti fuerant inſidias, quique illud morti traditum, mortuum ab omnibus judicari, ad nihilum redigi volebant, noluiſſe ejus aperiri ſepulchrum, ut nemo Verbum poſt eorum inſidias vivens conſpiceret: ſed Angelum Dei qui ſalutis humanæ cauſa in hunc orbem venerat, inſidiatoribus fortiorem fuiſſe, & auxilio fuiſſe alteri Angelo, ad removendum gravem illum lapidem; ut qui mortuum exiſtimabant Verbum, exploratum haberent illud inter mortuos non eſſe, ſed vivere, & ſequi volentes eo præcedere, ubi illis oſtenderet reliqua eorum, quæ illos docuerat initio, cum recens in ejus ſcholam ingreſſi, nondum capere ſublimiora poterant. Poſtea neſcio quodnam cauſæ ſuæ præſidium ſperet ex eo quod addit veniſſe ad Joſeph Angelum qui Mariam eſſe gravidam nunciaret, & rurſum eis, accepto nato puero, cui ſtruebantur inſidiæ, fugiendum eſſe in Ægyptum. Iiſdem de rebus jam ſupra ad ea quæ dixerat, reſpondimus. Quid autem ſibi vult Celſus, cum ait ſcripturas teſtari miſſos Angelos ad Moyſen & ad alios fuiſſe? Neque enim video quid iſtud ad ejus propoſitum conducat: præſertim cum illorum Angelorum nullus dederit operam, ut pro virili genus humanum a peccatis averteret. Eſto igitur alii Angeli miſſi ſint a Deo. At hic majus quid annunciaverit, & cum ſceleribus Judæi ſe contaminarent, religionem ſuam perverterent, impie agerent, regnum Dei co-

lonis

Εἰ δ' ἀκριβῶς χρὴ ἡμᾶς λέγειν τὰ πρὸς τὸν Κέλσον, οἰόμενον τὰ αὐτὰ ἡμᾶς Ἰουδαίοις περὶ τῶν ἐγκειμένων δοξάζειν· φήσομεν ὅτι, τὰ μὲν βιβλία θείῳ γεγράφθαι πνεύματι, ὁμολογοῦμεν ἀμφότεροι· περὶ δὲ τῆς ἐκδοχῆς τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις, οὐκέτι τὰ ὅμοια φαμέν· οἵ γε οὐδὲ βιοῦμεν ὡς Ἰουδαῖοι, τῷ φρονεῖν, οὐ τὴν κατὰ τὸ ῥητὸν ἐκδοχὴν τῶν νόμων εἶναι τὴν περιέχουσαν τὸ βούλημα τῆς νομοθεσίας. καὶ λέγομεν δ', ὅτι, ἡνίκα ἂν ἀναγινώσκηται Μωϋσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν κεῖται, τῷ τοῖς τὴν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ μὴ ἀσπασαμένοις ὁδὸν ἐπικεκρύφθαι τὸ βούλημα τοῦ Μωϋσέως νόμου. ἴσμεν δ' ὅτι ἐὰν ἐπιστρέψῃ τις πρὸς τὸν κύριον (ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστι·) περιαιρεῖθεν τὸ κάλυμμα, ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν ἐν τοῖς κεκρυμμένοις νοήμασι κατὰ τὰ γράμματα δόξαν τοῦ κυρίου οἱονεὶ κατοπτρίζεται, καὶ μεταλαμβάνει τῆς κειμένης θείας δόξης, εἰς τὴν ἑαυτοῦ δόξαν· τροπικῶς μὲν λεγομένου προσώπου, γυμνότερον δ', ὡς ἂν ὀνομάσαι τις, τοῦ νοῦ· ἐν ᾧ ἐστι τὸ τοῦ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον πρόσωπον, πληρούμενον φωτὸς καὶ δόξης ἀπὸ τῆς περὶ τῶν κατὰ τοὺς νόμους ἀληθείας.

Ἑξῆς δὲ τούτοις φησὶ, μή με οἰηθῆ τις ἀγνοεῖν, ὡς οἱ μὲν αὐτῶν συνθήσονται, τὸν αὐτὸν εἶναι σφίσιν ὅνπερ Ἰουδαίοις θεόν· οἱ δ' ἄλλον, ᾧ τοῦτον ἐναντίον, παρ' ἐκείνου τε ἐλθεῖν τὸν υἱόν. εἴπερ δὲ τὸ εἶναι αἱρέσεις πλείονας ἐν χριστιανοῖς, κατηγορίαν οἴεται χριστιανισμοῦ εἶναι· διὰ τί οὐχὶ καὶ φιλοσοφίας κατηγορία κατὰ τὸ ἀνάλογον νομισθείη ἂν ἡ ἐν ταῖς αἱρέσεσι τῶν φιλοσοφούντων διαφωνία, οὐ περὶ μικρῶν καὶ τῶν τυχόντων, ἀλλὰ περὶ τῶν ἀναγκαιοτάτων; ἆρα δὲ καὶ ἰατρικὴν κατηγορεῖσθαι διὰ τὰς ἐν αὐτῇ αἱρέσεις. ἔστωσαν οὖν ἐν ἡμῖν οἱ μὴ τὸν αὐτὸν λέγοντες τῷ Ἰουδαίων θεῷ θεόν· ἀλλ' οὐ τί γε παρὰ τοῦτο κατηγορητέοι οἱ ἀπὸ τῶν αὐτῶν γραμμάτων ἀποδεικνύντες, ὅτι εἷς καὶ αὐτὸς θεὸς Ἰουδαίων ἐστὶ καὶ ἐθνῶν· ὡς καὶ τὸν Παῦλον λέγειν σαφῶς, ἀπὸ Ἰουδαίων προσελθόντα χριστιανισμῷ, χάριν ἔχω τῷ θεῷ μου, ᾧ λατρεύω ἀπὸ προγόνων ἐν καθαρᾷ συνειδήσει. ἔστω δ' ἔτι καὶ τρίτον

γένος

60. Cæterum, ſi nos accurate reſpondere oportet ad Celſum, opinantem eamdem noſtram eſſe ac Judæorum de his rebus ſententiam, dicemus in confeſſo eſſe apud utroſque, libros divino Spiritu fuiſſe ſcriptos: de illorum autem librorum interpretatione nos cum Judæis diſſentire. Quippe non ut Judæi vivimus, negamusque mentem legis contineri ſenſu, quem legum litera præ ſe fert. Quin immo affirmamus, *cum legitur Moyſes, velamen poſitum eſſe ſuper cor eorum*, eam ob cauſam, quia legis Moſaïcæ mens occultatur iis, qui viam a Jeſu Chriſto monſtratam ingredi recuſarunt. Scimus autem, quando ſe quis ad Dominum, qui Spiritus eſt, converterit, velamen auferri, eumque *retecta facie Domini gloriam velut in ſpeculo intueri* in illis ſenſibus quos litera legis abſcondebat, & in ſuam ipſius gloriam gloriæ divinæ participem fieri. Nam id quod hic per figuram vocatur *facies*, aperte loquenti eſt intellectus, in quo eſt interioris hominis facies, quæ, perſpecto vero legum ſenſu, tota lumine & gloria reſplendet.

61. Proſequitur Celſus: *Neque me quiſquam putet ignorare, quosdam quidem ex illis aſſenſuros, eumdem ſibi, quem Judæis, eſſe Deum; quosdam autem alium admittere illi contrarium & a quo filius venerit.* At ſi diverſas Chriſtianorum ſectas Chriſtianiſmi vitium eſſe ducat; quidni etiam philoſophiæ vitio vertit ſectarum philoſophicarum diſſenſionem & eam quidem non de rebus nihili, ſed de præcipuis? Cur non etiam medicinæ criminoſum eſt, quod in ſectas ſciſſa eſt? Eſto ſint inter nos qui Judæorum & noſtrum eumdem Deum eſſe negent: ſed non propterea accuſandi ſunt illi, qui ex eiſdem ſcripturis conficiunt unum & eumdem Judæorum Deum eſſe & gentium. Id ipſe teſtatur Paulus qui a Judæis ad Chriſtianiſmum acceſſerat: *Gratias ago Deo, cui ſervio a progenitoribus in conſcientia pura.* Sit præterea tertium genus, eorum ſcilicet,

[illegible] ψυχικυς τινας, και πνευματικυς [illegible] δ' αὐτον λεγειν τυς ἀπο Οὐαλεντινυ. και [illegible] τυς ἀπο της ἐκκλησιας, κατηγορουν- [illegible] φυσεις ἐκ κατασκευης σωζομενας, ἢ [illegible] ἀπολλυμενας; ἐςωσαν δε τινες και ἐπαγ- [illegible] εἰναι Γνωςικοι, ἀναλογον τοις ἑαυτυς ἀναγο- [illegible] φιλοσοφυς Επικυρειοις. ἀλλ' ὐτε οἱ την προνοιαν [illegible] φιλοσοφοι εἰεν ἀν ἀληθως, ὐτε οἱ τα ἀλλοκοτα [illegible]πλασματα, και μη ἀρεσκοντα τοις της ἀπο τυ Ιησυ [illegible], ἐπεισαγαγοντες εἰεν ἀν χριςιανοι. ἐςωσαν δε [illegible] και τον Ιησυν ἀποδεχομενοι, ὡς παρα τυτο χριςια- [illegible] εἰναι αὐχουντες· ἐτι δε και κατα τον Ιυδαιων νομον [illegible] τα Ιυδαιων πληθη βιουν ἐθελοντες· (οὑτοι δ' εἰσιν οἱ διττοι Εβιωναιοι, ἠτοι ἐκ παρθενυ ὁμολογουντες ὁμοιως ἡμιν τον Ιησυν, ἢ ὐχ οὑτω γεγεννησθαι, ἀλλ' ὡς τυς λοιπυς ἀνθρωπυς.) τι τυτο φερει ἐγκλημα τοις ἀπο της ἐκκλησιας, οὓς ἀπο τυ πληθυς ὠνομασεν ὁ Κελσος; εἰπε δε τινας εἰναι και Σιβυλλιςας· ταχα παρακυσας τινων ἐγκαλουντων τοις οἰομενοις προφητιν γεγονεναι την Σιβυλλαν, και Σιβυλλιςας τυς τοιυτυς καλεσαντων.

Εἰτα, σωρον καταχεων ἡμων ὀνοματων, φησιν εἰδεναι τινας και Σιμωνιανυς, οἱ την Ελενην, ἠτοι διδασκαλον Ελενον, σεβοντες, Ελενιανοι λεγονται. ἀλλα λανθανει τον Κελσον, ὁτι ὐδαμως τον Ιησυν ὁμολογυσιν υἱον Θευ Σιμωνιανοι, ἀλλα δυναμιν Θευ λεγυσι τον Σιμωνα· τερατευομενοι περι αὐτυ τινα, οἰηθεντος ὁτι ἐαν τα παραπλησια προσποιησηται οἱς ἐδοξε προσπεποιησθαι τον Ιησουν, δυνησεται και αὐτος παρα ἀνθρωποις τοσουτον, ὁσον Ιησυς τοις πολλοις. ἀλλ' οὐτε Κελσος, οὐτε Σιμων ἐδυνηθησαν νοησαι, πως Ιησυς, ὡς καλος γεωργος λογυ Θευ, δεδυνηται την πολλην Ελλαδα, και την πολλην βαρβαρον ἐπισπειραι, και πληρωσαι λογων, μετατιθεντων την ψυχην ἀπο παντος κακυ, και ἀναγοντων προς

qui quosdam *animales*, alios *ſpirituales* vocant: ſuſpicor autem hic eum ſpectare ad Valentini diſcipulos. Quid inde contra nos, qui ab Eccleſia ſtantes damnamus eos quibus placet, ſalutem alios conſequi, alios æternum perire, vi & conſtitutione ipſius naturæ? Largior id quodque alios eſſe, qui vocentur *Gnoſtici*, ſicut Epicuri aſſeclæ ſe ipſi appellant Philoſophos. Sed quemadmodum vere philoſophi non ſunt ii, qui providentiam e medio tollunt; ſic nec digni ſunt Chriſtianorum nomine, qui abſurda figmenta Jeſuque diſcipulis improbata inducunt. Sint quidam, qui quod Jeſum receperint, idcirco ſe Chriſtianos eſſe gloriantur; ſed qui tamen etiamnum, ut Judæorum vulgus, Judaïcam legem obſervari volunt: quales ſunt Ebionæi, cum ii, qui Jeſum e Virgine natum eſſe nobiſcum confitentur; tum ii qui iſtud rejiciunt contenduntque natum eſſe ut cæteros homines: an culpa hæc in Eccleſiæ, quam Celſus nominat *vulgus*, membra conferri poteſt? Addit quosdam eſſe *Sibylliſtas*, quod fortaſſe audivit ex quibusdam, qui, cum vitio darent nonnullis quod Sibyllam prophetidem eſſe exiſtimarent, ea cauſa illos nuncuparunt Sibylliſtas.

62. Poſtea coacervans varia noſtrarum ſectarum nomina, ait ſe noſſe quosdam eſſe Simonianos, qui Helenen aut magiſtrum Helenum colentes vocantur Heleniani. At Celſum fugit, Jeſum a Simonianis non credi Dei filium, ſed Simonem illis eſſe Dei virtutem. Multa nobis fabulantur de illo homine prodigia, qui ſibi in animum induxerat ſe, ſi iiſdem præſtigiis uteretur, quibus Jeſum uſum putabat, ſimili fore apud populum auctoritate. Verum neque Celſus, neque Simon capere potuerunt, quomodo Jeſus ut bonus verbi Dei colonus fecerit, ut magna Græcarum, magna Barbararum regionum pars doctrinæ impleretur ſemine, quæ animam ab omni vitio

των των ὅλων δημιουργον. Κελσος μεν ὠν οἰδε και Μαρκελλιανας ἀπο Μαρκελλινας, και Αρποκρατιανας ἀπο Σαλωμης, και ἀλλας ἀπο Μαριαμνης, και ἀλλας ἀπο Μαρθας· ἡμεις δε, οἱ δια την κατα το δυνατον ἡμιν φιλομαθειαν ὠ μονα τα ἐν τῳ λογῳ, και τας διαφορας των ἐν αὐτῳ ἐξετασαντες· ἀλλ', ὁση δυναμις, και τα των φιλοσοφησαντων φιλαληθως ἐρευνησαντες, ὠδε ποτε τωτοις ὡμιλησαμεν, ἐμνηθη δ' ὁ Κελσος και Μαρκιωνιςων, προϊςαμενων Μαρκιωνα.

pori alligatæ, partim quia anguſtior illa eſt, quam ut Deum intelligere poſſit. Atque ut palam fiat quam rarum ſit & quam paucis conceſſum Deum cognoſcere, narratur Moyſes *acceſſiſſe ad caliginem, in qua erat Deus.* Et de Moyſe rurſus: *Solus Moyſes accedet ad dominum, reliqui vero non appropinquabunt.* Et iterum propheta, ut oſtendat in abyſſum divinorum dogmatum penetrari non poſſe ab iis, qui non habent illum ſpiritum, qui *omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei,* dixit: *Abyſſus ſicut veſtimentum, amictus ejus.* Quin Salvator noſter & Dominus Dei Verbum indicat quantum ſit Patrem cognoſcere, illumque pro merito primum a ſe ſolo cognoſci, deinde ab illis quorum ipſe Verbum & Deus mentem illuminat; cum ait: *Nemo novit filium niſi pater, neque patrem niſi filius, & cui filius revelaverit.* Neque enim ullus increatum & omnis creatæ naturæ primogenitum digne poteſt cognoſcere, ut pater qui eum genuit; neque patrem, ut animatum Verbum, quod ſapientia & veritas ejus eſt. Ipſum eſt, quod a patre tenebras diſpellit quas *poſuit latibulum ſuum*, ipſum eſt, quod abyſſum retegit quo velut veſtimento pater tegitur, eoque ſic patrem revelante, patrem cognoſcit quisquis illum cognoſcere poteſt.

18. Ex pluribus locis, ubi ſancti viri nobis quid de Deo cogitarent declararunt, hæc pauca viſum eſt excerpere; ut oſtenderem in ſacris Prophetarum literis ineſſe quid auguſtius, quam in Platonicis ſententiis, quas tantopere Celſus admiratur; ſi modo oculi legentium ii ſint, qui majeſtatem ſcripturarum inſpicere valeant. Verba autem Platonis a Celſo memorata ſic habent: *Circum omnium regem omnia ſunt, & propter illum omnia, & ipſe bonorum omnium cauſa eſt. Secundo loco eſt cum ſecundis, tertio cum tertiis. Igitur anima humana ſtudio effertur diſcendi hac qualia ſint, reſpiciens ad ea quæ ſecum cognatione conjuncta ſunt.* Nul-

lum

ν. ὐδεν ἐςι τοιυτον. ἐδυναμην δε παραθεσθαι τα των παρ' Εβραιοις καλυμενων Σεραφιμ, ἀναγεγραμμενων ἐν τω Ησαϊα, καλυπτοντων το προσωπον και τυς ποδας τυ θευ· και τα περι των ὀνομαζομενων Χερυβειμ, ἁ ἀνεγραψεν ὁ Ιεζεκιηλ, και των ὡσανεισχηματων αὐτων. και τινα τροπον ὀχεισθαι λεγεται ἐπι των Χερυβειμ ὁ Θεος. ἀλλ', ἐπει πανυ κεκρυμμενως εἰρηται δια τυς ἀναξιυς και ἀσεμνυς, μη δυναμενυς παρακολυθησαι μεγαλονοια και σεμνοτητι θεολογιας, ὐχ ἡγησαμην πρεπον εἰναι ἐν τῳ συγγραμματι τυτῳ περι αὐτων διαλεχθηναι.

Εξης δε τυτοις φησιν ὁ Κελσος, παρακυσαντας τινας Χριςιανυς Πλατωνικων λεξεων, αὐχειν τον ὑπερυρανιον θεον. ὑπεραναβαινοντας τον Ιυδαιων ὐρανον. ἐν τυτοις δ' ὐ διασαφει, ποτερον και τον Ιυδαιων θεον ὑπεραναβαινυσιν, ἡ μονον ὀν ὀμνυσιν ὐρανον. περι μεν ὐν των ἑτερον ἐπαγγελλομενων θεον, παρα τον και ὑπο Ιυδαιων προσκυνυμενον, ὐ προκειται νυν ἡμιν λεγειν· περι δε ἑαυτων ἀπολογεισθαι, και δεικνυναι, ὁτι ὐ δυνανται οἱ παρ' ἡμιν Ιυδαιων προφηται ἀπο Πλατωνος τι εἰληφεναι· πρεσβυτεροι γαρ ἠσαν αὐτυ. ὐτ' ὐν την φασκυσαν λεξιν, περι τον παντων βασιλεα παντ' ἐςι, και ἐκεινυ ἑνεκα παντα, ἀπο Πλατωνος εἰληφαμεν, ἀλλα τυτων κρειττονως εἰρημενα ἀπο των προφητων μεμαθηκαμεν, σαφηνισαντος τυ Ιησυ, και των μαθητων αὐτυ το βυλημα τυ ἐν τοις προφηταις πνευματος· ὁπερ ὐκ ἀλλο ἠν τυ πνευματος τυ Χριςυ. ὐτε τα περι τυ ὑπερυρανιυ τοπυ πρωτος ὁ φιλοσοφος παριςησιν· ἀλλα Δαυιδ την βαθυτητα τυ πληθυς των ἐν τοις ὑπεραναβεβηκοσι τα αἰσθητα των περι θευ θεωρηματων παλαι παρεςησεν, εἰπων ἐν τη βιβλῳ των ψαλμων, αἰνειτε τον θεον οἱ ὐρανοι των ὐρανων, και το ὑδωρ το ὑπερανω των ὐρανων, αἰνεσατωσαν το ὀνομα κυριυ. ἐγω δε ὐκ ἀπογινωσκω τας ἀπο τυ Φαιδρυ λεξεις ἀπο τινων Εβραιων μεμαθηκοτα τον Πλατωνα, ὡς δε τινες ἀνεγραψαν, ἐτι και τοις προφητικοις ἐντυχοντα λογοις, ἐκτεθεισθαι, ἐν οἱς ἐλεγε, τον ὑπερυρανιον τοπον

ὐτε

lum eorum perfectum eſt. De Rege vero & aliis ſupradictis nihil eſt ejusmodi. Huc afferre poſſem factam ab Iſaïa Seraphim, ut Hebræi vocant, deſcriptionem, qui Seraphim Dei faciem & pedes velant: poſſem & adducere ea quæ Ezechiel ſcribit de iis quos Cherubin appellat, & quorum formas depingit, & explicare quomodo Deus a Cherubin geſtari dicatur: ſed quia hæc occulte omnino dicta ſunt propter indignos & malos, qui theologiæ ſublimitatem majeſtatemque non poſſunt intellectu aſſequi, non viſum eſt in hocce ſcripto operæ pretium de illis rebus diſſerere.

19. *Chriſtiani quidam*, pergit Celſus, *male intellecta Platonis doctrina, plurimum efferunt Deum qui ſupra cœlos eſt, ſicque Judæorum cœlum tranſcendunt.* Ubi non clare indicat tranſcendant-ne Judæorum Deum, an cœlum dumtaxat, per quod Judæi jurant. Non igitur de his, qui alium ab illo, quem adorant Judæi, Deum prædicant, dicere nobis propoſitum eſt, ſed nos defendere & oſtendere Judæorum prophetas, cum vetuſtiores Platone ſint, nihil ab illo ſententiam accepimus: *Omnia circum regem omnium ſunt, & propter illum omnia.* Hæc a Prophetis, qui melius eadem dixerunt, didicimus; Jeſu ejusque diſcipulis quodnam fuerit ſpiritus, qui in Prophetis loquebatur, quique non alius erat a Chriſti ſpiritu, conſilium interpretantibus. Neque etiam Plato de loco qui ſupra cœlos eſt, locutus fuit primus. Jam dudum enim David altitudinem declarans abundantiamque cognitionum quas de Deo habent ii, qui ſe ſupra res ſenſibus obvias attollunt, ait in libro pſalmorum: *Laudate Deum cœli cœlorum, & aqua quæ ſuper cœlos eſt laudet nomen Domini.* Equidem negare nolim, id quod alii teſtati ſunt, Platonem a quibusdam Hebræis didiciſſe ſententias, quas in Phædro protulit, & e propheticis ſcriptis ſumſiſſe hæc: *Locum qui ſupra cœlos eſt, necdum ullus Poëta pro merito celebravit, nec celebrabit*

οὐτε τις ὑμνησε πω των τηδε ποιητης, οὐτε ποθ' ὑμνησει κατ' ἀξιαν, και τα ἑξης. ἐν οἱς ἐςι και το, ἡ γαρ ἀχρωματος τε, και ἀσχηματιςος, και ἀναφης οὐσια, ὀντως οὐσα ψυχης κυβερνητις νῳ μονῳ θεατη, περι ὁν το της ἀληθους ἐπιςημης γενος τουτον ἐχει τον τοπον. και ἀπ' ἐκεινων γε των λογων παιδευθεις ὁ Παυλος ἡμων, και ποθων ὑπερκοσμια και ὑπερουρανια, και δι' ἐκεινα παντα πραττων, ἱν' αὐτων τυχῃ, φησιν ἐν τῃ δευτερα προς Κορινθιους ἐπιςολῃ, το γαρ παραυτικα ἐλαφρον της θλιψεως ἡμων, καθ' ὑπερβολην εἰς ὑπερβολην, αἰωνιον βαρος δοξης κατεργαζεται ἡμιν· μη σκοπουντων ἡμων τα βλεπομενα, ἀλλα τα μη βλεπομενα. τα γαρ βλεπομενα, προσκαιρα· τα δε μη βλεπομενα, αἰωνια.

Αντικρυς γαρ τοις ἀκουειν δυναμενοις παριςησι τα μεν αἰσθητα λεγων αὐτα βλεπομενα, τα δε νοητα και νῳ μονῳ καταληπτα ὀνομαζων μη βλεπομενα. οὑτος δε και προσκαιρα μεν οἰδε, τα αἰσθητα και βλεπομενα· αἰωνια δε, τα νοητα, και μη βλεπομενα· και βουλομενος προς τῃ ἐκεινων θεᾳ γενεσθαι, ὑπο του προς ἐκεινα ποθου βοηθουμενος, πασαν θλιψιν το οὐδεν, και ἐλαφραν τινα, ἐνομιζεν εἰναι· και παρ' αὐτον τον της θλιψεως και των πονων καιρον μηδαμως μεν βαρουμενος ὑπ' αὐτων, ἐπελαφριζων δε, δια την περι ἐκεινα θεαν, πασαν περιςασιν· ἐπει και ἐχομεν ἡμεις ἀρχιερεα μεγαν, τῳ μεγεθει της δυναμεως και του νου αὐτου διεληλυθοτα τους οὐρανους, Ιησουν τον υἱον του θεου· ἐπαγγειλαμενον τοις γνησιως μαθουσι τα θεια, και ἀξιως αὐτων βιωσασι, προαξειν αὐτους ἐπι τα ὑπερκοσμια· φησι γαρ, ἱν' ὁπου ἐγω ὑπαγω, και ὑμεις ἠτε. δια τουτο ἡμεις μετα τους ἐνταυθα πονους και τους ἀγωνας ἐλπιζομεν προς ἀκροις γενεσθαι τοις οὐρανοις· και πηγας ὑδατος ἀλλομενου εἰς ζωην αἰωνιον ἀναλαβοντες, κατα την Ιησου διδασκαλιαν, ποταμους τε χωρησαντες των θεωρηματων, συν τοις λεγομενοις ὑδασιν ὑπερανω των οὐρανων, αἰνουσι το ὀνομα κυριου, ἐσεσθαι. και, ὁσον γε αἰνουμεν αὐτον, οὐ περιαχθησομεθα ἀπο της του

οὐρανου

brabit unquam &c. Et hæc quæ ibidem legere eſt: *Hæc natura, quæ revera exiſtit, ſine colore, ſine figura, intactilis, vere animæ gubernatrix ſoli intellectui conſpicabilis, circa quam veræ ſcientiæ genus locum illum occupat.* Ex iiſdem propheticis oraculis hauſerat Paulus noſter illud, quo tenebatur, rerum quæ ſupra mundum & ſupra cœlos ſunt deſiderium, & propterea nihil reliqui faciebat, ut illa conſequeretur. Unde in ſecunda ad Corinthios Epiſtola: *Id enim,* inquit, *quod in præſenti eſt momentaneum & leve tribulationis noſtræ ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna ſunt.*

20. In his, ut facile intelligentes vident, per *ea quæ videntur,* Apoſtolus ſenſibilia intelligit; & per *ea quæ non videntur,* intelligibilia & quæ ſola mente capi poſſunt: item temporalium nomine ſignificat ea quæ ſub ſenſus cadunt & videntur; æternorum vero, ea quæ in intelligentiam cadunt nec videntur. Hæc itaque contemplari cupiens, iſto ſuo deſiderio roboratus ærumnas omnes leves, contemnendaſque ducit: & mediis in laboribus pœnisque verſatus adeo non illis opprimitur, ut omnia tormenta ſublevet, illarum rerum contemplatione: quoniam *habemus* etiam nos *Pontificem magnum,* qui virtutis & intelligentiæ magnitudine *penetravit cœlos,* Jeſum filium Dei: & ipſe res divinas bona fide diſcentibus vitamque rebus illis dignam agentibus pollicitus eſt fore, ut ſe illis ad ea quæ ſupra mundum ſunt præberet ducem. Ait enim, *ut quo ego vado, ibi & vos ſitis.* Quod quidem nos in ſpem adducit futurum eſſe ut poſt exantlatos hujus vitæ labores abſolutaque certamina ad extremos evolemus cœlos, & hauſtis aquæ in vitam æternam ſalientis fontibus, potatiſque cognitionum fluminibus, eò rapiamur, ubi aquæ illæ, quæ ſuper

cœlos

ȣ̓ρανȣ περιφορας, ἀει δε προς τῃ θεῳ ἐσομεθα των ἀορα-
των τȣ θεȣ· ȣ̓κετι ἀπο κτισεως κοσμȣ τοις ποιημασι
νοȣμενων ἡμιν, ἀλλ', ὡς ὠνομασεν ὁ γνησιος τȣ Ιησȣ μα-
θητης, λεγων, τοτε δε προσωπον προς προσωπον· και
το, ἐαν ἐλθῃ το τελειον, το ἐκ μερȣς καταργηθησεται.

Επτα δε ȣ̓ρανους, ἡ ὁλως περιωρισμενον ἀριθμον αὐ-
των, αἱ φερομεναι ἐν ταις ἐκκλησιαις τȣ θεȣ ȣ̓κ ἀπαγγελ-
λουσι γραφαι· ἀλλ' ȣ̓ρανους, εἰτε τας σφαιρας των παρ'
Ελλησι λεγομενων πλανητων, εἰτε και ἀλλο τι ἀπορρη-
τοτερον ἐοικασι διδασκειν οἱ λογοι. και το, ὁδον μεν
εἰναι ταις ψυχαις ἐς γην, και ἀπο γης, Κελσος μεν κατα
Πλατωνα φησι γινεσθαι δια των πλανητων· Μωϋσης
δε, ὁ ἀρχαιοτατος ἡμων προφητης, ἐν ὀψει τȣ προφητȣ
ἡμων Ιακωβ, φησιν ἑωρασθαι θειον ἐνυπνιον, κλιμακα
εἰς ȣ̓ρανον φθανȣσαν, και ἀγγελους τȣ θεου ἀναβαινοντας
και καταβαινοντας ἐπ' αὐτης, τον δε κυριον ἐπεστηριγμε-
νον ἐπι τοις ἀκροις αὐτης· εἰτε ταυτα, εἰτε τινα μειζονα
τουτων, αἰνιττομενος ἐν τῳ περι της κλιμακος λογῳ· πε-
ρι ἡς και τῳ Φιλωνι συντετακται βιβλιον, ἀξιον φρονιμȣ
και συνετης παρα τοις φιλαληθεσιν ἐξετασεως.

Εξης δε τουτοις βουλομενος ὁ Κελσος πολυμαθειαν
ἑαυτȣ ἐπιδειξασθαι ἐν τῳ καθ' ἡμων λογῳ, ἐκτιθεται
τινα και Περσικα μυστηρια, ἐν οἱς φησιν· αἰνιττεται ταυ-
τα και ὁ Περσων λογος, και ἡ τȣ Μιθρȣ τελετη παρ'
αὐτοις ἐστιν. ἐστι γαρ τι ἐν αὐτῃ συμβολον των δυο των
ἐν ȣ̓ρανῳ περιοδων, της τε ἀπλανους, και της εἰς τȣς
πλανητας αὖ γεγενημενης, και της δι' αὐτων της ψυχης
διεξοδȣ. τοιονδε το συμβολον· κλιμαξ ὑψιπυλος, ἐπι
δ' αὐτῃ πυλη ὀγδοη. ἡ πρωτη των πυλων μολιβδȣ, ἡ
δευτερα κασσιτερȣ, ἡ τριτη χαλκου, ἡ τεταρτη σιδηρου,
ἡ πεμπτη κεραστȣ νομισματος, ἡ ἑκτη ἀργυρȣ, χρυσȣ δ'

ἡ ἑβδο-

cœlos ſunt, laudant nomen Domini: quem dum laudabimus, non circumagemur cœli vertigine, ſed in inviſibiles Dei virtutes intenti ſemper erimus: quas virtutes ex creatis hujus mundi rebus non amplius intelligemus; ſed videbimus, ut germanus Jeſu diſcipulus loquitur, *facie ad faciem*. Et iterum: *Cum venerit quod perfectum eſt, evacuabitur quod ex parte eſt.*

21. An autem ſeptem cœli ſint, an eorum definitus omnino ſit numerus, receptæ in Eccleſiis Dei ſcripturæ non explicant. De *cœlis* tantum loquuntur; ſive hac voce orbes planetarum, ut vocant Græci, intelligant; ſive quid occultius innuere velint. Ac Celſus quidem contendit animabus cœlos e terra aut terram e cœlo petentibus iter eſſe per planetas: quæ Platonis opinio fuit; at Moyſes noſtrorum Prophetarum antiquiſſimus narrans viſionem Jacob unius e noſtris Prophetis, ait illi per ſomnium ipſi divinitus immiſſum viſam eſſe ſcalam, quæ ad cœlos pertingeret, & Angelos, qui aſcenderent per eam & deſcenderent, & Dominum ſumma ſcala innixum: ſive hac ſcalæ imagine idem, quod Plato, ſignificare; ſive majus quidpiam indicare voluerit. Qua de re extat Philonis tractatus, & is quidem dignus quem veritatis ſtudioſi diligenter & accurate legant.

22. Poſtea Celſus ſuam in libro contra nos ſcripto eruditionem oſtentare volens, de quibusdam Perſarum myſteriis ſermonem facit: *Harum rerum*, inquit, *aliquod reperitur in Perſarum doctrina Mithriacisque eorum myſteriis veſtigium. In illis enim duæ cæleſtes converſiones, alia ſtellarum fixarum, errantium alia, & animæ per eas tranſitus quodam ſymbolo repræſentantur, quod hujusmodi eſt: Scala altas portas habens, in ſumma autem octava porta. Prima portarum plumbea, altera ſtannea, tertia ex ære, quarta ferrea, quinta ex ære mixto, ſexta argentea, ſeptima ex auro. Primam aſſignant Saturno,*

ἡ ἑβδομη. την πρωτην τιθενται Κρονου, τῳ μολιβδῳ τεκμηριουμενοι την βραδυτητα του ἀστερος· την δευτεραν Αφροδιτης, παραβαλλοντες αὐτῃ το φαιδρον τε και μαλακον του κασσιτερου· την τριτην του Διος, την χαλκοβατην και στερραν· την τεταρτην Ερμου, τλημονα γαρ ἐργων ἁπαντων, και χρηματιστην, και πολυκμητον εἰναι, τον τε σιδηρον και τον Ερμην· την πεμπτην Αρεος, την ἐκ του κραματος ἀνωμαλον τε και ποικιλην· ἑκτην σεληνης, την ἀργυραν· ἑβδομην ἡλιου, την χρυσην, μιμουμενοι τας χροας αὐτων. ἑξης ἐξεταζει την αἰτιαν της οὑτω κατειλεγμενης ταξεως των ἀστερων, δηλουμενης δια συμβολων ἐν τοις ὀνομασι της λοιπης ὑλης· και μουσικους λογους προσαπτει ἡ ἐκτιθεται ἡ Περσων θεολογια· προσφιλοτιμειται δε τουτοις και δευτεραν ἐκθεσθαι διηγησιν, παλιν ἐχομενην μουσικων θεωρηματων. ἐδοξε δε μοι το ἐκθεσθαι την λεξιν ἐν τουτοις του Κελσου, ἀτοπον εἰναι, και ὁμοιον ᾡ αὐτος πεποιηκεν, εἰς την περι χριστιανων και Ιουδαιων κατηγοριαν ἀκαιρως παραλαβων οὐ μονον τα Πλατωνος, ὡς ἐκεινοις ἀρκεισθαι, ἀλλα και τα ὡς φησι Περσων του Μιθρου μυστηρια, και την διηγησιν αὐτων. ὁπως ποτε γαρ ἐχετω ταυτα, εἰτε ψευδως, εἰτ' ἀληθως, τοις τα του Μιθρου πρεσβευουσι, και Περσαις· τι δη οὐν μαλλον ταυτ' ἐξεθετο, ἡ τι των λοιπων μυστηριων μετα της διηγησεως αὐτων; οὐ γαρ δοκει παρ' Ελλησιν εἰναι ἐξαιρετα τα του Μιθρου παρα τα Ελευσινια, ἡ τα παραδιδομενα τοις ἐν Αἰγινῃ μυουμενοις τα της Εκατης. τι δε μαλλον εἰπερ βαρβαρικα ἐβουλετο μυστηρια ἐκτιθεσθαι μετα της διηγησεως αὐτων, οὐ μαλλον τα Αἰγυπτιων, ἐν οἱς πολλοι σεμνυνονται, ἡ τα Καππαδοκων περι της ἐν Κομαναις Αρτεμιδος, ἡ τα Θρακων, ἡ και τα Ρωμαιων αὐτων, τελουντων τους εὐγενεστατους των ἀπο της συγκλητου βουλης; ἀλλ', εἰ ἀκαιρον αὐτῳ ἐδοξεν ἐκεινων τι παραβαλειν, ὡς μηδαμως συμβαλλομενον εἰς την Ιουδαιων ἡ χριστιανων κατηγοριαν· πως οὐχι το αὐτο ἀκαιρον και ἐπι της ἐκθεσεως των Μιθραϊκων αὐτῳ ἐφαινετο;

tarditatem illius ſideris plumbo indicantes: alteram Veneri, quam referunt, ut ipſi quidem putant, ſtanni ſplendor & mollities: tertiam Jovi, aheneam illam quidem & ſolidam: quartam Mercurio, quia Mercurius & ferrum, uterque operum omnium tolerantes, ad mercaturam utiles, laborum patientiſſimi. Marti quintam, inæqualem illam & variam propter mixturam. Sextam, quæ argentea eſt, lunæ; ſeptimam auream ſoli tribuunt, quia ſolis & lunæ colores hæc duo metalla referunt. Dein inquirit cauſam, cur ille ſiderum ordo ſic inſtitutus per ſymbola in reliquæ materiæ nominibus declaretur. Rationes etiam muſicas adjungit ei quam explicat, Perſarum Theologiæ. Sed his Celſus minime contentus alteram addit, eruditionis oſtentandæ cauſa, explicationem, & ipſam muſicis quæſtionibus refertam. Si vero Celſi de his verba referam, abſurde, opinor, fecero, & idem ac ille commiſero, qui, ad Judæos Chriſtianosque accuſandos, intempeſtive non ſolum Platonem, ſed etiam Mithriaca Perſarum myſteria eorumque explicationem obtruſit. Sive vera enim, ſive falſa de Mithræ myſteriis prædicent Perſæ aut qui myſteriis illis præſunt; cur hæc potius quam alia retulit & expoſuit? Neque enim apud Græcos in majori pretio videntur eſſe Mithræ myſteria, quam Eleuſinia, aut ea quibus Hecate in Ægina colitur. Sed &, ſiquidem Barbarorum myſteria eorumque explicationem in medium afferre placeret, cur non antepoſuit Ægyptiorum, quæ a multis magni æſtimantur; aut Cappadocum, quibus in Comanis Diana honoratur; aut Thracum, aut ipſorum Romanorum apud quos e Senatu nobiliſſimi initiantur? Aut ſi intempeſtivum ipſi viſum fuit & nullius ad Judæorum Chriſtianorumve accuſationem utilitatis aliquid ex illis myſteriis uſurpare; cur non idem de Mithriacis judicium tulit?

 23. Quod

Εἰ δὲ τις βȣλοιτο μη ἀφ᾽ ἡς παρεθετο αἱρεσεως ἀσημοτατης, ἀλλα ἀπο βιβλιων, πη μεν Ιȣδαϊκων και ἐν ταις συναγωγαις αὐτων ἀναγινωσκομενων, ἁπερ χριςιανοι προσιενται, πη δὲ χριςιανων μονων, λαβειν ἀφορμας της μυςικωτερας περι εἰσοδȣ ψυχων εἰς τα θεια θεωριας· ἀναγνωτω τα, ἐπι τελει της τȣ Ιεζεκιηλ προφητειας, ἑωραμενα τῳ προφητῃ· ἐν οἷς διαφοροι πυλαι καταγεγραμμεναι εἰσιν, αἰνισσομεναι τινα περι της διαφορȣ εἰσοδȣ των θειοτερων ψυχων ἐπι τα κρειττονα· ἀναγνωτω δὲ και ἐκ της Ιωαννȣ Αποκαλυψεως τα περι της πολεως τȣ θεȣ Ιερȣσαλημ ἐπȣρανιȣ, και των θεμελιων, και των πυλων αὐτης. εἰ δὲ δυναται δια συμβολων και την ὁδον δεδηλωμενην των ὁδευσοντων ἐπι τα θεια μαθειν· ἀναγνωτω τȣς ἐπιγεγραμμενȣς Αριθμȣς Μωϋσεως, και ζητησατω τον δυναμενον αὐτον μυςαγωγησαι ἐπι τα περι των παρεμβολων των υἱων Ισραηλ ἀναγεγραμμενα· ποιαι μεν κατα τα ἀνατολικα τεταγμεναι εἰσι μερη, ὡς πρωται· ποιαι δε ἐπι τα κατα λιβα, και κατα νοτον· και τινες αἱ κατα θαλασσαν· και τινες αἱ τελευταιαι κατα βορῤαν. ὀψεται γαρ θεωρηματα ȣ̓κ εὐκαταφρονητα ἐν τοις τοποις, ȣ̓δ᾽, ὡς Κελσος οἰεται, μωρων τινων ἀκροατων και ἀνδραποδων δεομενα· διαληψεται γαρ τις ἐν αὐτοις και τα περι της φυσεως των κατειλεγμενων ἐν αὐτοις ἀριθμων, και ἐφαρμοσθεντων ἑκαςῃ φυλῃ, περι ὡν νυν ἡμιν ἐκθεσθαι ἐδοξεν ȣ̓κ εὐκαιρον εἰναι. ἰςω δὲ Κελσος, και οἱ ἐντυγχανοντες αὐτȣ τῳ βιβλιῳ, ὁτι ȣ̓δαμȣ των γνησιων και θειων πεπιςευμενων γραφων ἑπτα εἰρηνται ȣ̓ρανοι· ȣ̓τ᾽ ἀπο Περσων ἡ Καβειρων λαβοντες ἡμων οἱ προφηται λεγȣσι τινα, ȣ̓δ᾽ οἱ τȣ Ιησȣ ἀποςολοι, ȣ̓δ᾽ αὐτος ὁ υἱος τȣ θεȣ.

Εξης δὲ τῳ ἀπο των Μιθραϊκων ληφθεντι λογῳ, ἐπαγγελλεται ὁ Κελσος τελετην τινα χριςιανων τελετῃ προειρημενῃ Περσων τον βȣλομενον συνεξετασαι, ταυτα ἀλληλοις παραβαλοντα, και γυμνωσαντα και τα χριςιανων, ȣ̓τω θεασασθαι την διαφοραν αὐτων. και ὁπȣ μεν ᾔδει ὀνοματα εἰπειν αἱρεσεων, ȣ̓κ ὠκνησεν ἐκθεσθαι

ἁς

23. Quod ſi quis de animarum in res divinas ingreſſione habere velit quid arcanius, quo ad hanc contemplationem excitetur, illudque ducere non ex obſcuriſſima ſecta quam Celſus conſuluit; ſed aut ex libris, quos in ſynagogis Judæi legunt & admittunt Chriſtiani, aut ex libris Chriſtianorum tantum; legat is ea quæ ſibi viſa fuiſſe ſcribit Ezechiel in fine prophetiæ. Ibi deſcribuntur diverſæ portæ, quibus indicantur quædam de vario diviniorum animarum ad meliora introitu. Legat & in Apocalypſi Joannis quæ ibi de civitate Dei Jeruſalem cæleſti, de fundamentis, de portis ejus dicuntur. Et ſi viam ad res divinas euntium per ſymbola indicatam diſcere poteſt, legat Moyſis librum qui inſcribitur *Numeri:* & adſcito ſibi qui ipſum initiare poſſit myſteriis, quæ caſtrorum metationes filiorum Iſrael continent, inquirat quinam ordines ad Orientem ut primi, quinam verſus Auſtrum, quinam verſus Africum, quinam ad mare, quinam ad Septentrionales plagas, ut poſtremi, collocati fuerint. Illic videbit res altas, minime contemnendas, & quæ non auditores ſtultos, ut Celſus exiſtimat, & vilia mancipia deſiderent. Ibidem diſcet naturam numerorum, qui ibi recenſentur, & ſingulis tribubus accommodantur. Illos hic explicandi tempus non eſt. Sciat autem Celſus, librique ejus lectores, nullibi ſcripturarum, quæ ſinceræ & divinæ creduntur, mentionem fieri de ſeptem cœlis, & neque prophetas noſtros, neque Jeſu Apoſtolos, neque ipſum Dei filium quidquam a Perſis aut Cabiris fuiſſe mutuatos.

24. Abſoluto de Mithriacis ſermone, declarat Celſus eum, qui myſteria Chriſtianorum exigere voluerit ad Perſarum myſteria, & retectis Chriſtianorum arcanis, alia cum aliis comparaverit, cogniturum quid inter utraque interſit diſcriminis. Ac ubi quidem potuit ſectarum proferre nomina, quas noverat, eas

 enume-

ὡς ἐδοκει εἰδεναι· ὁπυ δε μαλλον ἐχρην, εἰπερ ἠπιςατο, τυτο ποιησαι, και διδαξαι, ποια αἱρεσις χρηται τῳ διατυπωθεντι διαγραμματι, τυτ᾽ ὐ πεποιηκε. δοκει δε μοι και ἐκ τυτων, ἐκ παρακουσματων ἀσημοτατης αἱρεσεως Ὀφιανων, οἰμαι, ἐκτιθεισθαι τα τυ διαγραμματος ἀπο μερους. τυτῳ δ᾽ ἡμεις, κατα το φιλομαθες ἡμων, περιτετυχαμεν, ἐν ᾧ εὑρομεν πλασματα ἀνθρωπων, ὡς ὁ Παυλος ὠνομασεν, ἐνδυνοντων εἰς τας οἰκιας, και αἰχμαλωτιζοντων γυναικαρια σεσωρευμενα ἁμαρτιαις, ἀγομενα ἐπιθυμιαις ποικιλαις, παντοτε μανθανοντα, και μηδεποτε εἰς ἐπιγνωσιν ἀληθειας ἐλθειν δυναμενα. ὑτω δε πασαν ἀπιθανοτητα εἰχε το διαγραμμα, ὡς μηδε τα εὐεξαπατητα γυναικαρια, μηδε τυς ἀγροικοτατυς, και ὑφ᾽ ὑτινοσουν πιθανυ ἑτοιμως ἐχοντας ἀγεσθαι, συγκατατεθεισθαι τῳ διαγραμματι. ὐδενι γουν, και τοι γε πολλυς ἐκπεριελθοντες τοπυς της γης, και τυς πανταχυ ἐπαγγελλομενους τι εἰδεναι ζητησαντες, περιτετυχαμεν πρεσβευοντι τα τυ διαγραμματος.

Ἐν ᾧ ἠν διαγραφη κυκλων ἀπολελυμενων μεν ἀπ᾽ ἀλληλων δεκα, συνδυμενων δε ὑφ᾽ ἑνος κυκλυ, ὁς ἐλεγετο εἰναι ἡ των ὁλων ψυχη, και ὠνομαζετο Λευϊαθαν. ὁν τινα αἱ Ιυδαιων γραφαι, ὁ, τι ποτ᾽ ὐν αἰνισσομεναι, ἐλεγον πεπλασθαι ὑπο τυ θευ παιγνιον. ἐν γαρ ψαλμοις εὑρομεν, παντα ἐν σοφιᾳ ἐποιησας, ἐπληρωθη ἡ γη της κτισεως σου· αὑτη ἡ θαλασσα, ἡ μεγαλη και εὐρυχωρος, ἐκει πλοια διαπορευονται, ζωα μικρα μετα μεγαλων, δρακων οὑτος, ὁν ἐπλασας ἐμπαιζειν αὐτῳ. ἀντι δε τυ δρακων Λευϊαθαν ἠν ἐν τῳ Ἑβραϊκῳ. το τοινυν ἀσεβες διαγραμμα τον σαφως ὑτω κατηγορηθεντα ἐν τῳ προφητῃ Λευϊαθαν ἐλεγεν εἰναι την δια των ὁλων πεφοιτηκυιαν ψυχην. εὑρομεν δ᾽ ἐν αὐτῳ και τον Βεημωθ ὀνομαζομενον ὡσπερει τεταγμενον τινα μετα τον κατωτατω κυκλον. τυτον δε τον Λευϊαθαν ὁ το μιαρον ἐκεινο διαγραμμα ἀναπλασας ἐπι τυ κυκλυ και τυ κεντρυ αὐτυ κατεγραψε,

enumerare non omiſit: hic vero ubi magis oportuit nominare ſectam, ſi tamen ipſi fuit cognita, quæ illo, quod deſcripſit, *Diagrammate* uteretur, id minime fecit. Sed ex iis quæ dicit, opinor illum confuſe audiiſſe de viliſſima Ophitarum ſecta, hincque duxiſſe, ſaltem ex parte, quam *Diagrammatis* deſcriptionem facit. Feci, quæ mea eſt diſcendi aviditas, ut hæc mihi figura in manus veniret, & ibi inveni figmenta hominum, quos Paulus ait *penetrare domos & captivas ducere mulierculas oneratas peccatis, variis ductas deſideriis, ſemper diſcentes & nunquam ad ſcientiam veritatis pervenientes.* Ita autem omni probabilitate deficitur Diagramma iſtud, ut ne mulierculas quidem, quibus decipi facilius nihil, nec agreſtiſſimos homines quamvis qualicumque probabilitatis ſpecie duci paratos, perſuadere queat. Atque etiam, licet multas terræ regiones peragravi, quæſivique quotquot ubique aliquid ſe ſcire profiterentur, numquam tamen in ullum incidi, qui doceret quæ hoc Diagrammate continentur.

25. Sic autem figura hæc erat. Decem circulos a ſe invicem disjunctos complectebatur alter circulus, qui hujus univerſitatis anima eſſe ferebatur, & hujus nomen erat Leviathan. Quem Leviathan Judaïcæ ſcripturæ, quidquid hoc nomine indicatum velint, narrant creatum a Deo eſſe ad ludibrium. Ita enim in pſalmis: *Omnia in ſapientia feciſti, impleta eſt terra creatione tua. Hoc mare magnum & ſpatioſum, illic naves pertranſibunt, animalia parva & magna, draco iſte quem formaſti ad illudendum ei.* Pro dracone autem habetur in lingua Hebraïca *Leviathan;* quem tametſi manifeſte hoc in loco propheta in malam partem accipiat, animam tamen omnia permeantem impium hoc *Diagramma* eſſe ponit. In eodem reperi eum qui vocatur Beemoth ſub infimo circulo collocatum. Leviathanis nomen ab impii *Diagrammatis* auctore bis

γραψε, δις ἐκθεμενος αὐτȣ το ὀνομα. ἐτι δε ὁ Κελσος· μελαινη γραμμη παχεια φησι διειλημμενον εἰναι το διαγραμμα, και ταυτην ἐφασκεν εἰρησθαι αὐτω την Γεενναν, ἠσαν και ταρταρον. την δε Γεενναν ἡμεις ἐν τω εὐαγγελιω γεγραμμενην ὡς κολαςηριον εὑροντες, ἐζητησαμεν εἰ πȣ των παλαιων γραμματων ὠνομασθη· και μαλιςα, ἐπειπερ και Ιȣδαιοι χρωνται τω ὀνοματι. εὑρομεν δε ὁπȣ μεν Φαραγξ υἱȣ Εννομ ὀνομαζομενην ἐν τη γραφη, ἐν δε τω Εβραϊκω, ἀντι τȣ Φαραγξ, μεμαθηκαμεν ὁτι κατα τȣ αὐτȣ ὑποκειμενȣ ἐλεγετο ἡ Φαραγξ Εννομ και ἡ Γεεννα. ἐπιτηρȣντες δε τα ἀναγνωσματα, εὑρισκομεν και ἐν τω κληρω της φυλης Βενιαμιν την Γεενναν ἡ Φαραγγα Εννομ κατειλεγμενην, ἐ ἦν και Ιερȣσαλημ. και ἐξεταζοντες την ἀκολȣθιαν τȣ εἰναι ἐπȣρανιον Ιερȣσαλημ ἀπο τȣ κληρȣ Βενιαμιν και της Φαραγγος Εννομ, εὑρισκομεν τι εἰς τον περι κολασεων τοπον μεταλαμβανομενον, εἰς την μετα βασανȣ καθαρσιν των τοιωνδε ψυχων, κατα το, ἰδȣ, κυριος εἰσπορευεται ὡς πυρ χωνευτηριȣ, και ὡς ποα πλυνοντων· και καθιειται χωνευων, και καθαριζων ὡς το ἀργυριον και το χρυσιον.

Και κατα το περι την Ιερȣσαλημ γιγνεσθαι κολασεις χωνευομενων, των ἀναλαβοντων εἰς την ἑαυτων της ψυχης ὑποςασιν τα ἀπο κακιας, τροπικως πȣ ὀνομαζομενης μολιβδȣ· διο ἡ ἀνομια παρα τω Ζαχαρια ἐπι ταλαντον μολιβδȣ ἐκαθεζετο. ὁσα δ' εἰς τον τοπον λεχθειεν ἀν, ὐτε πασιν, ὐτε τȣ παροντος καιρȣ ἐςι διηγησασθαι· ἀλλ' ὐδ' ἀκινδυνον την των τοιȣτων σαφηνειαν πιςευσαι γραφη· ἀτε των πολλων ὐ χρηζοντων πλειονος διδασκαλιας παρα την περι της κατα των ἁμαρτανοντων κολασεως. εἰς γαρ τα ὑπερεκεινα αὐτης ὐ χρησιμον ἀναβαινειν, δια τȣς μογις φοβω της αἰωνιȣ κολασεως καν συςελλοντας ἐπι ποσον της κακιας, και των ἀπ' αὐτης ἁμαρτανομενων, χυσιν. ὐτ' ὐν το διαγραμμα, ὐτε Κελσος, οἰδε τον περι Γεεννης λογον· ἐπει, ὐτ' ἀν ἐκεινοι ζωγραφιας και διαγραμματα ἐσεμνοποιȣν, ὡς δι' αὐτων παριςαντες το ἀληθες· ὐτ' ἀν ὁ Κελσος, ἐν τω κατα Χρι-

ςιανων

erat ſcriptum, in ſuperficie ſcilicet & in centro circuli. Addit Celſus *Diagramma diviſum eſſe linea nigra craſſaque, & eam appellari Geennam ſeu Tartarum.* Hæc vox *Geenna* cum in Evangelio uſurpetur pro pœnarum loco, quæſivi ſicubi in antiquis ſcripturis haberetur, & maxime quia videbam illam apud Judæos etiam in uſu eſſe. Inveni ubi in ſcripturis *Vallis filii Ennon* nominatur, in literis Hebraïcis nullo diſcrimine adhiberi Vallem Ennon & Geennam: & ſcrutando penitius animadverti in ſorte tribus Benjamin cenſeri quoque Geennam aut Vallem Ennon, ubi erat & Jeruſalem: cumque inquirerem, quid ex eo quod cæleſtis Jeruſalem & Vallis Ennon ſortis ſint Benjamiticæ, conſequens eſſet; inveni quidpiam quod confirmet id quod de pœnis dicitur, quibus quædam animæ purgari debent: ſecundum iſtud: *Ecce Dominus venit ut ignis conflans & herba fullonum, & ſedebit conflans & emundans tanquam argentum & aurum.*

26. Igitur circa Jeruſalem pœnas luent qui conflandi ſunt, quia malitiam in animæ ſubſtantiam admiſerunt, quæ malitia figurate vocatur alicubi plumbum. Quare apud Zachariam impietas plumbi talento inſidens repræſentatur. Verum quæ de hac re dici poſſent, ea nec omnibus aperire convenit, nec id præſens tempus poſtulat. Immo minime tutum eſſet harum rerum explicationem committere literis, cum pleriſque ſatis ſit ſcire, peccantes punitum iri. Ulterius progredi non utile fuerit: ideo quod ſunt quos vix æterni ſupplicii metus continet, quin ſe totos nequitiæ maliſque ex ea conſequentibus tradant. Nec ergo Diagrammatis auctoribus, nec Celſo notum fuit quid eſſet Geenna. Alioquin nec illi tantopere ſuas picturas ſuaque Diagrammata jactarent quaſi certa veritatis argumenta; nec Celſus ſcripto

ϛιανων συγγραμματι, τα μηδαμως ὑπο χριϛιανων λεγομενα, ἀλλα τινων, ταχα ὐδ' ἐτι ὀντων, ἀλλα παντη ἐκλελοιποτων, και εἰς πανυ ὀλιγους και εὐαριθμητους καταϛαντων, ἐντιθει ταις κατα χριϛιανων κατηγοριαις. και ὡσπερ ὐ καθηκει τοις τα Πλατωνος φιλοσοφουσιν ἀπολογεισθαι περι Επικουρου και των ἀσεβων αὐτου δογματων· ὑτως ὐδ' ἡμιν περι των ἐν τῳ διαγραμματι και των κατ' αὐτου λεγομενων ὑπο Κελσου. διοπερ ὡς περισσα και ματην ἐκκειμενα ἐωμεν τα ὑπο Κελσου εἰς ταυτα λελεγμενα· μαλλον γαρ Κελσου ἡμεις αὐτων παρα τοις κεκρατημενοις ὑπο τοιουτων λογων κατηγορησομεν.

Εξης δε τοις περι του διαγραμματος, μηδ' ἐκ παρακουσματων περι της καλουμενης παρα τοις ἐκκλησιαϛικοις σφραγιδος, ἑαυτῳ τινα ἐκτιθεται ἀλλοκοτα και ἀμοιβαιας φωνας· ὡς του μεν την σφραγιδα περιτιθεντος, καλουμενου πατρος· του δε σφραγιζομενου, λεγομενου νεου και υἱου, και ἀποκρινομενου, κεχρισμαι χρισματι λευκῳ, ἐκ ξυλου ζωης· ὁπερ ὐδ' ἐν τοις ἀπο των αἱρεσεων ἠκουσαμεν γιγνεσθαι. εἰτα και ἀριθμον ὁριζει λεγομενον ὑπο των παραδιδοντων την σφραγιδα ἀγγελων ἑπτα, ἑκατερωθεν τῃ ψυχῃ του ἀπαλλαττομενου σωματος ἐφιϛαμενων· των μεν του φωτος, ἑτερων δε των ὀνομαζομενων ἀρχοντικων· και λεγει τον ἀρχοντα των ὀνομαζομενων ἀρχοντικων λεγεσθαι θεον κατηραμενον, εἰτ' ἐπιλαβομενος της λεξεως εὐλογως κατηγορει των τουτο τολμωντων λεγειν· τουτου δ' ἑνεκα και ἡμεις συναγανακτουμεν τοις μεμφομενοις τους τοιουτους, εἰ δη τινες εἰσι λεγοντες θεον κατηραμενον τον Ιουδαιων, τον ὑοντα και βροντωντα, και τουδε του κοσμου δημιουργον, και Μωϋσεως και της κατ' αὐτον κοσμοποιΐας θεον. ἀλλ' ἐοικε βεβουλησθαι τι δια τουτων ὁ Κελσος ὐκ εὐγνωμον, ἀλλ' ἀπο του καθ' ἡμων ἀφιλοσοφου μισους πανυ ἀγνωμονησατον. ἐβουληθη γαρ τους ἀπειρους των ἡμετερων, ἐντυχοντας αὐτου τῃ γραφῃ, πολεμωσαι προς ἡμας, ὡς θεον κατηραμενον λεγοντας τον τουδε του κοσμου καλον δημιουργον. και δοκει μοι παραπλησιον Ιουδαιοις πεποιηκεναι, τοις κατα την ἀρχην της του χριϛιανισμου διδασκαλιας

κατασκευ-

contra Chriſtianos elucubrato ſuisque adverſus Chriſtianos calumniis admiſcuiſſet ea quæ nuſquam dicta ſunt a Chriſtianis, ſed a quibusdam, quorum fortaſſe nulli ſuperſunt, aut perpauci. Jam vero quemadmodum Platonicorum nihil intereſt Epicurum impiaque ejus dogmata defendere; ſic nobis & Diagramma & quæ contra illud a Celſo dicta ſunt negligere convenit. Quare quæ de his rebus a Celſo ſcripta ſunt, ut ſupervacua & inutilia prætermittamus. Etenim multo acrius Celſo in eas res inveheremur, ſi ſermonem apud eos, qui illis tenentur, faceremus.

27, Poſtquam de Diagrammate dixit, quasdam de ſigillo, ut auctores Eccleſiaſtici vocant, ineptias ſibi fingit & proponit in morem dialogi digeſtas, quas ne audivit quidem: nimirum *qui ſigillum adhibet, eum vocari patrem; eum vero qui ſigillo notatur, juniorem & filium appellari, huncque reſpondere: unctus ſum unguento albo ex ligno vitæ*, quod ne ab hæreticis quidem audivi unquam doceri. Deinde numerum definit Angelorum, de quibus loquuntur ii qui tradunt ſigillum: *Septem eſſe* ait, *qui animæ morituri corporis utrinque adſtant; horum alios lucis Angelos, alios Archonticos nominari; horum principem vocari Deum maledictum.* Quibus quidem arreptis verbis, merito inſurgit in eos, qui iſtud proferre auſi ſunt. Et nos quoque cum illorum accuſatoribus indignamur; ſi qui tamen ſunt qui Deum Judæorum *maledictum* vocent; Deum inquam, qui pluit, qui tonat, hujus mundi fabricatorem, Deum Moyſis & auctorem creationis quam Moyſes deſcripſit. Nam per hæc Celſus videtur in animo quid habuiſſe minime candidum, ſed improbiſſimum, quod ipſi ſuggeſſit ſuum in nos indecorum philoſopho odium. Nempe voluit ut quibus ignoti eſſemus, ii, lecto ejus libro, nobis bellum indicerent quaſi maledictum Deum appellantibus præclarum hujus mundi conditorem. Qua in re ſimilis videtur

eſſe

κατασκεδασασι δυσφημιαν τȣ λογȣ· ὡς ἀρα καταθυσαντες παιδιον μεταλαμβανȣσιν αὐτȣ των σαρκων· και παλιν, ὁτι οἱ ἀπο τȣ λογȣ, τα τȣ σκοτȣ πραττειν βȣλομενοι, σβεννυουσι μεν το φως, ἑκαςος δε τη παρατυχȣση μιγνυται. ἡτις δυσφημια παραλογως παλαι μεν πλειςων ὁσων ἐκρατει, πειθουσα τους ἀλλοτριους τȣ λογȣ ὁτι τοιουτοι εἰσι χριςιανοι· και νυν δε ἐτι ἀπατα τινας, ἀποτρεπουμενους δια τα τοιαυτα κἀν εἰς κοινωνιαν ἁπλȣςεραν λογων ἡκειν προς χριςιανȣς.

Τοιουτον τι δη μοι φαινεται ὁ Κελσος οἰκονομων ἐκτιθεσθαι, ὡς ἀρα χριςιανοι λεγουσι κατηραμενον θεον τον δημιουργον· ἱν' ὁ πιςευων αὐτῳ ταυτα καθ' ἡμων λεγοντι, εἰ δυνατον, και ἐπι το ἀναιρειν ὁρμηται χριςιανους, ὡς παντων ἀσεβεςατους. φυρων δε τα πραγματα, και την αἰτιαν ἐκτιθεται τȣ κατηραμενον λεγεσθαι τον της κατα Μωϋσεα κοσμοποιϊας θεον, φασκων, ὁτι τοιȣτος ἐςιν και ἀρας ἀξιος, κατα τȣς ταυτα περι αὐτȣ δοξαζοντας, ἐπειπερ τῳ ὀφει, γνωσιν καλȣ και κακȣ τοις πρωτοις ἀνθρωποις εἰσηγουμενῳ, κατηρασατο. εἰδεναι δε αὐτον ἐχρην, ὁτι οἱ τα τȣ ὀφεως ἑλομενοι, ὡς καλως τοις πρωτοις ἀνθρωποις συμβȣλευσαντος, και Τιτανας και Γιγαντας τȣς μυθικȣς ὑπερβαλοντες, και Οφιανοι δια τȣτο καλȣμενοι, τοσȣτον ἀποδεουσι τȣ εἰναι χριςιανοι, ὡςε ȣκ ἐλαττον Κελσȣ κατηγορειν αὐτους τȣ Ιησȣ· και μη προτερον προσιεσθαι τινα ἐπι το συνεδριον ἑαυτων, ἐαν μη ἀρας θηται κατα τȣ Ιησȣ. ὁρα γουν πως ἀλογωτατον πεποιηκεν ὁ Κελσος, ἐν τοις κατα χριςιανων λογοις παραλαβων ὡς χριςιανους τȣς μηδ' ἀκουειν θελοντας το ὀνομα τȣ Ιησȣ, κἀν ὁτι σοφος τις, ἡ μετριος τα ἠθη ἀνθρωπος τις ἠν. τι ȣν εἰη ἀν ἠλιθιωτερον ἡ μανικωτερον, ȣ μονον των ἀπο τȣ ὀφεως ὡς ἀρχηγȣ των καλων χρηματισαι βȣληθεντων· ἀλλα και Κελσȣ, νομισαντος κατα χριςιανων εἰναι κατηγοριας, τας κατα των Οφιανων; παλαι μεν ȣν ὁ την εὐτελειαν ἀγαπησας φιλο-

σοφος

ſe Judæis, qui, cum primum chriſtiana doceretur
ligio, calumnias adverſus illam ſpargebant: ma-
ari a Chriſtianis puerum, ejus carnibus veſci illos,
opera tenebrarum peragere volentes, extinctis lu-
inibus, cum obvia quaque ſingulos commiſceri.
uæ calumnia, ut ut abſurda eſt, multum olim apud
ermultos valuit, quos a noſtra religione alienos
erſuaſerat hæc a Chriſtianis perpetrari. Immo etiam-
um quosdam decipit, qui idcirco ita Chriſtianos
verſantur, ut cum illis vel ſimplex colloquium ha-
ere refugiant.

28. Tale quid videtur mihi cogitaſſe Celſus, cum
reatorem aſſerit a Chriſtianis maledictum Deum vo-
ari: nempe ut lector ejus adverſus nos calumniis
edulus ad Chriſtianos funditus exterminandos com-
ellatur, ut homines extremæ impietatis reos. Dein-
e confundens omnia, ut cauſam reddat cur Deus
eationis, quam deſcripſit Moyſes, maledictus ap-
elletur, ait *ex eorum ſententia, qui talem illum exiſti-
ant, eum eſſe dignum qui execrationi habeatur; quando-
uidem ſerpentem, qui primis hominibus boni & mali noti-
am dedit, diris devoverit.* At ſcire debuit, qui ſtant
ſerpentis partibus, quaſi boni conſilii auctor homi-
bus fuerit, atque hac in re Titanum Gigantumque
bulas longe ſuperant, & idcirco Ophiani dicti ſunt,
os tantum abeſſe ut Chriſtiani ſint, ut Jeſum non
inus Celſo calumnientur; nec in eorum ſodalitium
nte quemquam admitti, quam Jeſum execratus fue-
t. Vide igitur quam abſurdum Celſo fuerit, in ſuis
lverſus Chriſtianos libris ut Chriſtianos proponere
omines, qui nec Jeſu nomen audire ſuſtinent, ne
: hominis quidem ſapientis & bene compoſitis mo-
bus. Quid inſanius vel furioſius non ſolum iis, qui
ſerpente tanquam a bonorum auctore denominari ſe
olunt; ſed Celſo etiam exiſtimante Chriſtianos ea-
rundem rerum, atque Ophianos, poſtulari poſſe?
Ac

[illegible] Ἑλλησιν, και παραδειγμα ἐκθεις εὐδαιμονος βιȣ, [illegible] εὐδαιμονειν ἀπο της παντελους ἀκτημο[illegible] ἑαυτον ἀνηγορευσεν· ȣτοι δε οἱ ἀνοσιοι ἀπο [illegible] ἀνθρωποις ὀφεως και φρικτοτατȣ, ὡς [illegible] ἐχθρος ἐςιν ὀφις, ἀλλ᾽ ὡς ὀφεις, σεμνυ[illegible] ἐπι τῳ Οφιανοι καλεισθαι· και Ευφρατην τινα [illegible] των ἀνοσιων αὐχουντες λογων.

Εἰθ᾽ ἑξης, ὡς χριςιανοις λοιδορουμενος, κατηγορων των κατηραμενον εἰποντων τον Μωϋσεως και τȣ κατ᾽ αὐτον νομον θεον, και οἰομενος χριςιανȣς εἰναι τȣς ταυτα λεγοντας, φησι, τι ἀν ἠλιθιωτερον ἠ μανικωτερον ταυτης της ἀναισθητȣ σοφιας γενοιτο; τι γαρ ἐσφαλετο ὁ Ιȣδαιων νομοθετης; και πως την ἐκεινȣ κοσμογενειαν σαυτῳ δια τινος, ὡς φησι, τυπωδους ἀλληγοριας λαμβανεις, ἠ τον Ιȣδαιων νομον, ἐπαινεις δε ἀκων, ὠ δυσσεβεςατε, τον τȣ κοσμȣ δημιȣργον, τον παντα ὑποσχομενον αὐτοις, τον το γενος αὐτων αὐξησειν μεχρι περατων γης ἐπαγγειλαμενον, και ἀναςησειν ἐκ νεκρων αὐτη σαρκι και αἱματι, και τοις προφηταις ἐμπνεοντα· και παλιν τȣτον λοιδορεις; ἀλλ᾽ ὁταν μεν ὑπο τȣτων βιαζῃ, τον αὐτον θεον σεβειν ὁμολογεις, ὁταν δε τα ἐναντια ὁ σος διδασκαλος Ιησȣς, και ὁ Ιȣδαιων Μωϋσης, νομοθετῃ, θεον ἀλλον ἀντι τȣτȣ και τȣ πατρος ζητεις. και ἐν τουτοις δη ὁ γενναιοτατος φιλοσοφος Κελσος σαφως χριςιανους συκοφαντει, λεγων τȣς αὐτȣς ἡνικα μεν ἀν Ιȣδαιοι αὐτους βιαζωνται, τον αὐτον αὐτοις θεον ὁμολογειν· ὁταν δε τα ἐναντια Ιησȣς Μωϋσῃ νομοθετῃ, ἀλλον ἀντι τουτȣ ζητειν. εἰτε γαρ Ιουδαιοις διαλεγομενοι, εἰτε καθ᾽ ἑαυτους ὀντες, ἑνα και τον αὐτον ἰσμεν, ὁν και παλαι ἐσεβον Ιȣδαιοι, και νυν σεβειν ἐπαγγελλονται θεον, ȣδαμως εἰς αὐτον ἀσεβουντες. ἀλλ᾽ ȣδ᾽ ἀναςησειν ἐκ νεκρων αὐτῃ σαρκι και αἱματι φαμεν τον θεον, ὡς ἐν τοις ἀνωτερω λελεκται· ȣ γαρ το σπειρομενον ἐν φθορᾳ, και ἐν ἀτιμιᾳ και ἐν ἀσθενειᾳ σωμα ψυχικον φαμεν ἀνιςασθαι,

ὁποιον

Ac Græcus ille quidem Philoſophus, cui tantopere cordi erat frugalitas, quique exemplo fuit nihil poſſidentem vita beata frui poſſe, Cynicum ſe appellavit: at impii illi, quaſi ſerpentes ipſi eſſent, non homines, quorum ſerpens hoſtis eſt, a bellua hominibus infenſiſſima & maxime horrenda dari ſibi nomen Ophianorum gloriantur, & magnopere jactitant Euphratem quemdam, a quo doctrinam impiam acceperunt.

29. Pergens porro Chriſtianos inſectari, & carpens eos, qui Moyſis ſcriptæque ab eo legis Deum maledictum dicunt, quosque Chriſtianos eſſe putat: *Quid inſanius*, inquit, *aut furioſius inſipiente hac ſapientia eſſe poſſit? Quid enim peccavit Judæorum legiſlator? Et quomodo mundi creationem, ejus opus, Judæorumque legem tibi ipſe per typos, ut loqueris, allegoriasque accommodas? Illum, o impie, mundi conditorem, qui Judæis pollicitus fuerat fore, ut eorum genus ad extremos terræ fines propagaretur, qui promiſerat ſe illos e mortuis cum corpore ipſo & ſanguine ſuſcitaturum, qui prophetas inſpirabat, illum inquam, vel invitus laudare cogeris: & tamen eumdem illum injuria afficis? Atque etiam quando te Judæi urgent, profiteris eumdem te colere Deum, quem Judæi. Cum autem Jeſus magiſter tuus Judæorumque Moyſes contraria ſtatuunt, alium Deum quæris ab illo & patre diverſum.* Et hic nobilis ille philoſophus Celſus aperte Chriſtianos calumniatur, cum ait, illos, cum Judæi urgent, profiteri ſe eumdem Deum, ac illos, venerari; cum autem Jeſus contraria Moyſi jubet, ad alium ab illo Deum confugere. Sive enim cum Judæis colloquium nobis ſit, ſive inter nos ipſi colloquamur, nonniſi unum & eumdem Deum cognoſcimus, illum ſcilicet quem & olim colebant Judæi & quem etiamnum colere profitentur; nec de illo impie ſentimus. Neque etiam dicimus Deum mortuos cum carne & ſanguine ſuſcitaturum, ut jam

ſupra

ὁποιον ἐσπαρη. ἀλλα γαρ περι τουτων ἐν τοις ἀνωτερω μετριως ἡμιν λελεκται.

Εἰθ' ἑξης ἐπαναλαμβανει τα περι των ἑπτα ἀρχοντων δαιμονων, μηδαμως μεν ὑπο χριστιανων ὀνομαζομενων, οἰμαι δ' ὑπο Οφιανων παραλαμβανομενων. και εὑρομεν γε, ἐν ᾡ και ἡμεις δι' ἐκεινους ἐκτησαμεθα διαγραμματι, την ταξιν ὁμοιως ἐκκειμενην οἷς ὁ Κελσος ἐξεθετο. ὁ μεν ἐν Κελσος ἐλεγε, τον πρωτον ἰδεᾳ λεοντος μεμορφωμενον· ἐκ ἐκθεμενος, τινα αὐτον ὀνομαζεσιν οἱ ἀληθως δυσσεβεστατοι· ἡμεις δε εὑρομεν, ὁτι τον ἐν ταις ἱεραις γραφαις εὐφημουμενον ἀγγελον τε δημιουργε, τετον το μιαρον ἐκεινο διαγραμμα ἐλεγεν εἰναι Μιχαηλ τον λεοντοειδη. παλιν δ' αὐ ὁ μεν Κελσος ἐφασκε τον ἑξης και δευτερον εἰναι ταυρον· ὁ δ' εἰχομεν διαγραμμα, τον Συριηλ ἐλεγεν εἰναι τον ταυροειδη. εἰτα ὁ μεν Κελσος τριτον ἀμφιβιον τινα, και φρικωδες ἐπισυριζοντα· το δε διαγραμμα τριτον Ραφαηλ ἐλεγεν εἰναι δρακοντειδη. παλιν τε αὐ ὁ μεν Κελσος τον τεταρτον ἀετε ἐφασκεν ἐχειν μορφην· το δε διαγραμμα Γαβριηλ ἐλεγεν εἰναι τον ἀετοειδη. εἰθ' ὁ μεν Κελσος τον πεμπτον ἐφασκεν εἰναι ἀρκτε προσωπον ἐχοντα· το δε διαγραμμα τον Θαυθαβαωθ ἐφασκεν εἰναι τον ἀρκτοειδη. εἰθ' ὁ μεν Κελσος τον ἑκτον κυνος προσωπον ἐλεγεν ἱστορεισθαι ἐχειν παρ' ἐκεινοις· το δε διαγραμμα ἐφασκεν εἰναι αὐτον Ερατααωθ. εἰθ' ὁ μεν Κελσος τον ἑβδομον ἐφασκεν ὀνε ἐχειν προσωπον, και ὀνομαζεσθαι αὐτον Θαφαβαωθ, ἡ Ονοηλ· ἡμεις δ' ἐν τῳ διαγραμματι εὑρομεν ὁτι οὑτος καλειται Ονοηλ ἡ Θαρθαραωθ, ὀνοειδης τις τυγχανων. ἐδοξε δε και ἡμιν ἀκριβως ἐκθεσθαι τα τοιαυτα, ἱνα μη δοκωμεν ἀγνοειν ἁ Κελσος ἐπηγγελλετο εἰδεναι· ἀλλα και παραστησωμεν ἀκριβεστερον ἐκεινε αὐτα ἐγνωκοτες οἱ χριστιανοι, ὡς ἐ χριστιανων λογες, ἀλλα παντῃ ἀλλοτριων σωτηριας, και ἐδαμως ἐπιγραφομενων Ιησουν, ἡ σωτηρα, ἡ θεον, ἡ διδασκαλον, ἡ υἱον θεε.

Ει

ſupra diſſerui. Non enim animale illud corpus in corruptione, in ignobilitate, in infirmitate ſeminatum, reſurget, cujusmodi ſeminatum eſt. Sed quæ de hac re nobis ſuperius dicta ſunt, ſufficiant.

30. Redit poſtea ad ſeptem principes dæmones, qui Chriſtianis prorſus ignoti, ab Ophianis, opinor, uſurpantur. Et quidem in Diagrammate, quod comparare ſtuduimus, eumdem dæmonum ordinem invenio, quem Celſus expoſuit. Et primum quidem leonis habere formam ait Celſus, tacito nomine quod a vere impiis illis hominibus impoſitum illi eſt. At ego comperi ex impio illo Diagrammate dæmonem illum leonina forma vocari Michaël, quod nomen in ſacris ſcripturis ſancto conditoris Angelo tribuitur. Quem ſecundum Celſus dicit eſſe taurum, eum Diagramma nominat Suriel tauriformem. Tertius eſt, Celſo teſte, vitæ ancipitis, & horrendum ſibilat; & in diagrammate tertius ille, Raphaël ſerpentiformis appellatur. Quartum Celſus refert ſpeciem aquilæ præferre; illum Diagramma Gabriel aquiliformem nuncupat. Quinto facies eſt Urſi, ſi Celſo credimus, & in diagrammate nomen illi eſt Thauthabaoth urſiformis. Sexto, id quod Celſus teſtatur, tribuunt illi canis faciem; Diagramma vero vocat illum Erataoth. Septimum denique Celſus affirmat aſini formam referre & appellari Thaphabaoth aut Onoël: ego autem in Diagrammate vidi illum aſinina forma dæmonem vocari Onoël vel Thartharaoth. Cæterum ea nobis viſum eſt diligenter exponere, ut ne videamur ignorare ea, quorum notitiam Celſus habere ſe jactitat. Immo hinc palam fiet, nobis Chriſtianis accuratius, quam illis, hæc perſpecta eſſe, non ut doctrinam Chriſtianorum, ſed ut doctrinam hominum a ſalute alienorum & qui Jeſum nec Salvatorem, nec Deum, nec doctorem, nec Dei filium eſſe exiſtimant.

Εἰ δὲ τις βουλεται και τα πλασματα των γοητων ἐκεινων μαθειν, δι' ὧν ἐβουληθησαν μεν ὑπαγειν ἀνθρωπους ἑαυτων τῃ διδασκαλιᾳ, ὡς ἀποῤῥητα τινα ἐχοντες, ου πανυ δ' ἐδυνηθησαν· ἀκουετω ὁ διδασκονται λεγειν μετα το διελθειν ὃν ὀνομαζουσι φραγμον κακιας, πυλας αρχοντων αἰωνι δεδεμενας· βασιλεα μονοτροπον, δεσμον ἀβλεψιας, ληθην ἀπερισκεπτον ἀσπαζομαι, πρωτην δυναμιν, πνευματι προνοιας και σοφιᾳ τηρουμενην· ἐνθεν εἰλικρινης πεμπομαι, φωτος ἠδη μερος υἱου και πατρος· ἡ χαρις συνεστω μοι, ναι πατερ, συνεστω. και φασι της ὀγδοαδος τας ἀρχας ἐντευθεν εἰναι. εἰθ' ἑξης διδασκονται λεγειν διερχομενοι ὃν φασιν Ιαλδαβαωθ, συ δε μετα πεποιθησεως πρωτε και ἑβδομε γεγονως κρατειν Ιαλδαβαωθ, ἀρχων λογος ὑπαρχων νοος εἰλικρινους, ἐργον τελειον υἱῳ και πατρι, χαρακτηρι τυπου ζωης συμβολον ἐπιφερων, ἡν ἐκλεισας αἰωνι σῳ πυλην κοσμῳ ἀνοιξας, παροδευω την σην ἐλευθερος παλιν ἐξουσιαν· ἡ χαρις συνεστω μοι, ναι πατερ, συνεστω. φασι δε τῳ λεοντοειδει ἀρχοντι συμπαθειν ἀστρον τον Φαινοντα. εἰτα οἰονται τον διελθοντα τον Ιαλδαβαωθ, και φθασαντα ἐπι τον Ιαω δειν λεγειν, συ δε κρυπτομενων μυστηριων υἱου και πατρος ἀρχων νυκτοφανης δευτερε Ιαω, και πρωτε δεσποτα θανατου, μερος ἀθωου, φερων ἠδη τον ἰδιον ὑπο νουν συμβολον, παροδευων σην ἑτοιμος ἀρχην· κατισχυσας τον ἀπο σου γινομενον λογῳ ζωντι. ἡ χαρις συνεστω, πατερ, συνεστω. εἰθ' ἑξης τον Σαβαωθ, προς ὃν οἰονται λεξειν, πεμπτης ἐξουσιας ἀρχων, δυναστα Σαβαωθ, προηγορε νομου της σης κτισεως χαριτι λυομενης, πενταδι δυνατωτερα, παρες με, συμβολον ὁρων σης τεχνης ἀνεπιληπτον, εἰκονι τυπου τετηρημενον, πενταδι λυθεν σωμα. ἡ χαρις συνεστω μοι, πατερ, συνεστω. ἑξης δε αὐτῳ τον Ασταφαιον, ᾧ πιστευουσι τοιαυτα ἐρειν, τριτης ἀρχων πυλης Ασταφαιε, ἐπισκοπε πρωτης ὑδατος ἀρχης, ἱνα βλεπων μυστην, παρες με παρθενου πνευματι κεκαθαρμενον, ὁρων οὐσιαν κοσμου. ἡ χαρις συνεστω μοι, πατερ, συνεστω. μετα δ' αὐτον τον Αἰλωαιον, ᾧ τοιαυτα

λεγειν

31. Jam ſi quis ſcire voluerit, quibus figmentis uſi fuerint, licet irrito conatu, præſtigiatores illi, ut ad ſuam doctrinam quaſi quædam arcana continentem homines allicerent: audiat quid ſuis dicendum doceant, poſtquam transgreſſi ſunt quod vocant *malitiæ vallum*, portas principum Angelorum poteſtati ſubjectas: *Regem uniformem, cæcitatis vinculum, improvidam oblivionem, poteſtatem primam ſpiritu providentiæ & ſapientia conſervatam ſaluto, unde purus mittor, lucis jam filii & patris pars. Gratia mecum ſit, ita pater, mecum ſit.* Atque hinc oriri ſuam Ogdoadem affirmant. Deinde poſtquam ad eum, quem Jaldabaoth appellant, pervenerunt, hæc dicere docentur: *Tibi, prime & ſeptime, nate ad imperandum ſumma cum fiducia, puræ intelligentiæ ratio princeps, opus filio & patri perfectum, offero vitæ ſymbolum hoc caractere inſignitum, & portam aperiens mundo, te regnante, clauſam, iterum cum libertate tuam transgredior ditionem. Gratia mecum ſit, ita pater, mecum ſit.* Hunc autem Angelum leoni ſimilem aiunt habere cum aſtro Saturni neceſſitudinem. Jam ex Jaldabaoth ad Jao progredienti ita orandum eſſe putant: *Tibi, qui occultis filii patriſque myſteriis praes, qui noctu es conſpicuus, ſecunde Jao, prime mortis domine, innocentis pars, porrigens ego propriam loco ſymboli barbam, promtus tuam ditionem tranſeo: confirmaſti illum qui ex te verbi viventis virtute natus eſt. Gratia mecum ſit, ita Pater, mecum ſit.* Hinc itur ad Sabaoth, quem ſic aiunt alloquendum eſſe: *Quintæ ditionis princeps, Domine Sabaoth, prime præco legis rebus impoſitæ a te creatis, quas liberavit gratia, vi quinarii numeri, admitte me, videns artis tuæ ſymbolum inculpatum & in hujus imaginis forma ſervatum, corpus videlicet quinario numero liberatum. Gratia mecum ſit, ita pater, mecum ſit.* Pergunt poſtea ad Aſtaphæum, eumque ſic eſſe compellandum exiſtimant. *Tertiæ portæ princeps, Aſtaphae, rector primi aquæ principii, me*

λεγειν οἰονται, δευτερας ἀρχων πυλης Αἰλωαιε, παρες με της σης μητρος φεροντα σοι συμβολον, χαριν κρυπτομενην δυναμεσιν ἐξουσιων. ἡ χαρις συνεστω μοι, πατερ, συνεστω. τελευταιον δε τον Ὡραιον ὀνομαζουσι, και προς αὐτον λεγειν οἰονται, ὑπερβας φραγμον πυρος ἀφοβως, πρωτης λαχων ἀρχην πυλης Ὡραιε, παρες με, σης ὁρων δυναμεως συμβολον καταλυθεν τυπῳ ζωης ξυλου, εἰκονι καθ' ὁμοιωσιν ληφθεν ἀθωου. ἡ χαρις συνεστω μοι, πατερ, συνεστω.

Επι ταυτα δε ἡμας ἡ Κελσου νομιζομενη μεν πολυμαθεια, μαλλον δ' οὐσα περιεργια και φλυαρια προεκαλεσατο, βουλομενους παραστησαι τῳ ἐντυχοντι τη ἐκεινου γραφη, και τοις ἡμιν προς αὐτην γεγραμμενοις, ὁτι οὐκ ἐστιν ἀπορια ἡμιν των Κελσου μαθηματων, ἐφ' οἱς καταψευδεται χριστιανων, οὐτε φρονουντων, οὐτ' εἰδοτων τα τοιαυτα. εἰ και ἡμεις ἐβουληθημεν και ταυτα γνωναι και ἐκθεσθαι, ἱνα μη, τῃ ἐπαγγελιᾳ του εἰδεναι τι πλεον ἡμων, οἱ γοητες ἐξαπατωσι τους ὑπο της των ὀνοματων φαντασιας συναρπαζομενους. ἐδυναμην δε και ἀλλα πλειονα παραθεμενος παραστησαι, ὁτι ἰσμεν μεν τα των ἀπατεωνων, ἀρνουμεθα δε αὐτα, ὡς ἀλλοτρια, και ἀσεβη, και οὐ συνυπαρχοντα τοις μεχρι θανατου ὑφ' ἡμων ὁμολογουμενοις ἀληθως χριστιανων λογοις. χρη μεντοι εἰδεναι, ὁτι οἱ ταυτα συνταξαμενοι, οὐτε τα μαγειας νοησαντες, οὐτε τα των θειων γραφων διακριναντες, παντ' ἐφυραν· ἀπο μεν μαγειας τον Ιαλδαβαωθ, και τον Ασταφαιον, και τον Ὡραιον· ἀπο δε των Εβραϊκων γραφων, τον Ιαωια παρ' Εβραιοις ὀνομαζομενον, και τον Σαβαωθ, και τον Αδωναιον, και τον Ελωαιον. τα δε ἀπο των γραφων ληφθεντα ὀνοματα ἐπωνυμα ἐστι του αὐτου και ἑνος θεου· ὁπερ μη συνιεντες οἱ ἐχθροι θεῳ, ὡς και αὐτοι ὁμολογουσιν, ᾠηθησαν ἀλλον μεν εἰναι τον Ιαω, ἑτερον δε τον

unum ex initiatis, ſpirituque virginis purgatum videns admitte me, tu, qui vides mundi ſubſtantiam. Gratia mecum ſit, pater, mecum ſit. Hinc ad Æloæum, qui, ut putant, ſic interpellandus eſt: *Secundæ portæ princeps, Æloae, admitte me, qui tibi tuæ matris offero ſymbolum, nempe gratiam virtutibus poteſtatum occultatam. Gratia mecum ſit, pater, mecum ſit.* Poſtremo, quem Horæum appellant, hæc dicenda opinantur: *Tu qui propterea primæ portæ principatum obtines, quia ſepta ignis intrepide ſuperaſti, Horae, admitte me, videns tuæ poteſtatis ſymbolum ligni vitæ figura expreſſum, & imagine ad exemplar innocentis facta repræſentatum. Gratia mecum ſit, pater, mecum ſit.*

32. Atque hæc omnia nos ea quæ putatur multiplex Celſi eruditio, quæ potius eſt vana curioſitas, memorare compulit. Quippe voluimus & ejus ſcriptionis & noſtræ defenſionis lectori notum eſſe, nobis non ignorari ſcientias quibus Celſus gloriatur, & propter quas Chriſtianos, qui eas neque attendunt neque ſciunt, calumniatur. Ego vero dicere hæc & exponere volui, ut ne impoſtores plura nobis callere ſe jactitent, eaque oſtentatione eos decipiant, qui nominum ſpecie facile ſe abduci patiuntur. Plura poteram congerere, ut planum facerem perſpectas eſſe mihi præſtigiatorum illorum artes, ſed tamen eas nobis execrationi eſſe, ut alienas, impias, abhorrentes a vera Chriſtianorum doctrina, quam ad mortem uſque confitemur. Quamquam hoc ſciri oportet, cum harum rerum auctores nec magiæ arcana cognoſcerent, nec divinarum ſcripturarum accuratam haberent notionem, omnia ab illis fuiſſe permixta. Nam e magia ſuum Jaldabaoth, Aſtaphæum, Horæum deduxerunt; ex Hebraïcis vero ſcripturis eum quem Hebræi vocant Jao vel Ja, ſicut & Sabaoth, & Adonæum, & Æloæum: quæ quidem nomina e ſcripturis ducta ſunt unius atque ejusdem Dei. Sed illi Dei

τον Σαβαωθ, και τριτον παρα τουτον τον Αδωναιον, ὃν λεγουσιν αἱ γραφαι Αδωναϊ, και ἀλλον τον Ελωαιον, ὃν οἱ προφηται ονομαζουσιν Εβραϊςι Ελωϊ.

Εἰθ' ἑξης ἀλλους μυθους ὁ Κελσος ἐκτιθεται, ὡς τινων εἰς τας ἀρχοντικας μορφας ἐπανερχομενων, ὡςε τινας μεν καλεισθαι λεοντας, ἀλλους δε ταυρους, και ἀλλους δρακοντας, ἢ ἀετους, ἢ ἀρκτους, ἢ κυνας, εὑρομεν δε ἐν ᾧ εἰχομεν διαγραμματι και ὁ ὠνομαστε Κελσος τετραγωνον σχημα, και το ἐπι των του παραδεισου πυλων λεγομενον ὑπο των ἀθλιων ἐκεινων. ἐζωγραφειτο δε ὡς διαμετρος κυκλου τινος πυροειδους ἢ φλογινη ῥομφαια, ὡς δορυφορουμενη τῳ τε της γνωσεως ξυλῳ, και της ζωης. ὁ μεν οὖν Κελσος οὐκ ἠθελησε τας δημηγοριας, ἢ οὐκ ἐδυνηθη ἐκθεσθαι, ἃς καθ' ἑκαςην πυλην, κατα τους των ἀσεβων μυθους, ἐρουσιν οἱ διϊοντες αὐτας· ἡμεις δε και τουτο πεποιηκαμεν, ἱνα το της ἀτελεςου τελετης περας δειξωμεν τῳ Κελσῳ, και τοις ἐντυγχανουσι τῃ γραφῃ, ἐγνωκεναι ὡς ἀλλοτριον της χριςιανων περι το θειον εὐσεβειας.

Μετα δε το ἐκθεσθαι τα προειρημενα, και τα ἀναλογον αὐτοις ἁτινα ἡμεις προστεθηκαμεν, τοιαυτα φησιν ὁ Κελσος, οἱ δ' ἐτι προςιθεασιν ἀλλα ἐπ' ἀλλοις, προφητων λογους, και κυκλους ἐπι κυκλοις, και ἀπορροιας ἐκκλησιας ἐπιγειου, και περιτομης, και Προυνικου τινος ῥεουσαν δυναμιν παρθενου, και ψυχην ζωσαν, και σφαζομενον οὐρανον ἱνα ζησῃ, και γην σφαζομενην μαχαιρᾳ, και πολλους σφαζομενους ἱνα ζησωσι, και παυομενον ἐν κοσμῳ θανατον, ὁταν ἀποθανῃ ἡ του κοσμου ἁμαρτια, και καθοδον αὖθις ςενην, και αὐτοματως ἀνοιγομενας πυλας. πανταχου δ' ἐκει το της ζωης ξυλον, και ἀναςασις σαρκος ἀπο ξυλου· διοτι, οἶμαι, ὁ διδασκαλος αὐτων ςαυρῳ ἐνηλωθη, και ἦν τεκτων την τεχνην. ὡς εἰ ἐτυχεν ἐκεινος ἀπο κρημνου ἐρριμμενος, ἢ εἰς βαραθρον ἐωσμενος, ἢ ἀγχονῃ πεπνιγμενος, ἢ σκυτοτομος, ἢ λιθοξοος, ἢ σιδηρευς· ἦν ἂν ὑπερ τους οὐρανους κρημνος ζωης, ἢ

βαρα-

hoſtes, cum hoc non intelligerent, ut ipſi ultro confitentur, alium judicarunt eſſe Jao, alium Sabaoth, & Adonæum diverſum eſſe ab illo quem ſcripturæ Adonaï appellant; Æloæum etiam alium ab illo eſſe, qui Hebraïce a Prophetis Eloï nominatur.

33. Sub hæc alias Celſus narrat fabulas, *quosdam eſſe, qui ſe in dæmones illos transforment, ita ut alii leones, alii tauri, alii dracones, aut aquilæ, aut urſi, aut canes appellentur.* Inveni in eodem Diagrammate & figuram illam quam Celſus vocat quadrangulam, & id quod miſeri illi ſtatuunt de portis Paradiſi. Flammeus ibidem pingebatur enſis, quaſi circuli ignei diameter, tanquam excubias agens ad ſcientiæ lignum & vitæ. Cæterum Celſus aut noluit aut non potuit preces referre, quas ad ſingulas portas fabuloſa impiorum illorum doctrina fundi jubet ab iis qui illas adeunt. Nos vero id fecimus, ut Celſo ejusque lectoribus evidens fieret, nobis penitus exploratum eſſe ſceleſti illius myſterii finem, tanquam a Chriſtianorum erga Deum pietate remotiſſimum.

34. His abſolutis, quæ nobis plura addendi locum dederunt, ita Celſus proſequitur: *Iſti autem aliis alia addunt, Prophetarum dicta, circulos circulis incluſos, rivos Eccleſiæ terreſtris & circumciſionis, virtutem ex quadam Prunico virgine manantem, viventem animam, cælum ut vivat occiſum, occiſam & enſe terram, mactatos ut vivant multos, tollendam e mundo mortem ubi peccatum mundi mortuum fuerit, novum per anguſta deſcenſum, & portas ſponte patentes. Illic ubique videas vitæ lignum & carnis reſurrectionem per lignum: opinor, quia magiſter eorum cruci clavis affixus eſt & faber lignarius erat. Quod ſi ex prærupta dejectus rupe fuiſſet, aut in barathrum præcipitatus, aut laqueo præfocatus, ſi artem exercuiſſet aut coriariam, aut cæmentariam, aut ferrariam; eſſet ſuper cælos rupes vitæ, aut reſurrectionis barathrum, aut funis immortalitatis, aut beatus lapis, aut ferrum charita-*

βαραθρον ἀναςασεως, ἡ σχοινιον ἀθανασιας, ἡ λιθος μακαριος, ἡ σιδηρος ἀγαπης, ἡ σκυτος ἁγιον. ἡ τις γραυς, ἐπι τῳ βαυκαλησαι παιδιον μυθον ἐπαγουσα, τοιαυτα ψιθυριζειν ἐκ ἂν ἠσχυνθη; ἐν τουτοις δὲ δοκει μοι φυρειν τα παρακ υσματα ὁ Κελσος. εἰκος γαρ, ὁτι [illegible] ἠκεσεν οἱωσδηποτουν αἱρεσεως λεξειδιον, μη τρανωσας αὐτο κἂν κατα το βελημα ἐκεινης, ἀλλα τα ῥηματια συμφορησας, ἐπεδεικνυτο ἐν τοις μηδεν ἐπιςαμενοις, μητε των ἡμετερων, μητε των ἐν ταις αἱρεσεσιν, ὡς ἀρα παντα τα χριςιανων γιγνωσκοι· τετο δε δηλον ποιει και ἡ προκειμενη λεξις.

Το μεν γαρ χρησθαι προφητων λογοις ἡμων ἐςι, των παριςαντων Ιησουν εἰναι τον προκεκηρυγμενον ὑπ' αὐτων χριςον, και ἀποδεικνυντων ἐκ των προφητικων τα ἐν τοις εὐαγγελιοις περι τε Ιησε πληρωθεντα. το δε κυκλους ἐπι κυκλοις λεγειν, ταχα μεν και της προειρημενης ἐςιν αἱρεσεως κυκλῳ περιλαμβανουσης ἑνι, ἡν φασιν εἰναι την των ὁλων ψυχην και Λευϊαθαν, τες ἑπτα των ἀρχοντικων κυκλους· ταχα δε και ἀπο τε Εκκλησιαςε ἐςι παρακουσμα, λεγοντος, κυκλοι κυκλων πορευεται το πνευμα, και ἐπι κυκλους αὐτε ἐπιςρεφει το πνευμα. το δ' ἀπορροιας ἐκκλησιας ἐπιγειε και περιτομης ταχα ἐληφθη ἀπο τε ὑπο τινων λεγεσθαι ἐκκλησιας τινος ἐπουρανιε και κρειττονος αἰωνος ἀπορροιαν εἰναι την ἐπι γης ἐκκλησιαν· και περιτομης τινος ἐν καθαρσιῳ τινι ἐκει γεγενημενης συμβολον εἰναι την ἐν τῳ νομῳ γεγραμμενην. Προυνικον δε τινα σοφιαν οἱ ἀπο Ουαλεντινε ὀνομαζεσι, κατα την πεπλανημενην ἑαυτων σοφιαν· ἡς συμβολον εἰναι βελονται και δωδεκα ἐτεσιν αἱμορρεσαν· ἡν παρακουσας ὁ ἁμα παντα φυρων τα Ελληνων, και βαρβαρων, και των ἐν ταις αἱρεσεσιν, εἰπε το Πρενικε τινος δυναμιν ῥεεσαν παρθενε. ψυχη δε ζωσα ταχα μεν ἐν ἀπορρητοις λελεκται παρα τισι των ἀπο Ουαλεντινε, εἰς τον ὑπ' αὐτων ὀνομαζομενον ψυχικον δημιεργον· ταχα δε, και προς ἀντιδιαςολην ψυχης νεκρας ἡ ζωσα ψυχη ἐκ ἀγεννως παρα τισι λελεκται, ἡ τε σωζομενε. σφαζομενον δ' ἐκ οἰδα

ὐρανον

tis, aut corium ſanctum. Ecquam aniculam non pudeat puerulum ſopire cantitandis hujusmodi fabulis? Miſcere hic videtur Celſus res a ſe non bene intellectas. Equidem illum ſuſpicor pauxilla de quapiam hæreſi accepiſſe, quæ cum quid vellent non cognoſceret, dicta quædam temere profudit, ut & noſtræ & hæreticæ doctrinæ imperitis in Chriſtianorum doctrina verſatiſſimus videretur. Quod quidem ex verbis ejus modo memoratis manifeſtum eſt.

35. Nam primum noſtrum eſt uti Prophetarum ſermonibus, utpote qui inde probamus modo Jeſum eſſe Chriſtum quem prænunciant, modo ex illorum ſcriptis oſtendimus ea, quæ in illo completa eſſe narrant Evangelia. *Circulos circulis incluſos* fortaſſe depromſit ex illa hæreſi, quæ ſeptem poteſtatum circulos uno includit, quem rerum omnium animam & Leviathan vocat. Forte etiam id ſumtum eſt ex male intellecto Eccleſiaſtæ loco, ubi dicitur: *In circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos revertitur.* Quod ait de rivis Eccleſiæ terreſtris & circumciſionis, ductum id ſuſpicor ex eo quod nonnulli dicunt Eccleſiam hanc terreſtrem ex Eccleſia cœleſti melioreque Æone eſſe derivatam, & circumciſionem, de qua in lege, eſſe ſignum cujusdam circumciſionis, qua homines in quodam illic loco purgantur. *Prunicus* vero ea eſt, quam Valentiniani male ſana ſapientia ſapientiam appellant, ejusque volunt figuram fuiſſe fœminam illam, quæ duodecim annos fluxu ſanguinis laboravit. Quod Celſus prave uſurpans, omniaque Græcorum, Barbarorum Hæreticorumque confundens, loquitur de poteſtate quæ ex Prunico quadam virgine dimanat. Quod ad *animam viventem* attinet, arcanum fortaſſe eſt Valentinianorum dictum de conditore quem animalem vocant: aut fortaſſe id non

ἐρανον λελεγμενον, ἡ γην σφαζομενην μαχαιρα, και πολλους σφαζομενους ἱνα ζησωσι· και ἐκ ἀπεικος ἐςιν ἀφ' ἑαυτε ταυτα κεκομικεναι τον Κελσον.

Παυομενον δε ἐν κοσμῳ θανατον, ὁταν ἀποθανῃ ἡ τε κοσμε ἁμαρτια, λεγοιμεν ἀν ἡμεις το παρα τῳ ἀποςολῳ μυςικον διηγεμενοι ἐτως ἐχον, ὁταν δε παντας τες ἐχθρους ὑποταξῃ ὑπο τες ποδας αὐτε, τοτε ἐσχατος ἐχθρος καταργειται ὁ θανατος. λελεκται δε και, ὁταν το φθαρτον τετο ἐνδυσηται ἀφθαρσιαν, τοτε γενησεται ὁ λογος ὁ γεγραμμενος, κατεποθη ὁ θανατος εἰς νικος. καθοδον δε αὐθις ςενην ταχα οἱ την μετενσωματωσιν εἰσαγοντες φησουσιν. αὐτοματως δε ἀνοιγομενας πυλας λελεχθαι ἐκ ἀπιθανον ἐςιν ὑπο τινων αἰνισσομενων και διηγουμενων το, ἀνοιξατε μοι πυλας δικαιοσυνης, ἱν' εἰσελθων ἐν αὐταις ἐξομολογησωμαι τῳ κυριῳ· αὑτη ἡ πυλη τε κυριε, δικαιοι εἰσελευσονται ἐν αὐτῃ. και παλιν ἐν ἐνατῳ ψαλμῳ λελεκται, ὁ ὑψων με ἐκ των πυλων τε θανατε, ὁπως ἀν ἐξαγγειλω πασας τας αἰνεσεις σε, ἐν ταις πυλαις της θυγατρος Σιων. πυλας δε θανατε τας ἐπι την ἀπωλειαν φερουσας ἁμαρτιας φησιν εἰναι ὁ λογος· ὡσπερ και πυλας Σιων ἐκ τε ἐναντιε τας καλας πραξεις· ἐτω δε και πυλας δικαιοσυνης, ὁπερ ἰσον ἐςι τῳ τας πυλας της ἀρετης· αὑται δε ἐξ ἑτοιμε ἀνοιγονται τῳ μεταδιωκοντι τας κατ' ἀρετην πραξεις. περι δε τε της ζωης ξυλου εὐκαιροτερον τις διηγησεται, ἑρμηνευων τα περι τον ἐν τῃ Γενεσει ἀναγεγραμμενον παραδεισον τε θεε φυτευομενον ὑπ' αὐτε. πολλακις μεν ἐν ἐχλευασεν ὁ Κελσος ἡν ἐκ ἐνοησεν ἀναςασιν· νυν δ', οὐκ ἀρκεσθεις τοις εἰρημενοις, φησι λεγεσθαι ἀναςασιν σαρκος ἀπο ξυλου· παρακουσας, οἰμαι, τε συμβολικως εἰρημενου, ὁτι δια ξυλε θανατος, και δια ξυλε ζωη· θανατος μεν κατα τον Αδαμ, ζωη δε κατα τον χριςον. εἰτα παιζων τα περι τε ξυλε, ἀπο δυο τοπων αὐτο χλευαζει, λεγων, δια τετο αὐτο παραλαμβανεσθαι, ἡ ὁτι

ἐπι

abſurde dictum fuit a quibusdam, ut anima mortua diſtingueretur ab vivente anima ejus, qui ſalvatur. Quid ſit occiſum cœlum, quid interfecta terra, quid multi mactati ut vivant, prorſus neſcio. Hæc illum e ſeipſo finxiſſe facile crediderim.

36. Quod addit, *tollendam e mundo eſſe mortem, ubi mundum peccatum extinctum fuerit*, idem & nos diceremus ad explicandum illud Apoſtoli: *Poſtquam poſuerit omnes inimicos ſub pedibus ejus, tunc noviſſima inimica deſtruetur mors.* Qua de re & illud ſcriptum eſt: *Cum mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt: Abſorpta eſt mors in victoria.* Rurſus *novus anguſtusque deſcenſus* ſuit fortaſſe excogitatus ab iis, qui animæ in varia corpora transmigrationem credunt. *Portas* vero *ſponte patentes* credibile eſt a quibusdam inductas fuiſſe, ut explicarent iſtud: *Aperite mihi portas juſtitiæ, ut ingreſſus in eas confitear Domino: hæc porta Domini, juſti intrabunt in eam:* rurſusque in pſalmo nono: *Qui exaltas me de portis mortis, ut annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.* Portas mortis ſcriptura vocat peccata, quæ ad interitum ducunt; portas vero Sion intelligit recta facta: unde liquet portas juſtitiæ easdem eſſe ac portas virtutis, quæ virtutis recteque factorum ſtudioſo ſponte patefiunt. De ligno vitæ commodius differeret is, qui paradiſum Dei ab ipſo Deo plantatum, de quo in Geneſi, enarraret. Reſurrectionem quam non intellexit, Celſus jam ſæpius irriſerat: ſed dictis minime contentus ait a nobis reſurrectionem carnis per lignum prædicari: opinor, prave detorquens id quod figurate dictum eſt, *Per lignum mors & per lignum vita: mors per Adamum, vita autem per Chriſtum.* Deinde cavillis in lignum ludens, ex duplici capite illud inceſſit, dum ait *lignum a nobis idcirco celebrari, aut quia magiſter noſter affixus patibulo eſt, aut quia is faber erat.* Verum non animadvertit mentionem de ligno vitæ

in

ἐπι σταυρῳ ἐνηλωθη ὁ διδασκαλος ἡμων, ἡ ἐπει τεκτων ἠν την τεχνην· οὐχ ὁρων, ὁτι το ξυλον της ζωης ἐν τοις Μωϋσεως ἀναγεγραπται γραμμασιν· ἀλλα και οὐ βλεπων, ὁτι οὐδαμου των ἐν ταις ἐκκλησιαις φερομενων εὐαγγελιων τεκτων αὐτος ὁ Ιησους ἀναγεγραπται.

Οἰεται δε και τροπολογουντας ἡμας περι του σταυρου ἀναπεπλακεναι το ξυλον της ζωης, και ἀκολουθως ἑαυτου τῳ περι τουτου σφαλματι φησιν, ὁτι εἰπερ ἐτυχεν ἐκεινος κατα κρημνου ἐρριμμενος, ἡ εἰς βαραθρον ὠσμενος, ἡ ἀγχονῃ πεπνιγμενος· ἠν ἀν ὑπερ τους οὐρανους ἀναπεπλασμενος κρημνος ζωης, ἡ βαραθρον ἀναστασεως, ἡ σχοινιον ἀθανασιας. παλιν τ' αὐ φησιν, ὁτι εἰπερ δια το τεκτονα αὐτον γεγονεναι ἀναπεπλασται το ξυλον της ζωης· ἠκολουθησεν ἀν, εἰ μεν σκυτοτομος ἠν, λεγεσθαι τινα περι σκυτους ἁγιου· εἰ δε λιθοξοος, περι λιθου μακαριου· εἰ δε σιδηρευς, περι σιδηρου ἀγαπης. τις ἐν οὐχ ὁρᾳ αὐτοθεν το εὐτελες αὐτου της κατηγοριας, διαλοιδορουμενου ἀνθρωπους, οὓς ἐπηγγειλατο ἐπιστρεφειν ὡς ἀπατωμενους; ἑξης δε τουτοις λεγει ἁρμοζοντα μεν τοις ἀναπλασασι τους τε λεοντοειδεις και ὀνοκεφαλους και δρακοντοειδεις ἀρχοντας, και εἰ τις ἐκεινοις παραπλησιως ἐμυθολογησεν· οὐ μην και τοις ἀπο της ἐκκλησιας. ἀληθως γαρ και γραυς ἐπι τῳ βαυκαλησαι παιδιον μεθυουσα μυθον ἐπᾳδειν τοιουτον και ψιθυριζειν τῳ παιδιῳ ἐπῃσχυνθη, ὁποιον οἱ τους ὀνοκεφαλους ἀναπλασαντες, και τας καθ' ἑκαστην πυλην ὡσπερει δημηγοριας. τα δε των ἀπο της ἐκκλησιας ὁ Κελσος οὐκ ἐπισταται, ἁπερ πανυ ὀλιγοι ἰσχυκασι συνιεναι, οἱ παντα τον βιον ἑαυτων ἀναθεντες, κατα την Ιησου ἐντολην, τῳ ἐρευναν τας γραφας· και μαλλον των φιλοσοφησαντων Ἑλληνων περι τινος νομιζομενης ἐπιστημης ἀναληψιν, κεκμηκοτες περι την ἐξετασιν του βουληματος των ἱερων γραμματων.

Οὐκ ἀρκεσθεις δ' ὁ γενναδας τοις ἀπο του διαγραμματος, ἐβουληθη ὑπερ του αὐξησαι τας καθ' ἡμων κατηγοριας, των μηδεν ἐχοντων κοινον προς ἐκεινο, δια μεσου ἀλλ' ἀττα εἰπειν, ἐπαναλαβων τα ἐκεινων ὡσπερει ἑτερων.

in literis Moſaïcis fieri, deinde nuſquam in Evangeliis ab Eccleſia receptis Jeſum dici fabrum.

37. Putans autem nos, ut crucem allegoriis explicaremus, finxiſſe lignum illud vitæ, & huic errori ſuo conſentanea loquens, *Si ex prærupta*, inquit, *rupe dejectus, aut in barathrum præcipitatus, aut laqueo præfocatus fuiſſet, illi ſine dubio ſuper cælos rupem vitæ, aut barathrum reſurrectionis, aut immortalitatis funem collocaſſent.* Et rurſus: *Si propterea confictum eſt lignum vitæ, quia faber ille erat, ergo ſi coriarius fuiſſet, nobis obtruderent corium ſanctum; ſi cæmentarius, beatum lapidem; ſi ferrarius, ferrum caritatis.* At quis non videt quanti fieri debeant hujusmodi calumniæ hominis injuriis laceſſentis, quos ut deceptos convertere pollicitus fuerat? His adjicit quæ conveniunt iis fabulatoribus, qui ſuis poteſtatibus leonis formam, aut aſini caput, aut draconis ſpeciem accommodant; ſed quæ minime congruunt Eccleſiæ ſectatoribus: verum enim eſt ne quidem bibacem aniculam ſine pudore ad ſopiendum puerum garrituram eſſe ineptias, cujusmodi effutiunt, qui monſtra aſinino capite & illas quaſi conciones ad ſingulas portas comminiſcuntur. Quæ vero docet Eccleſia, Celſus ea prorſus ignorat, & illa pauci potuerunt intelligere: illi nempe qui ex Jeſu præcepto totum ſuæ vitæ tempus in ſcrutandis ſcripturis inſumſerunt, magisque in earum aſſequenda mente laborarunt, quam Græcorum philoſophi ad conſequendum neſcio quas opiniones, in quibus poſitam eſſe ſcientiam exiſtimant.

38. Nec ſatis habuit vir ille ſtrenuus Diagramma exagitaſſe; ut plures contra nos, licet nihil nobis cum illo Diagrammate ſit, accumularet calumnias, alia interſeruit ex illis quidem hæreticis ſumta, ſed

quaſi

ρων. φησι γαρ, θαυμα δ' αὐτων ȣ̓χ ἥκιστα ἐκεινο· ἐξηγȣνται γαρ τινα μεταξυ των ὑπερȣρανιων ἀνωτερω κυκλων ἐπιγεγραμμενα, ἀλλα τε, και δυο ἀττα, μειζον τε και μικροτερον υἱȣ και πατρος. εὑρομεν δ' ἡμεις ἐν τȣτῳ τῳ διαγραμματι τον μειζονα κυκλον και τον μικροτερον· ὧν ἐπι της διαμετρȣ ἐπιγεγραπτο πατηρ και υἱος· ἔτι μεταξυ τȣ μειζονος, ἐν ᾧ μικροτερος ἦν, καὶ ἄλλους συγκειμενους ἐκ δυο κυκλων, τȣ μεν ἐξωτερȣ ξανθȣ, τȣ δε ἐνδοτερω κυανȣ, το ἐπιγεγραμμενον διαφραγμα πελεκοειδει σχηματι. και ἀνωτερω μεν αὐτȣ κυκλον βραχυν ἐχομενον τȣ μειζονος των προτερων, ἐγγεγραμμενην ἐχοντα ἀγαπην· κατωτερω δε ἐχομενον τȣ κυκλȣ, γεγραμμενην ἐχοντα ζωην. τα δε δευτερῳ κυκλῳ ἐνεγεγραπτο, περιπεπλεγμενῳ και ἐμπεριειληφοτι ἀλλους δυο κυκλȣς, και ἀλλο σχημα ῥομβοειδες, σοφιας προνοιαν. και ἐνδον μεν της κοινης αὐτων τομης, σοφιας φυσις. ἀνωτερω δε της κοινης αὐτων τομης κυκλος ἦν, ἐν ᾧ ἐπεγεγραπτο γνωσις· κατωτερω δε ἀλλος, ἐν ᾧ ἐπεγεγραπτο συνεσις. και ταυτα δε παρειληφαμεν εἰς τον κατα Κελσȣ λογον, ἵνα παραςησωμεν τοις ἐντυγχανουσι, τρανοτερον ἐκεινȣ ἐγνωκεναι, και ȣ̓κ ἐκ παρακȣσματων, τα και ὑφ' ἡμων κατηγορȣμενα. εἰ δε και ὑπισχνȣνται οἱ ἐπι τοις τοιȣτοις σεμνυνομενοι μαγικην τινα γοητειαν, και τȣτ' ἐςιν αὐτοις το της σοφιας κεφαλαιον· ἡμεις μεν ȣ̓ διαβεβαιȣμεθα, ȣ̓δε γαρ ἱςορησαμεν το τοιȣτον. Κελσος δ' ἀν εἰδειη, ὁ πολλακις ἠδη ἀλους ψευδομαρτυριων και ἀλογων κατηγοριων, ποτερον και ἐν τȣτοις ψευδεται, ἠ τι περι τινων ξενων και ἀλλοτριων της πιςεως τοιȣτον καταλαβων ἐξεθετο ἐν τῳ ἑαυτȣ συγγραμματι.

Εἶτα προς τȣς χρωμενους, φησι, μαγειᾳ τινι και γοητειᾳ, και καλȣντας ὀνοματα βαρβαρικα δαιμονων

τινων,

quaſi tamen ad alios pertinerent. *Neque hoc illorum*, inquit, *minus admirandum eſt, quod inter altiores illos circulos, qui ſupra cœlos ſunt, inſcripta quædam viſuntur, quæ interpretari ſolent, & præſertim duo illa verba*, majus & minus, *quorum unum ad patrem, alterum ad filium referunt.* Equidem in illo Diagrammate majorem & minorem circulum vidi, duorum diametro inſcriptum erat, *Pater & Filius.* Præterea inter majorem circulum, in quo minor ductus fuerat, & alium ex duobus conſtantem, quorum alter flavus extra, alter cæruleus intra erat, pictum quaſi ſeptum fuerat ſecuris ſpecie. Supra iſtud circulus exiguus circulum prioribus majorem tangebat cum hac inſcriptione, CARITAS: infra vero alter eundem circulum tangens inſcriptum habebat, VITA: in ſecundo circulo ex lineis inſertis conflato & alios duos circulos quandamque Rhombi figuram complectente inſcriptum legebatur, SAPIENTIÆ PROVIDENTIA; & in communi eorum ſectione, SAPIENTIÆ NATURA. Supra communem eorum ſectionem erat & alter circulus in quo ſcriptum erat, SCIENTIA; & infra alius in quo inſcriptum erat, INTELLIGENTIA. Atque in his immorati ſumus, data a Celſo occaſione, ut lectores cognoſcerent, quæ & nos ipſi vituperamus, ea nobis magis, quam illi, explorata eſſe; non vero ex inanibus accepta rumoribus. An autem ii, qui hujusmodi nugas laudi ducunt, quasdam etiam magicas profiteantur artes, an eorum hæc ſit ſapientiæ ſumma, id non affirmo, ſiquidem nihil unquam ſimile deprehendi: viderit Celſus, qui mendacii jam ſæpius abſurdarumque calumniarum convictus eſt, num hic etiam mentiatur, num vero id quod in ſuo ſcripto expoſuit, revera de quibusdam a noſtra fide alienis invenerit.

39. Poſt hæc de iis loquens, qui magicas artes adhibent atque præſtigias, barbarisque quosdam dæ-

mones

τινων, τοιαυτα· ὁτι ὁμοιον οὑτοι πραττουσι τοις ἐπι τοις αὐτοις ὑποκειμενοις τερατευομενοις προς τους μη εἰδοτας ἀλλα μεν αὐτων εἰναι τα ὀνοματα παρ' Ελλησιν, ἀλλα δε παρα Σκυθαις. εἰτ' ἐκτιθεται ἀπο Ηροδοτου λαβων, ὡς τον μεν Απολλωνα Γογγοσυρον καλουσι Σκυθαι, τον δε Ποσειδωνα Θαγιμασαδα, την δ' Αφροδιτην Αργιμπασαν, Εστιαν δε Ταβιτι· ἐξετασει δε ὁ δυναμενος, μη πη και περι τουτων συν Ηροδοτῳ ὁ Κελσος ψευδεται· ἀτε μη ἐπισταμενων Σκυθων τα αὐτα Ελλησιν ὑποκειμενα περι των νομιζομενων θεων. ποια γαρ πιθανοτης, τον Απολλωνα Γογγοσυρον παρα Σκυθαις καλεισθαι; οὐ γαρ ἡγουμαι, ὁτι μεταλαμβανομενος εἰς Ελλαδα φωνην ὁ Γογγοσυρος την ἐτυμολογιαν παριστησι του Απολλωνος· ἡ ὁ Απολλων εἰς την Σκυθων διαλεκτον, τον Γογγοσυρον σημαινει· οὐπω δε οὐδε περι των λοιπων ταυτον τις ἐρει· ἀπ' ἀλλων γαρ ὁρμωμενοι Ελληνες πραγματων και ἐτυμολογιων, οὑτως ὠνομασαν τους παρ' ἑαυτοις νομιζομενους θεους· ἀπ' ἀλλων δε Σκυθαι· οὑτω δε και ἀπ' ἀλλων μεν Περσαι· ἀπ' ἀλλων δε Ινδοι, ἡ Αἰθιοπες, ἡ Λιβυες· ἡ ὁπως φιλον ἑκαστοις ὀνομαζειν, μη μεινασιν ἐπι της πρωτης και καθαρας ἐννοιας του των ὁλων δημιουργου. αὐταρκως δ' ἡμιν εἰρηται και ἐν τοις προ τουτων, βουλομενοις παραστησαι μητ' αὐτον εἰναι Σαβαωθ, ἡ Δια· ὁτε και περι των διαλεκτων τι ἀπο των θειων παρετιθεμεθα γραμματων. ἑκοντες οὐν ὑπερβαινομεν ταυτα, ἐν οἱς ἐπι ταυτολογιαν ἡμας ὁ Κελσος καλει. εἰτα, παλιν φυρων τα ἀπο της μαγικης γοητειας και προσαπτων ταχα μεν οὐδενι, τῳ μη εἰναι τους μαγγανευοντας, προφασει της κατα τον χαρακτηρα τουτον θεοσεβειας, ταχα δε τισι και προς τους εὐεξαπατητους χρωμενοις τοιουτοις, ἱνα δοκοιεν θειᾳ δυναμει τι ποιειν, ἐκτιθεται τινα, λεγων· τι με δει καταριθμειν ὁσοι καθαρμους ἐδιδαξαν, ἡ λυτηριους ᾠδας, ἡ ἀποπομπιμους φωνας, ἡ ἐκτυπους, ἡ δαιμονιους σχηματισμους, ἐσθητων, ἡ ἀριθμων, ἡ λιθων, ἡ φυτων, ἡ ῥιζων, και ὁλως παντοδαπων χρηματων παντοια ἀλεξιφαρμακα; περι ὡν οὐκ ἀπαιτει ἡμας

ἀπολογη-

mones vocant nominibus, illos ait ſimile quid facere ac illi, qui iiſdem de rebus mirifica quædam facere videntur coram iis, qui neſciunt earum alia eſſe nomina apud Græcos, alia apud Scythas. Deinde hæc adducit ex Herodoto, *Apollinem a Scythis vocari Gongoſyrum; Neptunum, Thagimaſaden; Venerem, Argimpaſam; Veſtam, Tabiti.* Quærent harum rerum periti an non hic etiam Celſus cum Herodoto mentiatur. Neſciunt enim Scythæ, utrum ii quos deos putant, iidem ſint apud Græcos. Quæ enim probabilitas eſt Apollinem a Scythis Gongoſyrum appellari? Non enim arbitror ex Gongoſyro, ſi græcam in linguam verteretur, deduci poſſe etymologiam Apollinis, aut Apollinem Scythica lingua idem ſignificare ac Gongoſyrum. Necdum idem de reliquis dico. Alia enim ex cauſa Græci & ex alia origine deorum ſuorum nomina derivarunt, ex alia Scythæ, ex alia Indi, ex alia Æthiopes, aut Afri, aut quicumque, relicta prima & pura conditoris notione, ſuis diis nomina pro libitu indiderunt. Verum de his jam ſupra ſatis a nobis dictum eſt: nempe ubi probavimus non eumdem eſſe Sabaoth & Jovem; & ubi nonnulla de linguarum diverſitate ex ſacris ſcripturis obſervavimus. Lubens igitur hæc prætermitto, in quibus Celſum ſequi non poſſem, quin jam dicta repeterem. Deinde rurſus magicas præſtigias nobis occinit, easque fortaſſe nemini tribuit; cum ſit nemo, qui in religione qualem aggreditur, hujusmodi artem exerceat: aut fortaſſe reſpicit ad eos, quibus ſolemne eſt hoc artificio uti coram ſimplicibus, ut quædam divina poteſtate efficere videantur. Hæc vero ſunt ejus verba: *Quid opus eſt ut commemorem illos omnes, qui aut expiationes, aut carmina vocesque pellendis arcendisque incommodis idoneas, aut formas effigiesque dæmonum facere, aut varia amoliendis veneficiis remedia in veſtibus, in numeris, in lapidibus, in plantis, in radicibus, in cujusvis denique ge-*

ἀπολογησασθαι το εὔλογον· ἀτε οὐδε κατα ποσον ἐνεχομενους τοιαυταις ὑπονοιαις.

Μετα ταυτα παραπλησιον τι ποιειν μοι δοκει τοις δια πολλην την προς χριστιανους ἀπεχθειαν διαβεβαιουμενοις προς τους μηδαμως εἰδοτας τα χριστιανων, ὁτι ἀρα τῃ πειρᾳ κατειληφε χριστιανους ἐσθιοντας σαρκας παιδιων, και μιξεσι ταις προς τας παρ' αὐτοις γυναικας ἀνεδην χρωμενους. ὡς γαρ ταυτα λεγομενα, ἠδη και ὑπο των πολλων, και παντῃ ἀλλοτριων της καθ' ἡμας θεοσεβειας, καταγιγνωσκεται ὡς κατεψευσμενα χριστιανων· οὑτως εὑρεθειη ἀν και τα τοιαυτα τῳ Κελσῳ κατεψευσμενως εἰρημενα, ἐν οἱς ἐφησεν ἑωρακεναι παρα τισι πρεσβυτεροις, της ἡμετερας δοξης τυγχανουσι, βιβλια βαρβαρα, δαιμονων ὀνοματα ἐχοντα, και τερατειας· και ἐφασκε, τουτους τους δηθεν πρεσβυτερους της ἡμετερας δοξης οὐδεν μεν χρηστον ὑπισχνεισθαι, παντα δ' ἐπ' ἀνθρωπων βλαβαις. και εἰθε παντα τα ὑπο Κελσου κατα χριστιανων λεγομενα τοιαυτα ἠν, ἱν' ὑπο των πλειστων ἐλεγχηται, πειρᾳ καταλαβοντων τα τοιαυτα εἰναι ψευδη, ἐκ του και συμβεβιωκεναι χριστιανων τοις πλειστοις, και μηδεν τοιουτο περι αὐτων μηδ' ἀκηκοεναι.

Μετα ταυτα, ὡσπερει ἐπιλαθομενος ὁτι κατα χριστιανων αὐτῳ προκειται γραφειν, φησι, Διονυσιον τινα, μουσικον Αἰγυπτιον συγγενομενον αὐτῳ, εἰρηκεναι περι των κατα την μαγειαν, ὁτι προς ἀπαιδευτους μεν αὐτη δυναται, και προς διαφθαρεντας τα ἠθη· προς δε τους φιλοσοφησαντας, οὐδεν οἱα τε ἐστιν ἐνεργειν, ἀτε της ὑγιεινης διαιτης προνοησαμενους. εἰ μεν οὐν προεκειτο περι μαγειας νυν ἡμιν διαλαβειν, κἀν προσεθηκαμεν οἱς ἀνωτερω περι αὐτης εἰρηκαμεν εἰς τουτο ὀλιγα· ἐπει δε τα ἐπικαιροτερα χρη λεγειν προς το Κελσου συγγραμμα, περι μαγειας φαμεν, ὁτι ὁ βουλομενος ἐξετασαι, ποτερον ποτε και φιλοσοφοι ἁλωτοι εἰσιν αὐτῃ, ἠ μη, ἀναγνωτω τα γεγραμμενα Μοιραγενει των Ἀπολλωνιου του Τυανεως μαγου και φιλοσοφου ἀπομνημονευματων· ἐν οἱς ὁ μη χριστιανος

ἀλλα

neris rebus invenire docuerunt? Quas criminationes non poſtulat recta ratio ut refellamus; cum horum criminum in nos ne leviſſima quidem ſuſpicio conveniat.

40. In iis, quæ Celſus addit, mihi videtur illis ſimilis, qui infenſo adverſus Chriſtianos odio affirmant coram hominibus religionis Chriſtianæ ignaris, Chriſtianos ab ipſis deprehenſos fuiſſe, dum carnibus infantulorum veſcerentur & cum fœminis promiſcue ſine pudore rem haberent. Ut enim jam compertum eſt multis iiſque a noſtra religione prorſus alienis hujusmodi calumnias confictas eſſe: ſic etiam falſi convinceretur id quod refert Celſus, *vidiſſe ſe apud quosdam noſtræ religionis presbyteros libros barbaros, in quibus dæmonum nomina & præſtigiæ videbantur.* Quibus ſubdit *illos noſtri cultus presbyteros nihil boni, nihil niſi in hominum perniciem polliceri.* Utinam his ſimilia eſſent omnia, quæ contra Chriſtianos a Celſo dicta ſunt. Tum enim plerique re ipſa experti intelligerent mera eſſe mendacia; quippe qui nihil de hujusmodi rebus audierunt, licet cum Chriſtianis ſocietatem habuerint.

41. Poſtea tanquam oblitus ſe contra Chriſtianos agere; *Audivi*, inquit, *ex Dionyſio quodam muſico Ægyptio mecum verſante, magicam artem aliquid poſſe in ignaros & corruptis moribus homines; in philoſophos autem, qui ſalubri victus ratione utuntur, nihil habere virium.* Hic ſi de arte magica diſſerendi conſilium eſſet, iis quæ jam de illa dixi addere nonnulla poſſem: ſed præſtat in iis inſiſtere quæ propius ad Celſi ſcriptionem pertinent. Qui ſcire voluerit poſſit-ne quid an nihil in philoſophos ars magica, legat is editas ab Mœragene res Apollonii Tyanei magi ſimul & philoſophi memorabiles. Mœragenes autem ille non Chriſtianus, ſed philoſophus erat. Refert tamen plurimos nec ignobiles philoſophos magica Apollonii arte cap-

ἀλλα φιλοσοφος ἐφησεν ἁλωναι ὑπο της ἐν Απολλωνιῳ μαγειας ἐκ ἀγεννεις τινας φιλοσοφες, ὡς προς γοητα αὐτον εἰσελθοντας· ἐν οἱς, οἰμαι, και περι Ευφρατε πανυ διηγησατο, και τινος Επικερειε. διαβεβαιεμεθα δε ἡμεις, και τῃ πειρᾳ παραλαβοντες, ὁτι οἱ κατα χριςιανισμον δια τε Ιησε τον ἐπι πασι θεραπευοντες θεον, και βιουντες κατα το εὐαγγελιον αὐτε, ταις προςαχθεισαις τε εὐχαις συνεχεςερον και δεοντως νυκτος και ἡμερας χρωμενοι, ἐτε μαγειᾳ, ἐτε δαιμονιοις εἰσιν ἁλωτοι. ἀληθως γαρ παρεμβαλει ἀγγελος κυριε κυκλῳ των φοβεμενων αὐτον, και ῥυσεται αὐτες ἀπο παντος κακε· και οἱ ἀγγελοι των ἐν τῃ ἐκκλησιᾳ μικρων, και τεταγμενοι εἰς το προϊςασθαι αὐτων, δια παντος λεγονται βλεπειν το προσωπον τε ἐν ἐρανοις πατρος· ὁ, τι ποτ' ἐςι το προσωπον, και ὁ, τι ποτ' ἐςι το βλεπειν.

Εξης δε τουτοις ἀπο ἀλλης ἀρχης ὁ Κελσος τοιαυτα φησι καθ' ἡμων, σφαλλονται δε ἀσεβεςατα ἀττα και περι τηνδε την μεγιςην ἀγνοιαν ὁμοιως ἀπο θειων αἰνιγματων πεπλανημενην, ποιουντες τῳ θεῳ ἐναντιον τινα, διαβολον τε, και γλωττῃ Εβραιᾳ Σαταναν ὀνομαζοντες τον αὐτον. ἀλλως μεν ἐν παντελως θνητα ταυτα, και ἐδ' ὁσια λεγειν, ὁτι δη ὁ μεγιςος θεος, βελομενος τι ἀνθρωποις ὠφελησαι, τον ἀντιπρασσοντα ἐχει, και ἀδυνατει. ὁ τε θεε παις ἀρα ἡτταται ὑπο τε διαβολε· και κολαζομενος ὑπ' αὐτε, διδασκει και ἡμας των ὑπο τετε κολασεων καταφρονειν, προαγορευων, ὡς ἀρα ὁ Σατανας και αὐτος ὁμοιως φανεις ἐπιδειξεται μεγαλα ἐργα και θαυμαςα, σφετεριζομενος την τε θεε δοξαν· οἱς ἐ χρηναι προσεχειν βεληθεντας ἀποτρεπεσθαι ἐκεινον, ἀλλα μονῳ πιςευειν ἑαυτῳ. ταυτα μεν γε ἐςιν ἀντικρυς ἀνθρωπε γοητος, ἐργολαβουντος και προφυλαττομενε τες ἀντιδοξουντας τε και ἀνταγειροντας. εἰθ' ἑξης τετοις ἐκτιθεσθαι βελομενος τα αἰνιγματα, ὡν οἰεται παρακηκοοτας ἡμας τα περι τε Σατανα εἰσαγειν, φησι θειον τινα πολεμον αἰνιττεσθαι τες παλαιους, Ηρακλειτον μεν λεγοντα ὡδε, εἰ δε χρη τον πολεμον ἐοντα ξυνον, και δικην ἐρειν· και

γινο-

tos fuiſſe & ad eum quaſi ad incantatorem ventitaſſe. Inter alios de Euphrate, opinor, mentionem facit & de quodam Epicureo. Id nos uti propria experientia compertum affirmamus, nihil eſſe quod ab arte magica aut dæmoniis metuant ii, qui religionis Chriſtianæ cultores Deum rerum omnium per Jeſum venerantur, ex Evangelio vitam exigunt & præſcriptas preces diu noctuque frequentius & qua par eſt reverentia adhibent. Vere enim *caſtrametabitur Angelus Domini in circuitu timentium eum & eos eripiet ab omni malo:* Et Angeli qui in Eccleſia parvulis tuendis invigilant, dicuntur faciem patris qui in cœlis eſt videre; quidquid ſit id, quod per faciem illam & per intuitum illum intelligere oporteat.

42. Deinde Celſus hæc alio ex capite ducta ſubjicit: *Sunt illorum alii quidam errores impii, decipiente eos ſumma, in qua verſantur, divinorum ænigmatum ignorantia: fingunt videlicet quemdam Deo adverſarium & diabolum quem Hebraïce Satanam appellant. Omnino mortalium iſtud eſt, immo impium, Deum maximum ab adverſario impediri, quominus pro arbitrio proſit hominibus. Ergo Dei filius a diabolo ſuperatur, & quas ab illo moleſtias patitur, iis nos docet ortas nobis ab illo moleſtias contemnere: atque idcirco nos admonet venturum quoque eſſe Satanam, reſque magnas illum & admirabiles effecturum, ſibique Dei gloriam uſurpaturum: ſed nullam horum prodigiorum rationem ab iis eſſe habendam, qui illum removere voluerint; ſed ſibi ſoli eſſe credendum. Hæc certe impoſtoris ſunt operoſe caventis, ne quis alius contraria ſentiat ſibique plebem conciliet.* Ac mox indicare volens ænigmata illa, unde nos putat hauſiſſe perperam quæ de Satana docemus: *Veteres*, inquit, *de divino quodam bello obſcure involuteque ſcripſerunt: ut Heraclitus, cujus ſunt hæc:* „ ſi dicendum eſt commune quoddam bel-„ lum & litem eſſe, omniaque ex diſcordia gigni &

γινομενα παντα κατ' ἐριν και χρεωμενα· Φερεκυδην δε, πολλῳ ἀρχαιοτερον γινομενον Ηρακλειτε, μυθοποιΐαν ϛρατειαν ϛρατειᾳ παραταττουμενην, και της μεν ἡγεμονα Κρονον διδοναι, της ἑτερας δε Οφιονεα, προκλησεις τε και ἁμιλλας αὐτων ἱϛορει· συνθηκας τε αὐτοις γιγνεσθαι, ἱν' ὁποτεροι αὐτων εἰς τον Ωγηνον ἐμπεσωσι, τετες μεν εἰναι νενικημενες, τες δ' ἐξωσαντας και νικησαντας τετες ἐχειν τον ἐρανον· τετε δε βεληματος φησιν ἐχεσθαι και τα περι τες Τιτανας και Γιγαντας μυϛηρια, θεομαχειν ἀπαγγελλομενες· και τα παρ' Αἰγυπτιοις περι Τυφωνος, και Ωρε, και Οσιριδος· εἰτ' ἐκθεμενος τα τοιαυτα, και μη παραμυθησαμενος τινα τροπον ἐκεινα μεν λογε ἐχεται κρειττονος, ταυτα δε ἐϛιν ἐκεινων παρακεσματα, διαλοιδορειται ἡμιν, λεγων, μη εἰναι ἐκεινα ὁμοια τοις περι διαβολε δαιμονος, ἠ ὁπερ φησιν ἀληθεϛερον ἀνθρωπε γοητος ἀντιδοξουντος. ἐτω δ' ἀκουει και Ομηρε, ὡς τα παραπλησια τῳ Ηρακλειτῳ, και Φερεκυδῃ, και τοις τα περι Τιτανας και Γιγαντας μυϛηρια εἰσαγεσιν, αἰνισσομενε ἐν τετοις τε Ηφαιϛε προς την Ηραν τοις λογοις φασκοντος.

Ηδη γαρ με και ἀλλοτ' ἀλεξεμεναι μεμαωτα
Ριψε ποδος τεταγων ἀπο βηλε θεσπεσιοιο.

και τοις τε Διος προς την Ηραν ἐτως,

Η ἐ μεμνῃ ὁτε τ' ἐκρεμω ὑψοθεν· ἐκ δε ποδοιΐν
Ακμονας ἡκα δυω, περι χερσι δε δεσμον ἰηλα
Χρυσεον, ἀῤῥηκτον· συ δ' ἐν αἰθερι και νεφελῃσιν
Εκρεμω. ἠλαϛειον δε θεοι κατα μακρον ὀλυμπον,
Λυσαι δ' ἐκ ἐδυναντο παραϛαδον· ὁν δε λαβοιμι
Ριπτασκον τεταγων ἀπο βηλε, ὀφρ' ἀν ἱκηται
Γην ὀλιγηπελεων. —

„ adminiſtrari:" *& Pherecydes Heraclito longe antiquior in fabula exercitum exercitui adverſum exhibet, quorum unius Saturnum, alterius Ophioneum ducem facit. Provocationes narrat & prælia, pacta etiam, nempe utervis primus in Oceanum caderet, illum pro victo habitum iri; utervis vero alterum pepuliſſet & viciſſet, illum cœlos occupaturum. In eamdem ſententiam accipienda eſſe ait Titanum Gigantumque adverſus deos pugnantium myſteria, uti & quæ de Typhone, Horo, & Oſiride Ægyptii fabulantur.* Hæc poſtquam commemoravit, nec expoſuit tamen quo modo ſublimiorem ſenſum habeant, illaque male intellexerimus, nobis convitiari pergens: *Hæc non ſunt*, inquit, *cujusmodi commenta illa de diabolo dæmone, aut* (quod verius dicit) *impoſtore qui contraria docet.* Sic & Homerum interpretatur, quaſi eadem fere ac Heraclitus, Pherecydes, & myſteriorum de Titanibus Gigantibusque auctores, indicaret iſtis Vulcani ad Junonem verbis:

Jam enim me & alias juvare ſtudentem
Dejecit pede prehenſum de limine divino.

& in his Jovis ad Junonem:

An non meminiſti quando pependiſti ab alto, a pedibus autem
Incudes demiſi duas, circum manus autem vinculum miſi
Aureum, infrangibile; tu autem in æthere & nubibus
Pependiſti, indignabantur autem dii per excelſum Olympum:
Solvere autem non poterant circumſtantes: quemcumque prehenderem
Projiciebam correptum de limine divino, donec perveniret
In terram vix ſpirans.

ϱων. φησι γαϱ, θαυμα δ' αὐτων ἐχ ἡκιςα ἐκεινο· ἐξηγȣνται γαϱ τινα μεταξυ των ὑπεϱȣϱανιων ἀνωτεϱω κυκλων ἐπιγεγϱαμμενα, ἀλλα τε, και δυο αττα, μειζον τε και μικϱοτεϱον υἱȣ και πατϱος. εὑϱομεν δ' ἡμεις ἐν τȣτῳ τῳ διαγϱαμματι τον μειζονα κυκλον και τον μικϱοτεϱον· ὧν ἐπι της διαμετϱȣ ἐπεγεγϱαπτο πατηϱ και υἱός· κτι μεταξυ τȣ μειζονος, ἐν ᾧ μικϱοτεϱος ἦν, και ἀλλους συγκειμενους ἐκ δυο κυκλων, τȣ μεν ἐξωτεϱȣ ξανθȣ, τȣ δε ἐνδοτεϱω κυανȣ, το ἐπιγεγϱαμμενον διαφϱαγμα πελεκοειδει σχηματι. και ἀνωτεϱω μεν αὐτȣ κυκλον βϱαχυν ἐχομενον τȣ μειζονος των πϱοτεϱων, ἐγγεγϱαμμενην ἐχοντα ἀγαπην· κατωτεϱω δε ἐχομενον τȣ κυκλȣ, γεγϱαμμενην ἐχοντα ζωην. τα δε δευτεϱῳ κυκλῳ ἐνεγεγϱαπτο, πεϱιπεπλεγμενῳ και ἐμπεϱιειληφοτι ἀλλους δυο κυκλȣς, και ἀλλο σχημα ῥομβοειδες, σοφιας πϱονοιαν. και ἐνδον μεν της κοινης αὐτων τομης, σοφιας φυσις. ἀνωτεϱω δε της κοινης αὐτων τομης κυκλος ἦν, ἐν ᾧ ἐπεγεγϱαπτο γνωσις· κατωτεϱω δε ἀλλος, ἐν ᾧ ἐπεγεγϱαπτο συνεσις. και ταυτα δε παϱειληφαμεν εἰς τον κατα Κελσȣ λογον, ἱνα παϱαςησωμεν τοις ἐντυγχανουσι, τϱανοτεϱον ἐκεινȣ ἐγνωκεναι, και ȣ̓κ ἐκ παϱακȣσματων, τα και ὑφ' ἡμων κατηγοϱȣμενα. εἰ δε και ὑπισχνουνται οἱ ἐπι τοις τοιȣτοις σεμνυνομενοι μαγικην τινα γοητειαν, και τȣτ' ἐςιν αὐτοις το της σοφιας κεφαλαιον· ἡμεις μεν ȣ̓ διαβεβαιȣμεθα, ȣ̓δε γαϱ ἱςοϱησαμεν το τοιȣτον. Κελσος δ' ἀν εἰδειη, ὁ πολλακις ἠδη ἀλους ψευδομαϱτυϱιων και ἀλογων κατηγοϱιων, ποτεϱον και ἐν τȣτοις ψευδεται, ἠ τι πεϱι τινων ξενων και ἀλλοτϱιων της πιςεως τοιȣτον καταλαβων ἐξεθετο ἐν τῳ ἑαυτȣ συγγϱαμματι.

Εἰτα πϱος τȣς χϱωμενους, φησι, μαγειᾳ τινι και γοητειᾳ, και καλουντας ὀνοματα βαϱβαϱικα δαιμονι-

quaſi tamen ad alios pertinerent. *Neque hoc illorum*, inquit, *minus admirandum eſt, quod inter altiores illos circulos, qui ſupra cœlos ſunt, inſcripta quædam viſuntur, quæ interpretari ſolent, & præſertim duo illa verba*, majus & minus, *quorum unum ad patrem, alterum ad filium referunt.* Equidem in illo Diagrammate majorem & minorem circulum vidi, duorum diametro inſcriptum erat, *Pater & Filius*. Præterea inter majorem circulum, in quo minor ductus fuerat, & alium ex duobus conſtantem, quorum alter flavus extra, alter cæruleus intra erat, pictum quaſi ſeptum fuerat ſecuris ſpecie. Supra iſtud circulus exiguus circulum prioribus majorem tangebat cum hac inſcriptione, CARITAS: infra vero alter eundem circulum tangens inſcriptum habebat, VITA: in ſecundo circulo ex lineis inſertis conflato & alios duos circulos quandamque Rhombi figuram complectente inſcriptum legebatur, SAPIENTIÆ PROVIDENTIA; & in communi eorum ſectione, SAPIENTIÆ NATURA. Supra communem eorum ſectionem erat & alter circulus in quo ſcriptum erat, SCIENTIA; & infra alius in quo inſcriptum erat, INTELLIGENTIA. Atque in his immorati ſumus, data a Celſo occaſione, ut lectores cognoſcerent, quæ & nos ipſi vituperamus, ea nobis magis, quam illi, explorata eſſe; non vero ex inanibus accepta rumoribus. An autem ii, qui hujusmodi nugas laudi ducunt, quasdam etiam magicas profiteantur artes, an eorum hæc ſit ſapientiæ ſumma, id non affirmo, ſiquidem nihil unquam ſimile deprehendi: viderit Celſus, qui mendacii jam ſæpius abſurdarumque calumniarum convictus eſt, num hic etiam mentiatur, num vero id quod in ſuo ſcripto expoſuit, revera de quibusdam a noſtra fide alienis invenerit.

39. Poſt hæc de iis loquens, qui magicas artes adhibent atque præſtigias, barbarisque quosdam dæ-

mones

τινων, τοιαυτα· ὅτι ὁμοιον ὑτοι πραττουσι τοις ἐπι τοις αὑτοις ὑποκειμενοις τερατευομενοις προς τυς μη εἰδοτας ἀλλα μεν αὐτων εἶναι τα ὀνοματα παρ' Ελλησιν, ἀλλα δε παρα Σκυθαις. εἰτ' ἐκτιθεται ἀπο Ηροδοτυ λαβων, ὡς τον μεν Απολλωνα Γογγοσυρον καλυσι Σκυθαι, τον δε Ποσειδωνα Θαγιμασαδα, την δ' Αφροδιτην Αργιμπαταν, Εςιαν δε Ταβιτι· ἐξετασει δε ὁ δυναμενος, μη πη και περι τυτων συν Ηροδοτῳ ὁ Κελσος ψευδεται· ἀτε μη ἐπιςαμενων Σκυθων τα αὐτα Ελλησιν ὑποκειμενα περι των νομιζομενων θεων. ποια γαρ πιθανοτης, τον Απολλωνα Γογγοσυρον παρα Σκυθαις καλεισθαι; ὐ γαρ ἡγυμαι, ὅτι μεταλαμβανομενος εἰς Ελλαδα φωνην ὁ Γογγοσυρος την ἐτυμολογιαν παριςησι τυ Απολλωνος· ἡ ὁ Απολλων εἰς την Σκυθων διαλεκτον, τον Γογγοσυρον σημαινει· ὑπω δε ὐδε περι των λοιπων ταὐτον τι ῥει· ἀπ' ἀλλων γαρ ὁρμωμενοι Ελληνες πραγματων και ἐτυμολογιων, ὑτως ὠνομασαν τυς παρ' ἑαυτοις νομιζομενυς θευς· ἀπ' ἀλλων δε Σκυθαι· ὑτω δε και ἀπ' ἀλλων μεν Περσαι· ἀπ' ἀλλων δε Ινδοι, ἡ Αιθιοπες, ἡ Λιβυες· ἡ ὁπως φιλον ἑκαςοις ὀνομαζειν, μη μενασιν ἐπι της πρωτης και καθαρας ἐννοιας τυ των ὁλων δημιουργυ. αὐταρκως δ' ἡμιν εἰρηται και ἐν τοις προ τυτων, βυλομενοις παραςησαι μητ' αὐτον εἰναι Σαβαωθ, ἡ Δια· ὁτε και περι των διαλεκτων τι ἀπο των θειων παρετιθεμεθα γραμματων. ἑκοντες ὑν ὑπερβαινομεν ταυτα, ἐν οἱς ἐπι ταυτολογιαν ἡμας ὁ Κελσος καλει. εἰτα, παλιν φυρων τα ἀπο της μαγικης γοητειας και προσαπτων ταχα μεν ὐδενι, τῳ μη εἰναι τυς μαγγανευοντας, προφασει της κατα τον χαρακτηρα τυτον θεοσεβειας, ταχα δε τισι και προς τυς εὐεξαπατητυς χρωμενοις τοιυτοις, ἱνα δοκοιεν θεια δυναμει τι ποιειν, ἐκτιθεται τινα, λεγων· τι με δει καταριθμειν ὁσοι καθαρμυς ἐδιδαξαν, ἡ λυτηριους ᾠδας, ἡ ἀποπομπιμυς φωνας, ἡ ἐκτυπυς, ἡ δαιμονιυς σχηματισμυς, ἐσθητων, ἡ ἀριθμων, ἡ λιθων, ἡ φυτων, ἡ ῥιζων, και ὁλως παντοδαπων χρηματων παντοια ἀλεξιφαρμακα; περι ὡν ὐκ ἀπαιτει ἡμας

ἀπολογη-

mones vocant nominibus, illos ait ſimile quid facere ac illi, qui iiſdem de rebus mirifica quædam facere videntur coram iis, qui neſciunt earum alia eſſe nomina apud Græcos, alia apud Scythas. Deinde hæc adducit ex Herodoto, *Apollinem a Scythis vocari Gongoſyrum; Neptunum, Thagimaſaden; Venerem, Argimpaſam; Veſtam, Tabiti.* Quærent harum rerum periti an non hic etiam Celſus cum Herodoto mentiatur. Neſciunt enim Scythæ, utrum ii quos deos putant, iidem ſint apud Græcos. Quæ enim probabilitas eſt Apollinem a Scythis Gongoſyrum appellari? Non enim arbitror ex Gongoſyro, ſi græcam in linguam verteretur, deduci poſſe etymologiam Apollinis, aut Apollinem Scythica lingua idem ſignificare ac Gongoſyrum. Necdum idem de reliquis dico. Alia enim ex cauſa Græci & ex alia origine deorum ſuorum nomina derivarunt, ex alia Scythæ, ex alia Indi, ex alia Æthiopes, aut Afri, aut quicumque, relicta prima & pura conditoris notione, ſuis diis nomina pro libitu indiderunt. Verum de his jam ſupra ſatis a nobis dictum eſt: nempe ubi probavimus non eumdem eſſe Sabaoth & Jovem; & ubi nonnulla de linguarum diverſitate ex ſacris ſcripturis obſervavimus. Lubens igitur hæc prætermitto, in quibus Celſum ſequi non poſſem, quin jam dicta repeterem. Deinde rurſus magicas præſtigias nobis occinit, easque fortaſſe nemini tribuit; cum ſit nemo, qui in religione qualem aggreditur, hujusmodi artem exerceat: aut fortaſſe reſpicit ad eos, quibus ſolemne eſt hoc artificio uti coram ſimplicibus, ut quædam divina poteſtate efficere videantur. Hæc vero ſunt ejus verba: *Quid opus eſt ut commemorem illos omnes, qui aut expiationes, aut carmina vocesque pellendis arcendisque incommodis idoneas, aut formas effigiesque dæmonum facere, aut varia amoliendis veneficiis remedia in veſtibus, in numeris, in lapidibus, in plantis, in radicibus, in cujusvis denique ge-*

ἀπολογησασθαι το εὐλογον· ἀτε ἐδε κατα ποσον ἐνεχομενους τοιαυταις ὑπονοιαις.

Μετα ταυτα παραπλησιον τι ποιειν μοι δοκει τοις δια πολλην την προς χριςιανους ἀπεχθειαν διαβεβαιεμενοις προς τες μηδαμως εἰδοτας τα χριςιανων, ὁτι ἀρα τη πειρᾳ κατειληφε χριςιανες ἐσθιοντας σαρκας παιδιων, και μιξεσι ταις προς τας παρ' αὐτοις γυναικας ἀνεδην χρωμενες. ὡς γαρ ταυτα λεγομενα, ἠδη και ὑπο των πολλων, και παντη ἀλλοτριων της καθ' ἡμας θεοσεβειας, καταγιγνωσκεται ὡς κατεψευσμενα χριςιανων· ἑτως εὑρεθειη ἀν και τα τοιαυτα τῳ Κελσῳ κατεψευσμενως εἰρημενα, ἐν οἱς ἐφησεν ἑωρακεναι παρα τισι πρεσβυτεροις, της ἡμετερας δοξης τυγχανεσι, βιβλια βαρβαρα, δαιμονων ὀνοματα ἐχοντα, και τερατειας· και ἐφασκε, τετες τες δηθεν πρεσβυτερες της ἡμετερας δοξης ἐδεν μεν χρηςον ὑπισχνεισθαι, παντα δ' ἐπ' ἀνθρωπων βλαβαις. και εἰθε παντα τα ὑπο Κελσε κατα χριςιανων λεγομενα τοιαυτα ἠν, ἱν' ὑπο των πλειςων ἐλεγχηται, πειρᾳ καταλαβοντων τα τοιαυτα εἰναι ψευδη, ἐκ τε και συμβεβιωκεναι χριςιανων τοις πλειςοις; και μηδεν τοιετο περι αὐτων μηδ' ἀκηκοεναι.

Μετα ταυτα, ὡσπερει ἐπιλαθομενος ὁτι κατα χριςιανων αὐτῳ προκειται γραφειν, φησι, Διονυσιον τινα, μουσικον Αἰγυπτιον συγγενομενον αὐτῳ, εἰρηκεναι περι των κατα την μαγειαν, ὁτι προς ἀπαιδευτες μεν αὐτη δυναται, και προς διαφθαρεντας τα ἠθη· προς δε τες φιλοσοφησαντας, ἐδεν οἱα τε ἐςιν ἐνεργειν, ἀτε της ὑγιεινης διαιτης προνοησαμενες. εἰ μεν ἐν προεκειτο περι μαγειας νυν ἡμιν διαλαβειν, κἀν προσεθηκαμεν οἱς ἀνωτερω περι αὐτης εἰρηκαμεν εἰς τετο ὀλιγα· ἐπει δε τα ἐπικαιροτερα χρη λεγειν προς το Κελσε συγγραμμα, περι μαγειας φαμεν, ὁτι ὁ βελομενος ἐξετασαι, ποτερον ποτε και φιλοσοφοι ἁλωτοι εἰσιν αὐτη, ἠ μη, ἀναγνωτω τα γεγραμμενα Μοιραγενει των Ἀπολλωνιε τε Τυανεως μαγε και φιλοσοφε ἀπομνημονευματων· ἐν οἱς ὁ μη χριςιανος

neris rebus invenire docuerunt? Quas criminationes non poſtulat recta ratio ut refellamus; cum horum criminum in nos ne leviſſima quidem ſuſpicio conveniat.

40. In iis, quæ Celſus addit, mihi videtur illis ſimilis, qui infenſo adverſus Chriſtianos odio affirmant coram hominibus religionis Chriſtianæ ignaris, Chriſtianos ab ipſis deprehenſos fuiſſe, dum carnibus infantulorum veſcerentur & cum fœminis promiſcue ſine pudore rem haberent. Ut enim jam compertum eſt multis iiſque a noſtra religione prorſus alienis hujusmodi calumnias confictas eſſe: ſic etiam falſi convinceretur id quod refert Celſus, *vidiſſe ſe apud quosdam noſtræ religionis presbyteros libros barbaros, in quibus dæmonum nomina & præſtigiæ videbantur.* Quibus ſubdit *illos noſtri cultus presbyteros nihil boni, nihil niſi in hominum perniciem polliceri.* Utinam his ſimilia eſſent omnia, quæ contra Chriſtianos a Celſo dicta ſunt. Tum enim plerique re ipſa experti intelligerent mera eſſe mendacia; quippe qui nihil de hujusmodi rebus audierunt, licet cum Chriſtianis ſocietatem habuerint.

41. Poſtea tanquam oblitus ſe contra Chriſtianos agere; *Audivi*, inquit, *ex Dionyſio quodam muſico Ægyptio mecum verſante, magicam artem aliquid poſſe in ignaros & corruptis moribus homines; in philoſophos autem, qui ſalubri victus ratione utuntur, nihil habere virium.* Hic ſi de arte magica differendi conſilium eſſet, iis quæ jam de illa dixi addere nonnulla poſſem: ſed præſtat in iis inſiſtere quæ propius ad Celſi ſcriptionem pertinent. Qui ſcire voluerit poſſit-ne quid an nihil in philoſophos ars magica, legat is editas ab Mœragene res Apollonii Tyanei magi ſimul & philoſophi memorabiles. Mœragenes autem ille non Chriſtianus, ſed philoſophus erat. Refert tamen plurimos nec ignobiles philoſophos magica Apollonii arte cap-

ἀλλα φιλοσοφος ἐφησεν ἁλωναι ὑπο της ἐν Απολλωνιῳ μαγειας ἐκ ἀγεννεις τινας φιλοσοφες, ὡς προς γοητα αὐτον εἰσελθοντας· ἐν οἱς, οἰμαι, και περι Ευφρατε πανυ διηγησατο, και τινος Επικερειε. διαβεβαιεμεθα δε ἡμεις, και τη πειρα παραλαβοντες, ὁτι οἱ κατα χριςιανισμον δια τε Ιησε τον ἐπι πασι θεραπευοντες θεον, και βιουντες κατα το εὐαγγελιον αὐτε, ταις προςαχθεισαις τε εὐχαις συνεχεςερον και δεοντως νυκτος και ἡμερας χρωμενοι, ὑτε μαγεια, ὑτε δαιμονιοις εἰσιν ἁλωτοι. ἀληθως γαρ παρεμβαλει ἀγγελος κυριε κυκλῳ των φοβεμενων αὐτον, και ῥυσεται αὐτες ἀπο παντος κακε· και οἱ ἀγγελοι των ἐν τη ἐκκλησια μικρων, και τεταγμενοι εἰς το προϊςαθαι αὐτων, δια παντος λεγονται βλεπειν το προσωπον τε ἐν ὐρανοις πατρος· ὁ, τι ποτ' ἐςι το προσωπον, και ὁ, τι ποτ' ἐςι το βλεπειν.

Εξης δε τουτοις ἀπο ἀλλης ἀρχης ὁ Κελσος τοιαυτα φησι καθ' ἡμων, σφαλλονται δε ἀσεβεςατα ἀττα και περι τηνδε την μεγιςην ἀγνοιαν ὁμοιως ἀπο θειων αἰνιγματων πεπλανημενην, ποιουντες τῳ θεῳ ἐναντιον τινα, διαβολον τε, και γλωττη Εβραια Σαταναν ὀνομαζοντες τον αὐτον. ἀλλως μεν ὐν παντελως θνητα ταυτα, και ὐδ' ὁσια λεγειν, ὁτι δη ὁ μεγιςος θεος, βελομενος τι ἀνθρωποις ὠφελησαι, τον ἀντιπρασσοντα ἐχει, και ἀδυνατει. ὁ τε θεε παις ἀρα ἡτταται ὑπο τε διαβολε· και κολαζομενος ὑπ' αὐτε, διδασκει και ἡμας των ὑπο τετε κολασεων καταφρονειν, προαγορευων, ὡς ἀρα ὁ Σατανας και αὐτος ὁμοιως φανεις ἐπιδειξεται μεγαλα ἐργα και θαυμαςα, σφετεριζομενος την τε θεε δοξαν· οἱς ὐ χρηναι προσεχειν βεληθεντας ἀποτρεπεθαι ἐκεινον, ἀλλα μονῳ πιςευειν ἑαυτῳ. ταυτα μεν γε ἐςιν ἀντικρυς ἀνθρωπε γοητος, ἐργολαβουντος και προφυλαττομενε τες ἀντιδοξουντας τε και ἀνταγειροντας. εἰθ' ἑξης τετοις ἐκτιθεθαι βελομενος τα αἰνιγματα, ὡν οἰεται παρακηκοοτας ἡμας τα περι τε Σατανα εἰσαγειν, φησι θειον τινα πολεμον αἰνιττεθαι τες παλαιους, Ηρακλειτον μεν λεγοντα ὡδε, εἰ δε χρη τον πολεμον ἐοντα ξυνον, και δικην ἐρειν· και

γινο-

tos fuiſſe & ad eum quaſi ad incantatorem ventitaſſe. Inter alios de Euphrate, opinor, mentionem facit & de quodam Epicureo. Id nos uti propria experientia compertum affirmamus, nihil eſſe quod ab arte magica aut dæmoniis metuant ii, qui religionis Chriſtianæ cultores Deum rerum omnium per Jeſum venerantur, ex Evangelio vitam exigunt & præſcriptas preces diu noctuque frequentius & qua par eſt reverentia adhibent. Vere enim *caſtrametabitur Angelus Domini in circuitu timentium eum & eos eripiet ab omni malo:* Et Angeli qui in Eccleſia parvulis tuendis invigilant, dicuntur faciem patris qui in cœlis eſt videre; quidquid ſit id, quod per faciem illam & per intuitum illum intelligere oporteat.

42. Deinde Celſus hæc alio ex capite ducta ſubjicit: *Sunt illorum alii quidam errores impii, decipiente eos ſumma, in qua verſantur, divinorum ænigmatum ignorantia: fingunt videlicet quemdam Deo adverſarium & diabolum quem Hebraïce Satanam appellant. Omnino mortalium iſtud eſt, immo impium, Deum maximum ab adverſario impediri, quominus pro arbitrio proſit hominibus. Ergo Dei filius a diabolo ſuperatur, & quas ab illo moleſtias patitur, iis nos docet ortas nobis ab illo moleſtias contemnere: atque idcirco nos admonet venturum quoque eſſe Satanam, resque magnas illum & admirabiles effecturum, ſibique Dei gloriam uſurpaturum: ſed nullam horum prodigiorum rationem ab iis eſſe habendam, qui illum removere voluerint; ſed ſibi ſoli eſſe credendum. Hæc certe impoſtoris ſunt operoſe caventis, ne quis alius contraria ſentiat ſibique plebem conciliet.* Ac mox indicare volens ænigmata illa, unde nos putat hauſiſſe perperam quæ de Satana docemus: *Veteres*, inquit, *de divino quodam bello obſcure involuteque ſcripſerunt: ut Heraclitus, cujus ſunt hæc:* „ſi dicendum eſt commune quoddam bel„lum & litem eſſe, omniaque ex diſcordia gigni &

γινομενα παντα κατ' ἐριν και χρεωμενα· Φερεκυδην δε, πολλῳ ἀρχαιοτερον γινομενον Ηρακλειτου, μυθοποιϊαν στρατειαν στρατειᾳ παραταττομενην, και της μεν ἡγεμονα Κρονον διδοναι, της ἑτερας δε Οφιονεα, προκλησεις τε και ἁμιλλας αὐτων ἱστορει· συνθηκας τε αὐτοις γιγνεσθαι, ἱν' ὁποτεροι αὐτων εἰς τον Ωγηνον ἐμπεσωσι, τουτους μεν εἶναι νενικημενους, τους δ' ἐξωσαντας και νικησαντας τουτους ἐχειν τον οὐρανον· τουτου δε βουληματος φησιν ἐχεσθαι και τα περι τους Τιτανας και Γιγαντας μυστηρια, θεομαχειν ἀπαγγελλομενους· και τα παρ' Αἰγυπτιοις περι Τυφωνος, και Ωρου, και Οσιριδος· εἶτ' ἐκθεμενος τα τοιαυτα, και μη παραμυθησαμενος τινα τροπον ἐκεινα μεν λογου ἐχεται κρειττονος, ταυτα δε ἐστιν ἐκεινων παρακουσματα, διαλοιδορειται ἡμιν, λεγων, μη εἶναι ἐκεινα ὁμοια τοις περι διαβολου δαιμονος, ἢ ὁπερ φησιν ἀληθεστερον ἀνθρωπου γοητος ἀντιδοξουντος. οὑτω δ' ἀκουει και Ομηρου, ὡς τα παραπλησια τῳ Ηρακλειτῳ, και Φερεκυδῃ, και τοις τα περι Τιτανας και Γιγαντας μυστηρια εἰσαγουσιν, αἰνισσομενου ἐν τουτοις του Ηφαιστου προς την Ηραν τοις λογοις φασκοντος.

Ηδη γαρ με και ἀλλοτ' ἀλεξεμεναι μεμαωτα
Ριψε ποδος τεταγων ἀπο βηλου θεσπεσιοιο.

και τοις του Διος προς την Ηραν οὑτως,

Η οὐ μεμνῃ ὁτε τ' ἐκρεμω ὑψοθεν· ἐκ δε ποδοιϊν
Ακμονας ἡκα δυω, περι χερσι δε δεσμον ἰηλα
Χρυσεον, ἀῤῥηκτον· συ δ' ἐν αἰθερι και νεφεληισιν
Εκρεμω. ἠλαστεον δε θεοι κατα μακρον ὀλυμπον,
Λυσαι δ' οὐκ ἐδυναντο παραστᾳδον· ὃν δε λαβοιμι
Ριπτασκον τεταγων ἀπο βηλου, ὀφρ' ἀν ἱκηται
Γην ὀλιγηπελεων. —

και

„ adminiſtrari:" *& Pherecydes Heraclito longe antiquior in fabula exercitum exercitui adverſum exhibet, quorum unius Saturnum, alterius Ophioneum ducem facit. Provocationes narrat & prælia, pacta etiam, nempe utervis primus in Oceanum caderet, illum pro victo habitum iri; utervis vero alterum pepuliſſet & viciſſet, illum cœlos occupaturum. In eamdem ſententiam accipienda eſſe ait Titanum Gigantumque adverſus deos pugnantium myſteria, uti & quæ de Typhone, Horo, & Oſiride Ægyptii fabulantur.* Hæc poſtquam commemoravit, nec expoſuit tamen quo modo ſublimiorem ſenſum habeant, illaque male intellexerimus, nobis convitiari pergens: *Hæc non ſunt*, inquit, *cujusmodi commenta illa de diabolo dæmone, aut* (quod verius dicit) *impoſtore qui contraria docet.* Sic & Homerum interpretatur, quaſi eadem fere ac Heraclitus, Pherecydes, & myſteriorum de Titanibus Gigantibusque auctores, indicaret iſtis Vulcani ad Junonem verbis:

Jam enim me & alias juvare ſtudentem
Dejecit pede prehenſum de limine divino.

& in his Jovis ad Junonem:

An non meminiſti quando pependiſti ab alto, a pedibus autem
Incudes demiſi duas, circum manus autem vinculum miſi
Aureum, infrangibile; tu autem in æthere & nubibus
Pependiſti, indignabantur autem dii per excelſum Olympum:
Solvere autem non poterant circumſtantes: quemcumque prehenderem
Projiciebam correptum de limine divino, donec perveniret
In terram vix ſpirans.

65. Cum de Deo Celſus dicit, *Ex illo omnia*, evertit neſcio quomodo ſua ipſe principia. Noſter vero Paulus: *Ex ipſo*, inquit, *& per ipſum*, *& in ipſum ſunt omnia:* ubi hæ voces *ex ipſo* ſignificant ipſi acceptum referri quod ſint res omnes; *per ipſum*, eas ab illo conſervari; *in ipſum*, eum eſſe finem. Vere autem Deus a nullo eſt. Quod autem addit *Deum ne verbo quidem eſſe comprehenſibilem;* id diſtinguendum eſſe cenſeo. Nam ſi de verbo quod in nobis eſt, ſive interiori, ſive de eo quod profertur, ſermo fiat; fatebimur & nos Deum comprehenſibilem non eſſe verbo. Sin autem conſiderantes iſtud: *In principio erat Verbum & Verbum erat apud Deum, & Deus erat*

ἀν αὐτος ἀποκαλυψῃ τον πατερα, ψευδοποιησομεν την Κελσου λεξιν, φασκοντος, ουδε λογῳ εφικτος εςιν ὁ Θεος. και το, ουκ ονομαςος δε, διαςολης δειται. ει μεν γαρ, ὁτι ουδεν των εν λεξεσι και σημαινομενοις δυναται παραςησαι τας ιδιοτητας του Θεου, αληθες εςι το λεγομενον· ει γε και πολλαι ποιοτητες ουκ εισιν ονομαςαι. τις γαρ δυναται ονομασι διαφοραν δουναι ποιοτητος γλυκυτητος φοινικος, και γλυκυτητος ισχαδος; τις δε ονοματι δυναται διαςειλασθαι και παραςησαι την εκαςου ιδιαν ποιοτητα; ουδεν ουν θαυμαςον, ει ουκ εςιν ουτως ονομαςος ὁ Θεος. ει δε το ονομαςον λαμβανεις καθο οἱον τε εςιν ονομασι παραςησαι τι των περι αυτου εις το χειραγωγησαι τον ακροατην, και ποιησαι νοησαι περι Θεου, κατα το εφικτον τῃ ανθρωπινῃ φυσει, τινα των περι αυτου· ουδεν ατοπον λεγειν αυτον ονομαςον. ουτω δε διαςιλουμεθα και το, ουδεν γαρ πεπονθεν ονοματι καταληπτον. αληθες δε και το εξω παντος παθους ειναι τον Θεον· και ταυτα μεν ταυτῃ.

Ιδωμεν δε και την εξης αυτου λεξιν, δι᾽ ἡς οἱονει προσωποποιειται τινα, μετα το ακουσαι τουτων, τοιαυτα λεγοντα, πως ουν γνω τον Θεον; και πως την εκεισε ὁδον μαθω; και πως αυτον μοι δεικνυεις; ὡς νυν γε σκοτον μου των οφθαλμων προβαλλεις, και ουδεν εναργες βλεπω. ειτα προς τον ουτως επαπορησαντα οἱονει αποκρινεται, και την αιτιαν του σκοτοτων οφθαλμων κατακεχυσθαι του ειποντος τα προειρημενα αποδιδοναι νομιζει, φασκων, οὑς αν τις εις λαμπρον φως εκ σκοτους προαγαγῃ, τουτους, μη δυναμενους αντεχειν ταις μαρμαρυγαις, κολαζεσθαι την οψιν, και βλαπτεσθαι, και νομιζειν πηρουσθαι. και προς ταυτα δε φησομεν, καθησθαι μεν εν σκοτῳ, και ιδρυσθαι εν αυτῳ παντας, τους εις τας των ζωγραφων, και πλαςων, και ανδριαντοποιων ενορωντας κακοτεχνιας, μη βουλομενους δ᾽ αναβλεψαι και αναβηναι

τῳ

Verbum, affirmaverimus huic Verbo comprehenſibilem eſſe Deum, nec ab illo ſolum comprehendi, ſed etiam ab iis, quibus patrem revelaverit: falſi convincemus quod ait Celſus, Deum ne Verbo quidem comprehenſibilem eſſe. Diſtingui etiam oportet iſtud, *Deum nominari non poſſe.* Nam ſi intelligit verba aut res verbis ſignificatas non eſſe, quæ Dei proprietates repræſentent, verum dicit: ſi quidem multæ quoque ſunt qualitates quæ verbis exprimi non poſſunt. Quis enim verbis exprimat diſcrimen quod intereſt dulcedinem palmulæ inter & dulcedinem caricæ? Quo nomine diſtinguas & ſignifices propriam rei cujusque qualitatem? Nihil ergo mirum Deum nominari non poſſe. Si autem velis *nominare* nihil eſſe aliud, quam aliquas virtutes ejus verbis indicare, ut auditor ad quidpiam de illis cognoſcendum quantum humanæ naturæ licet, adjuvetur, non abſurdum fuerit dicere illum nominari poſſe. Diſtinguimus & iſtud: *In eum enim nullus affectus cadit qui verbis exprimi poſſit.* Verum enim eſt nullos in Deum affectus convenire. Sed de his dicta ſufficiant.

66. Jam videamus quæ ſequuntur, ubi quempiam, his auditis, ſic interrogantem inducit: *Quomodo igitur Deum cognoſcam? Quomodo viam ad illum diſcam? Quomodo eum mihi monſtrabis. Tenebras oculis meis offundis, & nihil diſtinctum cerno.* Deinde reſpondet, & cauſam attuliſſe ſibi videtur cur tenebris circumfundantur oculi ejus, qui modo interrogabat: *Quos e tenebris*, inquit, *in ſplendidam lucem tranſtuleris, ii, quum ſplendorem ſuſtinere non poſſint, lædi viſum & labefactari, atque cæcari ſe exiſtimant.* Ad hæc nos reponimus, ſedere & hærere in tenebris quicumque, pictorum, fictorum, ſculptorumque malis operibus intenti, nolunt ſurſum oculos tollere & a rebus omnibus quæ ſub ſenſum cadunt animo ad hujus univerſitatis conditorem qui lux eſt, aſcendere; in luce autem eſſe

τῳ νῳ ἀπο ὁρατων και παντων αἰϑητων ἐπι τον ὁλων δημιυργον, ὁς ἐςι φως, ἐν φωτι δε τυγχανειν παντα, τον ταις τυ λογυ αὐγαις ἀκολυϑησαντα, δειξαντος ἀφ' ὁσης ἀγνοιας και ἀσεβειας και της περι το ϑειον ἀμαϑιας ταυτα ἀντι τυ ϑευ προσεκυνειτο· και χειραγωγησαντος τον τυ βυλομενυ σωζεσϑαι νουν προς τον ἀγεννητον και ἐπι πασι ϑεον. λαος γαρ ὁ καϑημενος ἐν σκοτιᾳ, ὁ των ἐϑνων, φως ειδε μεγα· και τοις καϑημενοις ἐν χωρᾳ και σκιᾳ ϑανατυ φως ἀνετειλεν, ὁ ϑεος Ιησυς. ὐδεις ἐν χριςιανος ἀποκρινεται τῳ Κελσῳ, ἡ τινι των κατηγορουντων τυ ϑειυ λογυ. φασκων, πως γνω τον ϑεον; ἑκαςος γαρ αὐτων, ὡς ἐγχωρει, ἐγνω τον ϑεον. και ὐδεις φησι, πως την ἐκεισε ὁδον μαϑω; ἀτε ἀκουσας τυ ειποντος, ἐγω εἰμι ἡ ὁδος, και ἡ ἀληϑεια, και ἡ ζωη· και γευσαμενος ἐν τω ὁδευειν της ἀπο τυ ὁδευειν ὠφελειας. και ὐδεις ἀν χριςιανων λεγοι Κελσῳ, πως μοι δεικνυεις τον ϑεον;

Τυτο δε ἐν τοις προκειμενοις ὁ Κελσος ειπεν ἀληϑες, ὁτι ἀκυσας τις αὐτυ των λογων ἀποκρινεται, ἰδων δ' ὁτι λογοι σκοτους εἰσιν οἱ λογοι αὐτυ, ὁτι σκοτος μυ των ὀφϑαλμων προβαλλεις. Κελσος μεν ὐν και οἱ παραπλησιοι αὐτῳ προβαλλειν σκοτον των ὀφϑαλμων ἡμων ϑελυσιν· ἡμεις δε τῳ φωτι τυ λογυ ἐξαφανιζομεν το σκοτος των ἀσεβων δογματων. εἰποι δ' ἀν ὁ χριςιανος προς Κελσον, ὐδεν ἐναργες ἡ ἀληϑες. λεγοντα, το, ὐδεν ἐναργες βλεπω ἐν τοις σοις λογοις. ὐκ ἐκ σκοτυ τοινυν εἰς λαμπρον φως προαγει ἡμας ὁ Κελσος· ἀλλα βυλεται ἐκ φωτος μετας ησαι εἰς σκοτον τιϑεις το σκοτος εἶναι φως, και το φως σκοτος, και ὑποκειμενος τῳ καλως εἰρημενῳ ὑπο Ησαϊυ τον τροπον τυτον, οὐαι οἱ τιϑεντες το σκοτος φως, και το φως σκοτος. ἀλλ' ἡμεις, ἀνοιξαντος τυ λογυ τυς ὀφϑαλμυς της ψυχης ἡμων, ὁρωντες διαφοραν φωτος και σκοτυς, ἐν φωτι μεν παντι τροπῳ ἱςασϑαι προαιρυμεϑα, τῳ δε σκοτῳ ὐδαμως προσιεναι βυλομεϑα. ἐμψυχον δε τυγχανον το ἀληϑινον φως ἐπιςαται, τινι μεν δεικτεον ἐςαι τας μαρμαρυγας, τινι δε φως· ὐ παριςαντος αὐτυ την λαμπροτητα ἑαυτυ, δια την ἐτι ἐνυπαρχουσαν ἀϑενειαν

omnes, qui Verbi radios ſequuntur, a quo didicerunt quanta ignorantia, quanta impietas, quantaque ſtupiditas fuerit, neglecto Deo, res hujusmodi adorare; & a quo mens volentis ſalutem conſequi, ad increatum & ſummum Deum perducitur. *Populus enim* gentium *qui ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam, & ſedentibus in loco & umbra mortis lux orta eſt*, Deus Jeſus. Nemo igitur Chriſtianus reſponderit Celſo aut ulli ex doctrinæ Chriſtianæ calumniatoribus, *Quomodo Deum cognoſcam?* ſinguli enim eorum, quantum licet, Deum cognoſcunt. Neque ullus dixerit, *Quomodo viam ad illum diſcam?* quippe qui audivit, *Ego ſum via, veritas & vita*, eundoque expertus eſt quænam hinc percipiatur utilitas. Nec quisquam e Chriſtianis a Celſo quæſierit, *Quomodo mihi monſtrabis Deum?*

67. Hoc autem vere ſupra dixit Celſus, aliquem, poſtquam ipſum ſic loquentem audiit viditque ipſius dicta meras eſſe tenebras, reſpondere: *Tenebras oculis meis offundis.* Celſus igitur ejusque ſimiles quærunt noſtris oculis tenebras offundere: ſed nos impiorum dogmatum tenebras Verbi lumine diſſipamus. Chriſtianus enim Celſo nihil perſpicuum, nihil verum dicenti reponet: *Nihil in tuis ſermonibus diſtinctum video.* Non ergo nos *e tenebris in ſplendidam lucem* producit Celſus; ſed e luce in tenebras nos transferre vult: quandoquidem ponit tenebras eſſe lucem & lucem tenebras, ſicque damnatur hac præclara Iſaïæ ſententia: *Væ qui ponitis tenebras lucem & lucem tenebras.* Nos vero, Verbo oculos animæ noſtræ aperiente, lucis a tenebris diſcrimen videntes, in lumine ſtare omni ſtudio contendimus nullamque volumus cum tenebris ſocietatem habere. Cuinam autem ſplendor, cuinam lux oſtendenda ſit, novit vera illa atque animata lux. Eſt enim cui propter infirmos adhuc oculos ſplendorem ſuum non detegat. Quod ſi *alicujus viſus læſus atque labefactatus* dicendus

νειαν τοις ὀφθαλμοις ἐκεινȣ. εἰ δ' ὁλως χρη λεγειν κολαζεσθαι και βλαπτεσθαι ὀψιν· τινος ἀν ἀλλȣ φησομεν τȣς ὀφθαλμȣς ταυτα πασχειν, ἢ τȣ ὑπο της περι θεȣ ἀγνοιας συνεχομενȣ, και τȣ ὑπο των παθων ἐμποδιζομενȣ βλεπειν ἀληθειαν; χριςιανοι μεν ȣν ȣδαμως νομιζουσι πηρουσθαι ὑπο των Κελσȣ ἢ τινος ἀλλοτριȣ θεοσεβειας λογων. οἱ δ' αἰσθανομενοι ἑαυτων πηρȣμενων ὑπο τȣ κατακολȣθειν ὀχλοις πλανωμενων, και ἐθνεσιν ἑορταζοντων δαιμονιοις, προσιτωσαν τῳ χαριζομενῳ ὀφθαλμȣς λογῳ· ἱν', ὁμοιως τοις παρα τῃ ὁδῳ ἐρριμμενοις πτωχοις και τυφλοις ὑπο τȣ Ιησȣ θεραπευθεισι, δια το εἰρηκεναι αὐτῳ, υἱε Δαυιδ, ἐλεησον με, ἐλεηθεντες ἀπολαβωσι τȣς ὀφθαλμȣς καινους και καλους, ὁποιους λογος θεȣ δημιουργησαι ἀν.

Διοπερ ἐαν ἐρηται ἡμας Κελσος, πως οἰομεθα γνωριζειν τον θεον, και πως προς αὐτȣ σωθησεσθαι· ἀποκρινουμεθα, ὁτι ἱκανος ἐςιν ὁ τȣ θεȣ λογος, γενομενος ἐν τοις ζητȣσιν αὐτον, ἢ τοις ἐπιφαινομενον αὐτον παραδεχομενοις, γνωρισαι και ἀποκαλυψαι τον πατερα, προ της παρουσιας αὐτȣ ȣχ ὁρωμενον. τις δ' ἀλλος σωσαι και προσαγαγειν τῳ ἐπι πασι θεῳ δυναται την τȣ ἀνθρωπȣ ψυχην, ἢ ὁ θεος λογος; ὁς ἐν ἀρχῃ προς τον θεον ὠν, δια τȣς κολληθεντας τῃ σαρκι και γενομενȣς ὁπερ σαρξ, ἐγενετο σαρξ, ἱνα χωρηθῃ ὑπο των μη δυναμενων αὐτον βλεπειν καθο λογος ἠν, και προς θεον ἠν, και προς θεον ἠν, και θεος ἠν· και σωματικως γε λαλȣμενος, και ὡς σαρξ ἀπαγγελλομενος, ἐφ' ἑαυτον καλει τȣς ὀντας σαρκα, ἱν' αὐτȣς ποιησῃ πρωτον μορφωθηναι κατα τον λογον, τον γενομενον σαρκα· και μετα τȣτο αὐτους ἀναβιβασῃ ἐπι το ἰδειν αὐτον, ὁπερ ἠν πριν γενηται σαρξ· ὡςε αὐτȣς ὠφεληθεντας, και ἀναβαντας ἀπο της κατα σαρκα εἰσαγωγης, εἰπειν το, εἰ και χριςον ποτε κατα σαρκα ἐγνωκαμεν, ἀλλα νυν ȣκ ἐτι γινωσκομεν. σαρξ ȣν ἐγενετο· και γενομενος σαρξ ἐσκηνωσεν ἐν ἡμιν, ȣκ ἐξω γινομενος ἡμων· σκηνωσας δε και γενομενος ἐν ἡμιν ȣκ ἐμεινεν ἐπι της πρωτης μορφης· ἀλλ' ἀναβιβασας ἡμας ἐπι το

λογικον

eſt, cujuſnam oculos hæc incommoda pati aiemus, præterquam ejus qui ignorantia de Deo laborat, cuique per affectus non licet intueri veritatem? Chriſtiani certe nequaquam ſe putant ab impiis Celſi aut alterius cujuspiam profani ſermonibus occæcari. Qui vero ſe ſentiunt cæcatos, propterea quod plebem errantem genteſque feſtis diebus dæmonia colentes ſequuntur, illi ad Verbum quod oculos largitur accedant: ut, quemadmodum pauperes & cæci in via proſtrati, quia clamaverant, *Fili David, miſerere mei*, a Jeſu ſanati ſunt; ita & ipſi miſericordiam conſecuti oculos recipiant novos, bonos, quales a Dei Verbo formari par eſt.

68. Quapropter ſi Celſus a nobis quæſierit, quomodo Deum cognoſcere putamus & ab illo ſalutem accipere: reſpondebimus Verbum, quod eſt in iis qui ipſum quærunt, aut ipſum, cum ſe manifeſtum facit, accipiunt, ſufficere notificando & revelando Patri, qui, antequam Verbum adveniret, non videbatur. Et quis alius ſalvam facere & ad ſummum Deum perducere humanam animam poteſt, quam Deus Verbum? qui cum eſſet in principio apud Deum, propter eos qui carni agglutinati, immo caro ſunt, factus eſt caro, ut capiatur ab eis, qui videre ipſum non poterant, quatenus Verbum erat, & apud Deum erat, & Deus erat: qui voce corporea uſus & ut caro prædicans, eos ad ſe vocat qui caro ſunt, ut eos, primum Verbo, quod caro factum eſt, conformes reddat, deinde attollat ad videndum ipſum, cujusmodi erat antequam caro fieret: ita ut meliores facti & ſupra hanc ſecundum carnem introductionem evecti, dicant: *Etſi aliquando Chriſtum ſecundum carnem cognovimus, ſed nunc jam non novimus.* Caro igitur factus eſt, & factus caro *habitavit in nobis*, non extra nos factus. Habitans autem & factus in nobis, in prima ſua forma non permanſit, ſed no-

 bis

λογικον ὑψηλον ὀρος, ἐδειξεν ἡμιν την ἐνδοξον μορφην ἑαυτε, και την λαμπροτητα των ἐνδυματων αὐτε· και ἐχ ἑαυτε γε μονε, ἀλλα και τε πνευματικε νομε, ὁς ἐςιν ἐν δοξῃ ὀφθεις μετα Ιησε Μωσης. ἐδειξε δ' ἡμιν και πασαν προφητειαν, ἐδε μετα το ἐνανθρωπησαι ἀποθνησκεσαν, ἀλλ' ἀναλαμβανομενην εἰς ἐρανον, ἡς συμβολον Ηλιας ἡν. ὁ δε ταυτα θεωρησας εἰποι ἀν το, ἐθεασαμεθα την δοξαν αὐτε, δοξαν ὡς μονογενους παρα πατρος· πληρης χαριτος και ἀληθειας. Κελσος μεν ἐν ἰδιωτικωτερον ἀνεπλασεν ἁ οἰεται ἡμας λεξειν προς το πυσμα αὐτε, πως οἰομεθα γνωρισειν τον θεον; και πως σωθησεσθαι προς αὐτε; ἡμεις δε εἰποιμεν ἀν τα προκειμενα.

Πλην φησιν ὁ Κελσος ἡμας ἀποκρινεσθαι εἰκοτι ςοχασμῳ, ὁμολογων ἀναγραφειν ἡμων την ἀποκρισιν ἐτως ἐχεσαν· ἐπειδη ἡ μεγας ἐςι και δυσθεωρητος ὁ θεος, πνευμα ἰδιον ἐμβαλων εἰς σωμα ἡμιν ὁμοιον δευρο κατεπεμψεν, ὡς ἀν δυνηθειημεν ἀκουσαι παρ' αὐτε και μαθειν. ἐ μονος δε μεγας καθ' ἡμας ἐςιν ὁ των ὁλων θεος και πατηρ· μεταδωκε γαρ ἑαυτε και της μεγαλειοτητος τῳ μονογενει και πρωτοτοκῳ πασης κτισεως· ἱν', εἰκων αὐτος τυγχανων τε ἀορατε θεε, και ἐν τῳ μεγεθει σωζῃ την εἰκονα τε πατρος. ἐ γαρ οἰοντ' ἡν εἰναι συμμετρον, ἱν' ἐτως ὀνομασω, και καλην εἰκονα τε ἀορατε θεε, μη και τε μεγεθες παριςασαν την εἰκονα. ἀλλα και ὁ θεος καθ' ἡμας τῳ μεν μη εἰναι σωμα ἀορατος ἐςιν· τοις δε θεωρητικοις καρδιᾳ θεωρητος, τετεςι νῳ· καρδιᾳ δε ἐ τῃ τυχεσῃ, ἀλλα τῃ καθαρᾳ· ἐ γαρ θεμις μεμολυσμενην καρδιαν ἐνορᾳν θεῳ, ἀλλα δει καθαρον εἰναι το τε καθαρε κατ' ἀξιαν θεωρητικον. ἐςω δη και δυσθεωρητος ὁ θεος. ἀλλ' ἐ μονος δυσθεωρητος ἐςι τινι, ἀλλα και ὁ μονογενης αὐτε. δυσθεωρητος γαρ ὁ θεος λογος, δυσθεωρητος δε ἐτωσι και σοφια ἐςιν, ἐν ᾗ τα παντα πεποιηκεν ὁ θεος· τις γαρ δυναται καθ' ἑκαςον των παντων την σοφιαν ἐν ᾗ ὁ θεος και ἑκαςον των παντων πεποιηκε, θεωρησαι;

ἐ δια

is in montem excelſum eumque ſpiritalem perductis
.orioſam ſuam formam veſtimentorumque ſuorum
ılendorem oſtendit: neque ſui ſolius ſplendorem
ſtendit, ſed etiam ſpiritalis legis, quam Moyſes in
:oria cum Jeſu viſus repræſentabat: monſtravit præ-
:rea omnem prophetiam, quæ non mortua eſt poſt-
uam factus homo eſt, ſed in cœlum ſublata eſt, cu-
ısque Elias figura erat. His conſpectis, dicere quis
oſſit: *Vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti a
atre, plenum gratiæ & veritatis.* Inepte igitur Celſus
onfinxit quæ nos reſponſuros exiſtimat ad ſuam in-
:rrogationem, *quomodo cognoſcere Deum putemus & ab
'o ſalutem accipere?* Nos autem quæ modo expoſita
ınt reſpondemus.

69. Verumtamen affirmat Celſus nos veriſimili con-
:ctura reſpondere, & ipſi viſum eſt noſtram reſpon-
onem referre his verbis: *Quoniam magnus eſt & con-
mplatu difficilis Deus, proprium ſpiritum in corpus no-
ro ſimile infundens huc miſit, ut illum aud:re & ab illo
ıceri poſſemus.* At noſtra ſententia non eſt ſolum re-
ım omnium Deum ac Patrem eſſe magnum. Suæ
nim magnitudinis participem fecit unigenitum & pri-
ıogenitum omnis creaturæ, ut qui imago eſt invi-
bilis Dei, is etiam magnitudine Patris imaginem re-
:rret. Fieri enim non poterat ut pulchra imago eſ-
:t & Deo inviſibili reſponderet, quæ magnitudinis
naginem non præberet. Præterea cenſemus quidem
)eum, quia corporis expers eſt, inviſibilem eſſe;
ihilominus tamen eum, qui contemplationi dediti
ınt, poſſunt corde, id eſt animo contemplari, cor-
e inquam non qualicumque, ſed puro. Cor enim
ontaminatum Deum contemplari non poteſt: & opor-
:t purum eſſe, quod naturam adeo puram digne con-
:mplari queat. Eſto vero ſit Deus contemplatu dif-
cilis, at non ſolus. Nam ejus unigenitus, Deus
'erbum, eſt etiam contemplatu difficilis, ſicut &
ſapien-

οὐ δια το δυσθεωρητος εἶν ὁ θεος εἶναι, ὡς εὐθεωρητοῖ τον θεον τον υἱον ἐπεμψεν. ἅπερ μη νοησας ὁ Κελσος εἶπεν ὡς ἐκ προσωπου ἡμων, δια το δυσθεωρητος εἶναι, πνευμα ἰδιον ἐμβαλων εἰς σωμα ἡμιν ὁμοιον δευρο κατεπεμψεν, ὡς ἂν δυνηθειημεν ἀκουσαι τε παρ' αὐτου και μαθειν. ἀλλ', ὡς ἀποδεδωκαμεν, και ὁ υἱος δυσθεωρητος ὢν, ἅτε λογος θεος, δι' οὗ τα παντα ἐγενετο, και ἐσκηνωσεν ἐν ἡμιν.

Εἰ δε συνιει Κελσος ἃ λεγομεν περι πνευματος θεου, και ὅτι ὅσοι πνευματι θεου ἀγονται, οὗτοι υἱοι θεου εἰσιν· οὐκ ἂν ἑαυτῷ ὡς ἀφ' ἡμων ἀπεφηνατο, ὅτι πνευμα ἰδιον ἐμβαλων εἰς σωμα ὁ θεος δευρο κατεπεμψεν. ἀει γαρ ὁ θεος μεταδιδωσι, τοις δυναμενοις μετεχειν αὐτου, του ἰδιου πνευματος, οὐ κατα ἀποτομην και διαιρεσιν ἐγγινομενου τοις ἀξιοις. οὐδε γαρ σωμα το καθ' ἡμας πνευμα, ὡς οὐδε σωμα το πυρ, ὅπερ εἶναι λεγεται θεος ἐν τῷ, ὁ θεος ἡμων πυρ καταναλισκον· παντα γαρ ταυτα τροπικως λεγεται, εἰς παραστασιν την ἀπο των συνηθων και σωματικων ὀνοματων της νοητης φυσεως. και ὥσπερ, ἐαν λεγηται τα ἁμαρτηματα ξυλα εἶναι, και χορτος, και καλαμη, οὐκ ἐρουμεν εἶναι τα ἁμαρτηματα σωματα· και ἐαν λεγηται τα ἀνδραγαθηματα χρυσος εἶναι, και ἀργυρος, και λιθος τιμιος, οὐ φησομεν εἶναι τα ἀνδραγαθηματα σωματα· οὑτω κἂν λεγηται ὁ θεος εἶναι πυρ καταναλισκον τα ξυλα, και τον χορτον, και την καλαμην, και πασαν οὐσιαν ἁμαρτιας, οὐ σωμα αὐτον νοησομεν· ὡς οὐδ' ἐαν λεγηται πυρ, σωμα νοουμεν αὐτον. οὑτως ἐαν λεγηται π ευμα ὁ θεος, οὐ σωμα αὐτον λεγομεν εἶναι. προς γαρ ἀντιδιαστολην των αἰσθητων ἔθος τῃ γραφῃ τα νοητα ὀνομαζειν πνευματα, και πνευματικα· οἷον ἐαν λεγῃ ὁ Παυλος, ἀλλ' ἡ ἱκανοτης ἡμων ἐκ του θεου, ὃς και ἱκανωσεν ἡμας διακονους καινης διαθηκης, οὐ γραμματος,

ἀλλα

ıpientia in qua omnia Deus fecit. Ecquis enim in ebus omnibus contemplari poteſt ſapientiam in qua)eus fecit res ſingulas? Non igitur Deus, quia con- emplatu difficilis erat, idcirco miſit filium, quaſi is ſſet Deus contemplatu facilis. Quæ quidem non onſideravit Celſus, cum nos inducit dicentes: *Quo- iam eſt contemplatu difficilis Deus, proprium ſpiritum in ırpus noſtro ſimile infundens huc miſit, ut illum audire ab illo doceri poſſemus.* Sed, ut ſupra dictum eſt, ametſi filius etiam eſſet contemplatu difficilis, utpo- e Deus Verbum per quem omnia facta ſunt, nihilo- ninus habitavit in nobis.

70. Jam ſi Celſus ea quæ de Spiritu Dei dicimus ıtellexiſſet, & *quicumque Spiritu Dei aguntur, eos eſſe l os Dei;* non iſtud ſibi reſpondiſſet quaſi ex nobis ımtum, *Deum huc miſiſſe ſuum ſpiritum corpore indutum.* emper enim Deus proprium ſpiritum communicat um iis qui illius participes eſſe poſſunt, & cum ſpi- tus ille in iis, qui ipſo digni ſunt, habitat, non id- irco ſeparatur & dividitur. Neque enim ſpiritum icimus eſſe corpus; ut neque corpus eſt ignis, quem)eum eſſe teſtatur iſtud: *Deus noſter ignis conſumens* t. Hæc enim omnia figurate dicuntur, ut intelligi- ilis natura ex uſitatis ſenſibilibusque nominibus nobis ınoteſcat. Et ſicut quamvis peccata vocentur *ligna, ænum, & ſtipula,* non propterea dicimus peccata eſ- ; corpora, neque etiam dicimus bona opera eſſe cor- ora, tametſi illa *aurum, argentum & lapis pretioſus* ppellentur: ſic etſi Deus dicitur eſſe ignis conſumens gna, fœnum, ſtipulam, & omnem peccati ſubſtan- am; non idcirco illum corpus eſſe cogitabimus; uemadmodum licet ignis vocetur, non ideo corpus lum exiſtimamus. Sic tametſi Deus dicatur ſpiritus, on ob hanc rem dicimus eum eſſe corpus. Ut enim rebus ſenſibilibus diſtinguantur intelligibiles, has ppellare ſolet Scriptura *ſpiritus* & *ſpiritales.* Sic cum

ait

ἀλλα πνευματος· το γαρ γραμμα ἀποκτεινει, το δε πνευμα ζωοποιει· γραμμα μεν την αἰσθητην ὀνομασιν ἐκδοχην των θειων γραμματων, πνευμα δε την νοητην. ὑτω τοινυν και ἐν τῳ, πνευμα ὁ Θεος. ἐπει και Σαμαρεις και Ιουδαιοι σωματικως και τυπικως ἐποιουν τα προςαττομενα ὑπο τυ νομυ, εἰπεν ὁ σωτηρ προς την Σαμαρειτιν, ὁτι ἐρχεται ὡρα, ὁτε ὑτε ἐν Ιεροσολυμοις, ὀυτε ἐν τῳ ὀρει τυτῳ, προσκυνησυσι τῳ πατρι· πνευμα ὁ Θεος, και τυς προσκυνουντας αὐτον, ἐν πνευματι και ἀληθειᾳ δει προσκυνειν· δι' ὡν ἐδιδαξεν, ὁτι ὐκ ἐν σαρκι δει προσκυνειν και σαρκιναις θυσιαις τον Θεον, ἀλλ' ἐν πνευματι. και γαρ αὐτος ἀναλογον τῳ ἐν πνευματι και νοητως λατρευειν τινα αὐτῳ πνευμα νοηθειη ἀν. ἀλλα και ὐκ ἐν τυποις προσκυνειν δει τῳ πατρι, ἀλλ' ἐν ἀληθειᾳ, ἡτις δια Ιησυ χριςυ ἐγενετο, μετα το δοθηναι τον νομον δια Μωϋσεως. ἡνικα γαρ ἐαν ἐπιςρεψωμεν προς κυριον (ὁ δε κυριος το πνευμα ἐςι) περιαιρειται το τῃ καρδιᾳ καλυμμα ἐπικειμενον, ἡνικα ἀν ἀναγινωσκηται Μωϋσης.

Ως μη νοησας δη τα περι τυ πνευματος τυ Θευ ὁ Κελσος (ψυχικος γαρ ἀνθρωπος ὑ δεχεται τα τυ πνευματος τυ Θευ· μωρια γαρ αὐτῳ ἐςι, και ὑ δυναται γνωναι ὁτι πνευματικως ἀνακρινεται) ἑαυτῳ συναπτει, οἰομενος ἡμας, λεγοντας πνευμα εἰναι τον θεον, μηδεν ἐν τυτῳ διαφερειν των παρ' Ελλησι Στωϊκων, φασκοντων ὁτι ὁ Θεος πνευμα ἐςι δια παντων διεληλυθος, και παντ' ἐν ἑαυτῳ περιεχον. διηκει μεν γαρ ἡ ἐπισκοπη και ἡ προνοια τυ Θευ δια παντων, ἀλλ' ὑχ ὡς το των Στωϊκων πνευμα. και παντα μεν περιεχει τα προνοουμενα ἡ προνοια, και περιειληφεν αὐτα, ὑχ ὡς σωμα δε περιεχον περιεχει, ὁτι και σωμα ἐςι το περιεχομενον· ἀλλ' ὡς δυναμις θεια και περιειληφυια τα περιεχομενα. κατα μεν ὑν τυς ἀπο της Στοας σωματικας λεγοντας εἰναι τας ἀρχας, και δια τυτο παντα φθειροντας, κινδυνευοντας δε και αὐτον φθειραι τον ἐπι πασι Θεον, εἰ μη πανυ ἀπεμφαινον τυτ' αὐ-

τοις

ait Paulus: *Sed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, qui & idoneos nos fecit miniſtros Novi Teſtamenti, non litera, ſed ſpiritu. Litera enim occidit. ſpiritus autem vivificat:* literam vocat divinarum ſcripturarum interpretationem quæ ſenſibus accommodatur; ſpiritum vero, eam quæ ad intellectum pertinet. Idem judicium ſit de iſto loco, *Spiritus eſt Deus.* Nam cum Samaritani & Judæi legis præcepta corporaliter & figurate obſervarent, dixit Salvator Samaritanæ: *Venit hora quando neque in Jeroſolymis, neque in monte hoc adorabunt Patrem. Spiritus eſt Deus, & eos, qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare.* Quibus docuit non carne & carneis victimis Deum colendum eſſe, ſed *in ſpiritu.* Ipſe enim exiſtimabitur eſſe ſpiritus, prout ſpiritu & intelligentia coletur. Neque etiam in figuris adorare Patrem oportet, ſed in veritate, quæ *per Jeſum Chriſtum facta eſt*, poſtquam *lex per Moyſen data fuerat.* Nam *cum convertimur ad Dominum (Dominus autem ſpiritus eſt) aufertur velamen poſitum ſuper cor, cum legitur Moyſes.*

71. Quapropter cum ea quæ de Spiritu Dei dicta ſunt, non intelligeret Celſus: (nam *animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei: ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinatur;*) colligit ex eo quod dicimus ſpiritum eſſe Deum, nihil nos hac in re differre a Stoïcis, qui apud Græcos docent Deum eſſe ſpiritum omnia permeantem & omnia in ſe comprehendentem. Cura quidem & providentia Dei pervadit omnia, ſed non ut Stoïcorum Spiritus: & providentia quidem continet omnia quibus providet, & ea comprehendit; ſed non ut corpus continens id quod & ipſum corpus eſt; ſed ut poteſtas divina quæ complectitur quidquid ipſa comprehenditur. Igitur ſi fides eſt Stoïcis, qui principia dicunt eſſe corporea & propterea corruptioni omnia ſubjacere, quique ne ſummum quidem Deum ab illa

corrup-

τοις ἐδοκει τυγχανειν, και ὁ λογος τȣ Θεȣ, ὁ μεχρι ἀνθρωπων και των ἐλαχιςων καταβαινων, ȣ̓δεν ἀλλο ἐςιν, ἠ πνευμα σωματικον· κατα δε ἡμας, και την λογικην ψυχην πειρωμενȣς ἀποδεικνυναι κρειττονα πασης σωματικης φυσεως, και ȣ̓σιαν ἀορατον, και ἀσωματον, ȣ̓κ ἀν σωμα εἰη ὁ Θειος λογος, δι᾽ ȣ̔ τα παντα ἐγενετο, ὁ φθανων ἱνα παντα δια λογȣ γενηται, ȣ̓χ ἑως ἀνθρωπων μονων, ἀλλα και των ἐλαχιςων εἰναι νομιζομενων και ὑπο φυσεως διοικȣμενων. παντα μεν ȣ̓ν οἱ ἀπο της Στοας ἐκπυρȣτωσαν· ἡμεις δε ἀσωματον ȣ̓σιαν ȣ̓κ ἰσμεν ἐκπυρȣμενην, ȣ̓δ᾽ εἰς πυρ ἀναλυομενην την ἀνθρωπȣ ψυχην, ἠ την ἀγγελων, ἠ θρονων, ἠ κυριοτητων, ἠ ἀρχων, ἠ ἐξȣσιων ὑποςασιν.

Διοπερ ματην λελεκται τῳ Κελσῳ, ὡς μη εἰδοτι τα τȣ πνευματος τȣ Θεȣ, ὁτι ἐπειπερ πνευμα ἐςιν ἀπο τȣ Θεȣ ὁ υἱος ἐν ἀνθρωπινῳ γεγονως σωματι, ȣ̓δ᾽ ἀν αὐτος εἰη ἀθανατος ὁ τȣ Θεȣ υἱος. εἰτα παλιν ἑαυτῳ φυρει τον λογον, ὡς τινων ἀφ᾽ ἡμων ȣ̓χ ὁμολογησαντων πνευμα εἰναι τον Θεον, ἀλλα τον υἱον αὐτȣ, και οἰεται ἀπαντᾳν λεγων, ὁτι ȣ̓δεμια τοιαυτη φυσις ἐςι πνευματος, ὡς᾽ ἀει διαμενειν· ὡσει και, λεγοντων ἡμων ὁτι ὁ θεος πυρ ἐςι καταναλισκον, ἐλεγεν ὁτι ȣ̓δεμια τοιαυτη ἐςι φυσις πυρος, ὡς᾽ ἀει διαμενειν· οὐχ ὁρων πως λεγομεν εἰναι πυρ τον Θεον ἡμων, και τινων ἀναλωτικον, ὁτι ἁμαρτηματων και της κακιας. πρεπει γαρ Θεῳ ἀγαθῳ, μετα το ἑκαςον φανηναι ἀγωνισαμενον, ὁποιος γεγονεν ἀγωνιςης, ἀναλωσαι τῳ πυρι των κολασεων την κακιαν. εἰτα παλιν ἑαυτῳ το μη λεγομενον ὑφ᾽ ἡμων λαμβανει, ὁτι ἀναγκαιον ἐςι το ἀναπεπνευκεναι τον Θεον. και τουτῳ ἀκολȣθον το μη δυνασθαι ἀναςηναι μετα τȣ σωματος τον Ιησουν. ȣ̓κ ἀν γαρ ἀπειληφει ὁ δεδωκε πνευμα ὁ θεος καταμεμολυσμενον τῃ τȣ σωματος φυσει. ἐυηθες ȣ̓ν ἀπαν-

ταν

corruptione eximerent, niſi illis iſtud nimis abſurdum eſſe videretur, ipſum Dei Verbum quod uſque ad homines & ad res minimas deſcendit, nihil aliud eſt quam corporeus ſpiritus. At ex nobis, qui demonſtrare conamur animam ratione præditam omni naturæ corporeæ antecellere & ſubſtantiam inviſibilem eſſe atque incorporalem, multum abeſt ut corpus ſit Deus Verbum, per quem facta ſunt omnia, quique, ut omnia ratione fierent, præſens adfuit non hominibus tantum, ſed & rebus quæ pro minimis habentur & a Natura adminiſtrantur. Quamobrem omnia igne conſumenda eſſe velint Stoïci: nos vero non credimus igne abſumendam eſſe ſubſtantiam incorporalem, neque in ignem ſolvendam eſſe humanam animam, aut Angelorum, Dominationum, Principatuum, Poteſtatum naturam.

72. Quare Celſo neſcienti quæ ſunt ſpiritus Dei, fruſtra dicta ſunt hæc: *Quoniam filius in humano natus corpore ſpiritus eſt a Deo miſſus, nec ipſe Dei filius immortalis eſſe poterit.* Deinde rurſus ſuum ipſe ſermonem confundens, quaſi e noſtris quidam eſſent qui non Deum, ſed filium ejus ſpiritum eſſe profiterentur, iis occurrere ſibi videtur, dicendo, *nullam ſpiritus naturam eſſe hujusmodi quæ ſemper permaneat.* Quod idem eſt ac ſi nobis Deum vocantibus ignem conſumentem, objiceret nullam ignis naturam eſſe ejusmodi quæ permaneat ſemper: non animadvertens nec quo ſenſu Deum noſtrum appellemus ignem, nec quænam ſint res illæ quas conſumit, nimirum peccata & vitium. Bonum enim Deum decet, poſtquam athletarum quique certando qualis ſit manifeſtum fecerit, vitia pœnarum igne conſumere. Rurſus arripit ſibi quod minime dicimus, nempe *neceſſarium fuiſſe, ut Jeſus moriendo Deum efflaret: unde conſequens eſt Jeſum non potuiſſe cum corpore reſurgere. Neque enim Deus recepiſſet quem dederat ſpiritum, ſi is natura corporis conta-*

ταν ἡμας προς τους λογους, ὡς ἡμετερους, τους μη ἡμετερους.

Εἰθ᾽ ἑξης ταυτολογων, μετα το πολλα ἐν τοις ἀνωτερω εἰπειν, και χλευασαι την ἐκ παρθενου γεννησιν του Θεου, προς ἡν κατα το δυνατον ἡμιν ἀπηντησαμεν, φησιν· εἰδ᾽ ἐβουλετο πνευμα ἐξ ἑαυτου καταπεμψαι, τι ἐδειτο εἰς γυναικος γαστερα ἐμπνειν; ἐδυνατο γαρ, ἠδη πλασσειν ἀνθρωπους εἰδως, και τουτῳ περιπλασαι σωμα, και μη το ἰδιον πνευμα εἰς τοσουτον μιασμα ἐμβαλειν· οὑτως μεν τ᾽ ἀν οὐδ᾽ ἠπιστειτο, εἰ ἀνωθεν εὐθυς ἐσπαρτο. και ταυτ᾽ εἰπεν, ἐπει μη οἰδε την καθαραν και παρθενικην γεννησιν, και ἀπο μηδεμιας φθορας, του μελλοντος ὑπηρετησασθαι τῃ ἀνθρωπων σωτηριᾳ σωματος. οἰεται δε ὁ τον Στωϊκον λογον ἐκτιθεμενος, και μη προσποιουμενος τα περι ἀδιαφορων μεμαθηκεναι, εἰς μιασμα ἐμβεβλησθαι την θειαν φυσιν, και μεμιασθαι εἰτε γινομενην ἐν γυναικος σωματι, ἑως περιπλασθῃ αὐτῃ το σωμα, εἰτε σωμα ἀνειληφυιαν· παραπλησιον τι ποιων τοις οἰομενοις τας αὐγας του ἡλιου μιαινεσθαι ἐν τοις βορβοροις και τοις δυσωδεσι σωμασι, και μη μενειν κἀκει καθαρας. και εἰ κατα την Κελσου δε ὑποθεσιν χωρις γεννησεως περιεπλασατο το σωμα τῳ Ιησου, εὐθυς ἀν οἱ βλεποντες το σωμα ἐπιστευον ὁτι οὐκ ἀπο γεννησεως ἠν· οὐδε γαρ το βλεπομενον ἀπαγγελλει και την φυσιν, ὁθεν γεγεννηται. οἱον εἰ καθ᾽ ὑποθεσιν μελι ἠν τι μη ἀπο μελισσων, οὐκ ἀν τουτο τις ἀπηγγελλεν ἀπο της γευσεως, ἡ της ὀψεως, ὁτι μη ἀπο μελισσων ἐστιν· ὡς οὐδε το ἀπο μελισσων δεικνυσι τη αἰσθησει την ἀρχην, ἀλλ᾽ ἡ πειρα δεικνυσιν, ὁτι τουτ᾽ ἀπο μελισσων ἐστιν. οὑτω δε και ἡ πειρα διδασκει, ὁτι ἀμπελου ὁ οἰνος· οὐ γαρ ἀναφερει ἡ γευσις το ἀπο ἀμπελου. τον αὐτον τροπον τοινυν το αἰσθητον σωμα οὐκ ἀπαγγελλει τον τροπον της ὑποστασεως αὐτου. προσαχθησῃ δε τῳ λεγομενῳ ἀπο των ἐν οὐρανοις, ὡν της ὑποστασεως και της λαμπροτητος αἰσθομεθα, βλεποντες αὐτα. ἀλλ᾽ οὐ δη που ἡ αἰσθησις ἡμιν ὑποβαλλει, ποτερον γεννητα ἡ ἀγεννητα ἐστιν· αἱρεσεις γουν και περι τουτων συνεστησαν. ἀλλα και οἱ λεγοντες αὐτα

γεννητα,

minatus fuiſſet. Ad hæc igitur cum noſtra non ſint, ſtultum eſſet quaſi ad noſtra reſpondere.

73. Poſthæc eadem iterans redit ad ortum Dei ex Virgine in quem jam ſupra multa diſſeruit dicteriaque fudit quæ pro viribus refutavimus. *Si volebat*, inquit, *ex ſeipſo ſpiritum emittere, quid opus fuit ut illum in fœminæ uterum inſpiraret. Jam enim homines efformandi peritus, potuit iſti accommodare corpus, non vero proprium ſpiritum injicere in tantam ſordium ſentinam. Si ſic e ſuperis proxime deſcendiſſet, nulla fuiſſet incredulitas.* Et hæc dixit, quia neſcivit quam purus & intaminatus fuerit e Virgine ortus corporis, quod ſaluti hominum inſerviturum erat. Putat ille, qui Stoïcos ſermones fundit & tamen eorum de indifferentibus rebus doctrinam ignorare ſe ſimulat, divinam naturam in ſordes injici & contaminari, ſive in fœminæ corpore maneat donec ipſi corpus formetur, ſive corpus aſſumat; quod perinde eſt ac illud quod nonnulli exiſtimant, Solis radios pollui, cum in cœnum aut maleolentia corpora incidunt, nec ibi puros manere. Sed quamvis corpus Jeſu, ut Celſus factum fuiſſe vellet, formatum ſine ortu fuiſſet, non continuo illud qui vidiſſent, credidiſſent non natum fuiſſe. Nec enim id quod videtur, declarat naturam a qua ortum eſt. Fac exempli cauſa mel eſſe quod ortum non fuerit ab apibus; licet illud aut guſtes aut videas, non ſtatim ſcies illud non fuiſſe ab apibus conſtructum: ut nec quod ab apibus confectum eſt, ſenſui indicat ſuam originem, ſed experientia docet illud eſſe ex apibus oriundum. Sic etiam experientia docemur vinum oriri ex vite. Hanc enim originem ex guſtu non diſcimus. Eodem igitur modo ſenſile corpus non declarat unde habeat quod eſt. Id confirmatur ex corporibus cæleſtibus, quæ eſſe & ſplendeſcere ſentimus, dum illa intuemur; ſed ſenſus ille notum nobis non facit facta ne ſint an non. Quo-

γεννηται, ουχ ὁμονοουσι περι του πως εςι γεννηται· ουδε γαρ ὑποβαλλει και αισθησις αυτων, καν βιασαμενος ὁ λογος ευρῃ ὁτι γεννηται εςι, περι του τινα τροπον γεγεννηται.

Ειθ' ἑξης επαναλαμβανει, πολλακις ηδη ειπων τα περι της γνωμης Μαρκιωνος, και πη μεν αληθως τα Μαρκιωνος εκτιθεται, πη δε καϰεινων παρηκουσε· προς ἡν ουκ αναγκαιον ἡμας απανταν, ἡ και ελεγχειν. ειτα παλιν ἑαυτῳ επιφερει τα ὑπερ Μαρκιωνος και τα κατ' αυτου, λεγων τινα μεν εκφευγουσι των εγκληματων, τισι δε περιπιπτουσι· και ὁτι βουλεται συναγορευειν τῳ φασκοντι λογῳ, πεπροφητευσθαι αυτον, ἱνα κατηγορησῃ Μαρκιωνος και των απ' αυτου, σαφως φησιν, ὁτι ποθεν αποδειχθησεται θεου παις ὁ τοιαυτα κολασθεις, ει μη περι τουτου προειρηται; ειτα παλιν παιζει, και ὡς εθος αυτῳ χλευαζει, δυο εισαγων υἱους θεων, του δημιουργου ἑνα, και του κατα Μαρκιωνα θεου ἑτερον· και αναζωγραφει αυτων μονομαχιας, λεγων αυτας ειναι ὡς των ορτυγων και των πατερων θεομαχιας· ἡ δια γηρας αχρηςους αυτους οντας, και ληρουντας, μηδεν μεν αλληλους διατιθεναι, εαν δε τους παιδας μαχεσθαι. ὁπερ ουν ειπεν εν τοις ανωτερω, τουτο φησομεν προς αυτον, ποια γραυς καταβαυκαλωσα παιδιον ουκ αιδεσθησεται τοιαυτα λεγειν, ὁποια ουτος εν τῳ επιγραφομενῳ αληθει λογῳ; δεον γαρ αυτον πραγματικως ενςηναι προς τους λογους· ὁ δε εασας τα πραγματα παιζει και βωμολοχει, οιομενος μιμους γραφειν ἡ τινα σκωμματα, ουχ ὁρων, ὁτι ἡ τοιαυτη αγωγη των λογων παρα την προθεσιν την αυτου εςι, βουλομενου καταλιποντας ἡμας Χριςιανισμον προσεχειν αυτου τοις δογμασιν· ἁτινα ει μεν εσεμνολογει, ταχα πιθανωτερα ην· επει δε χλευαζει, και παιζει, και βωμολοχει, φησομεν, ὁτι απορια σεμνων λογων (ου γαρ ειχεν αυτους, ουδε ηπιςατο) εις τοσαυτην ενεπεσε φλυαριαν.

Εξης

circa variæ fuerunt hac de re ſententiæ: & qui initium illa habuiſſe dicunt, quomodo habuerint non conſentiunt. Neque enim ſenſus, etiam poſtquam ratio multo labore invenit eſſe facta, docet quomodo illa facta ſint.

74. Poſtea repetit quæ jam ſæpe de ſententia Marcionis dixerat, illiusque placita partim cujusmodi revera ſunt memorat, partim ut qui illa male intellexerit. Sed ea a nobis refelli atque reprehendi nihil neceſſe eſt. Hinc rurſus pro & contra Marcionem diſſerit, ubi quosdam ejus errores excuſans, quosdam etiam condemnat. Et quando vult patrocinari huic noſtræ doctrinæ, Jeſum fuiſſe a Prophetis prænunciatum; ut Marcionem ejusque ſequaces accuſet, manifeſte ait: *Quomodo qui tantis affectus eſt ſuppliciis, filius eſſe Dei demonſtraretur, niſi hoc futurum eſſe prædictum fuiſſet?* Deinde ludens pro ſuo more & jocans, duos inducit Deorum filios, alterum conditoris, alterum Marcionitici Dei filium. Patrum prælia deſcribit, illa cum præliis coturnicum conferens; & ipſos ait ob ſenectutem inertes & delirantes deſinere ſibi invicem infenſos eſſe, filiosque pugnare ſinere. Ad hæc dicemus id quod ipſe ſuperius dixit: *Ecquam aniculam ſopiendo puero non puderet occinere nugas*, quales ille in opere, quem verum ſermonem inſcripſit? Nam cum decuiſſet ſerio diſputare, contra ille, omiſſis rebus, nugatur & ſcurram agit quaſi comœdias aut ſatyras ſcriberet: non videns hanc diſputandi rationem alienam eſſe a propoſito hominis, nos a chriſtiana religione ad ſua dogmata traducere volentis. Si de illis graviter fuiſſet locutus, probabiliora fortaſſe reddidiſſet. Quoniam vero irridet, ludit, ſcurratur, dicemus illum gravium rationum penuria, quas revera nec habuit nec cognovit, in tantam nugacitatem incidiſſe.

λος, και τα ἑξης· και ὁ Κελσος παραδεχεται την προφητειαν ταυτην ἐπι τον Ιησȣν ἀναφερεσθαι, τυφλωττων περι την παραδοχην τȣ λεγομενȣ, και ȣ᾽χ ὁρων, ὁτι μεγαλη κατασκευη ἐςι τȣ τον ἀμορφον εἰναι δοκουντα Ιησȣν υἱον εἰναι θεȣ, το προ πολλων ἐτων της γενεσεως αὐτȣ πεπροφητευσθαι και περι τȣ εἰδους αὐτȣ· ἐαν δε ἀλλος προφητης ὡραιοτητα και καλλος εἰναι λεγῃ περι αὐτον, ȣ᾽κετι βȣλεται την προφητειαν εἰς χριςον ἀναφερεσθαι; και εἰ μεν σαφως ἠν ἀπο των εὐαγγελιων λαβειν, ὁτι ȣ᾽κ εἰχεν εἰδος, ȣ᾽δε καλλος, ἀλλα το εἰδος αὐτȣ ἀτιμον ἠν, και ἐκλειπον παρα τȣς υἱους των ἀνθρωπων· εἰποι ἀν τις, ȣ᾽ κατα το προφητικον εἰρηκεναι ταυτα τον Κελσον, ἀλλα κατα το εὐαγγελικον. νυνι δε ȣ᾽τε των εὐαγγελιων, ἀλλ᾽ ȣ᾽δε των ἀποςολων ἐμφαινοντων, ὁτι ȣ᾽κ εἰχεν εἰδος, ȣ᾽δε καλλος· σαφες ὁτι το ἀπο της προφητειας ἀναγκαζεται παραδεχεσθαι, ὡς ἀληθευομενον περι χριςȣ· ὁπερ ȣ᾽κετι ἐπιτρεπει τας περι Ιησȣ κατηγοριας προβαινειν.

Παλιν τε αὖ ὁ λεγων, ἐπειδη θειον πνευμα ἠν ἐν σωματι, παντως παραλλαττειν αὐτο των λοιπων ἐχρην, ἠ κατα μεγεθος, ἠ φωνην, ἠ ἀλκην, ἠ καταπληξιν, ἠ πειθω· πως ȣ᾽χ ἑωρα το παραλαττον τȣ σωματος αὐτȣ προς το τοις ὁρωσι δυνατον, και δια τȣτο χρησιμον, τοιȣτο φαινομενον, ὁποιον ἐδει ἑκαςῳ βλεπεσθαι; και ȣ᾽ θαυμαςον, την φυσει τρεπτην και ἀλλοιωτην, και εἰς παντα ἁ βȣλεται ὁ δημιȣργος ὑλην μεταβλητην, και πασης ποιοτητος ἠν ὁ τεχνιτης βȣλεται δεκτικην, ὁτε μεν ἐχειν ποιοτητα, καθ᾽ ἠν λεγεται το, ȣ᾽κ εἰχεν εἰδος, ȣ᾽δε καλλος· ὁτε δε ȣ᾽τως ἐνδοξον και καταπληκτικην και θαυμαςην, ὡς ἐπι προσωπον πεσειν τȣς θεατας τȣ τηλικȣτȣ καλλȣς, συνανελθοντας τῳ Ιησȣ τρεις ἀποςολȣς. ἀλλ᾽ ἐρει ταυτ᾽ εἰναι πλασματα, και μυθων ȣ᾽δεν διαφεροντα, ὡς και τα λοιπα των περι Ιησȣ παραδοξων· και προς τοδε μεν ἐν δια πλειονων ἐν τοις προ τȣτων ἀπελογησαμεθα. ἐχει δε τι και μυςικον ὁ λογος, ἀπαγγελλων τας τȣ Ιησȣ διαφορȣς μορφας ἀναφερεσθαι ἐπι

την

eum & non habebat decorem, neque pulchritudinem, &c. admittit Celſus hanc prophetiam ad Jeſum ſpectare: (quanquam cæcus erga hujus loci interpretationem, non videt magno argumento eſſe Jeſum illum, qui deformis videbatur, Dei eſſe filium, quod multis antequam naſceretur annis prædictum fuerit qua forma futurus eſſet;) cum vero alter Propheta ſpecie illum & pulchritudine præditum eſſe dicit, hanc prophetiam ad Chriſtum referre non vult? Si Evangelia clare exprimerent *nullum illius fuiſſe decorem aut pulchritudinem, ſed formam ejus ingloriam fuiſſe & deficientem præ filiis hominum*, hæc dicere quis poſſet a Celſo non ex Prophetis, ſed ex Evangeliis hauſta fuiſſe; cum autem nec Evangelia nec Apoſtoli declarent nullam illi fuiſſe ſpeciem & pulchritudinem, evidens eſt cogi Celſum ad confitendum prophetiam hanc in Chriſto impletam fuiſſe; id quod ejus de Jeſu calumnias reprimit.

77. Rurſum cum dicit: *Quoniam divinus ſpiritus in corpore erat, omnino oportuit illum cæteris præſtare aut magnitudine, aut voce, aut viribus, aut majeſtate, aut eloquentia:* quomodo non vidit corpus illud hoc cæteris antecelluiſſe, quod pro cujusque captu & prout utile erat, tale videretur, quale ſingulis videri oportebat? Neque vero mirum eſt materiæ, quæ, ut conditori libet, in omnia verti & mutari poteſt omnemque pro artificis arbitrio qualitatem accipere, modo quidem ineſſe qualitatem quæ dederit locum dicendi, *Non habebat decorem neque pulchritudinem*, modo autem tam ſplendidam, ſtupendam, atque admirabilem, ut tres Apoſtoli qui cum Jeſu aſcenderant & tantæ pulchritudinis fuerant ſpectatores, in faciem prociderint. Verum hæc ut & cætera quæ de Jeſu narrantur prodigia pro figmentis habebit, & nihil a fabulis diverſa eſſe dicet: quod jam ſupra multis refutavimus. Jam vero in hac doctrina quid arcanum eſt quo docemur varias

μεν κωμῳδος ἐν τῳ θεατρῳ γελωτοποιων συνεγραψεν ὁτι Ζευς ἐξυπνιθεις Αθηναιοις και Λακεδαιμονιοις τον Ερμην ἐπεμψε· συ δε ȣκ οἰει καταγελαςοτερον πεποιηκεναι Ιȣδαιοις πεμπομενον τȣ θεȣ τον υἱον; ὁρα δη και ἐν τȣτοις το ἀσεμνον τȣ Κελσȣ, ἀφιλοσοφως κωμῳδιας ποιητην γελωτοποιον παραλαβοντος, και τῳ παρ' αὐτῳ διϋπνιθεντι πεμποντι Ερμην παραβαλλοντος τον τȣ παντος δημιȣργον θεον ἡμων. εἰπομεν δη ἐν τοις προ τȣτων, ὁτι ȣχ ὡσπερ ἀπο μακρȣ ὑπνȣ διαναςας ὁ θεος ἐπεμψε τον Ιησȣν τῳ γενει των ἀνθρωπων, την μεν κατα την ἐνσωματωσιν οἰκονομιαν νυν δι' εὐλογους αἰτιας πληρωσαντα, ἀει δε το γενος των ἀνθρωπων εὐεργετησαντα. ȣδεν γαρ των ἐν ἀνθρωποις καλων γεγενηται, μη τȣ θειȣ λογȣ ἐπιδημησαντος ταις ψυχαις των κἀν ὀλιγον καιρον δυνημενων δεξασθαι τας τοιασδε τȣ θειȣ λογȣ ἐνεργειας. ἀλλα και ἡ δοκȣσα εἰς μιαν γωνιαν ἐπιδημια τȣ Ιησȣ εὐλογως γεγενηται· ἐπειπερ ἐχρην τοις ἑνα θεον μεμαθηκοσι, και τȣς προφητας αὐτȣ ἀναγιγνωσκȣσι, και κηρυσσομενον χριςον μανθανȣσιν, ἐπιδημησαι τον προφητευομενον, και ἐπιδημησαι ἐν καιρῳ, ὁτ' ἐμελλεν ἐκχεισθαι ἀπο μιας γωνιας ὁ λογος ἐπι πασαν την οἰκȣμενην.

Διο και χρεια ȣκ ἠν πολλα γενεσθαι πανταχȣ σωματα, και πολλα ἀναλογον τῳ Ιησȣ πνευματα, ἱνα ἡ πασα των ἀνθρωπων οἰκȣμενη φωτισθῃ τῳ λογῳ τȣ θεȣ. ἠρκει γαρ ὁ εἱς λογος, ὡς δικαιοσυνης ἡλιος ἀνατειλας ἀπο της Ιȣδαιας ἐκπεμψαι τας ἐπι την ψυχην των βȣλομενων αὐτον παραδεξασθαι φθανȣσας αὐγας. εἰ δε και πολλα τις ποθει σωματα πεπληρωμενα θειȣ πνευματος ἰδειν, ἀναλογον ἐκεινῳ τῳ ἑνι χριςῳ διακονȣμενα τῃ πανταχȣ των ἀνθρωπων σωτηρια, κατανοειτω τȣς πανταχȣ ὑγιως και μετα βιȣ ὀρθȣ διδασκοντας τον Ιησȣ λογον, χριςους και αὐτȣς ὑπο των θειων γραφων καλȣμενȣς ἐν τῳ, μη ἁπτεσθε των χριςων μȣ, και ἐν τοις προφηταις μȣ μη πονηρευεσθε. και γαρ ὡσπερ ἠκȣσαμεν ὁτι ἀντιχριςος ἐρχεται, και ȣδεν ἡττον μεμαθηκαμεν, ὁτι ἀντιχριςοι πολλοι

citaret, *ſcripſit Mercurium ab expergefacto Jove miſſum ad Athenienſes & Lacedæmonios fuiſſe: tu vero non putas te magis eſſe ridiculum, qui Dei filium ad Judæos miſſum eſſe contendis?* Et in his obſerva quam inhoneſtum & philoſopho indignum ſit comœdum in medium adducere & cum Jove qui apud illum mittit Mercurium, comparare Deum noſtrum hujus univerſitatis conditorem. Jam ſupra diximus a Deo non quaſi ex longo ſomno excitato ad humanum genus miſſum fuiſſe Jeſum, qui bonis de cauſis nunc quidem exſecutus eſt Incarnationis conſilium, ſed ſemper genus humanum beneficiis affecit. Nihil enim boni in hominibus factum eſt, niſi quia divinum Verbum ad eorum animas advenit, qui vel ad breve tempus potuerunt has vel illas divini Verbi recipere operationes. Juſtis etiam de cauſis factum eſt, ut Jeſus in unum angulum advenire videretur. Oportebat enim, ut qui unum Deum docti fuerant, qui prophetas ejus legebant, Chriſtumque illic promiſſum audiebant, ad illos is qui prædictus fuerat adveniret, & eo quidem tempore, quo in univerſam terram ex uno angulo Verbum effundi debebat.

79. Itaque ut univerſa terra Verbo Dei illuminaretur, nihil neceſſe fuit multa fieri corpora multosque ſpiritus eſſe Jeſu ſimiles. Nam ſatis erat, ut unum Verbum, qui ſol eſt juſtitiæ, in Judæa exoriretur, hincque ſuos radios in animam eorum emitteret, qui ipſum admittere vellent. Quod ſi quis multa corpora videre deſiderat divino Spiritu impleta & hominum ſaluti, quemadmodum unus ille Chriſtus, ubique miniſtrantia; conſideret illos omnes, qui puram Jeſu doctrinam prædicant ſimulque recte vivunt, & quos divinæ ſcripturæ Chriſtos vocant his verbis: *Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.* Ut enim, tametſi Antichriſtum venturum eſſe audierimus, nihilominus ſcimus multos in mundo eſſe

Anti-

Κελσῳ ἐπλανωντο, ὡς σεμνους μεν ἐχοντες περιβολȣς των νομιζομενων ἱερων, ἐνδον δε ȣ̓δεν ἀλλ' ἢ πιθηκȣς, ἢ κροκοδειλȣς, ἢ αἰγας, ἢ ἀσπιδας, ἢ τι των ζῴων· νυν δε ἐδοξε Κελσῳ ἐνθεωτατον εἰπειν και το Αἰγυπτιων ἐθνος, και ἐνθεωτατον ἐξ ἀρχης· ταχα, ἐπει Ιȣδαιοις ἐξ ἀρχης προσπεπολεμηκασι. και Περσαι δε, οἱ τας μητερας γαμουντες, και θυγατρασι μιγνυμενοι, ἐνθεον ἐθιος εἰναι τῳ Κελσῳ δοκȣσιν· ἀλλα και Ινδοι, ὡν τινας ἐν τοις προειρημενοις ἐλεγε και ἀνθρωπειων γεγευσθαι σαρκων. μηδεν δε τȣτων Ιȣδαιους, μαλιϛα τȣς παλαι, πραττοντας ȣ̓ μονον ȣ̓κ εἰπεν ἐνθεωτατȣς, ἀλλα και αὐτικα ἀπολȣμενȣς. τȣτο μεν ἠδη και ὡς μαντικος λεγει περι αὐτων· ȣ̓χ ὁρων πασαν την περι Ιȣδαιȣς, και την σεμνην παλαι πολιτειαν αὐτων, τȣ θεȣ οἰκονομιαν· και ὡς τῳ ἐκεινων παραπτωματι ἡ σωτηρια γεγενηται τοις ἐθνεσι· και το παραπτωμα αὐτων, πλȣτος κοσμȣ· και το ἡττημα αὐτων, πλȣτος ἐθνων· ἑως το πληρωμα των ἐθνων εἰσελθῃ, ἱνα μετα τȣτο πας, ὁν ȣ̓ νοει Κελσος, Ισραηλ σωθῃ.

Οὐκ οἰδα δ' ὁπως φησι περι τȣ θεȣ, ὁτι ὁ παντα εἰδως τȣτο ȣ̓κ ἠπιϛατο, ὁτι κακοις ἀνθρωποις, και ἁμαρτησομενοις, και κολασȣσιν αὐτȣ τον υἱον πεμπει. ἀλλ' ἐοικε νυν μεν ἑκων ἐπιλελησθαι τȣ φασκοντος λογȣ, παντα, ἁ πεισεται Ιησȣς ὁ Χριϛος, προεωρακεναι θειῳ πνευματι, και πεπροφητευκεναι τȣς τȣ θεȣ προφητας. οἱς ȣ̓χ ἑπεται το μη ἐγνωκεναι τον θεον, ὁτι κακοις και ἁμαρτησομενοις ἀνθρωποις πεμπει τον υἱον, και κολασȣσιν αὐτον. εὐθεως δε λεγει το, παλαι ταυτα προειρησθαι, ἐν ἀπολογιᾳ ὑφ' ἡμων λεγεσθαι. ἀλλ', ἐπει αὐταρκη περιγραφην εἰληφεν ὁ ἑκτος ἡμων τομος, αὐτȣ πȣ καταπαυσαντες τον λογον ἀρξομεθα θεȣ διδοντος ἑβδομȣ· ἐν ᾧ ἀπανταν νομιζει προς το ὑφ' ἡμων λεγεσθαι, τȣς προφητας παντα τα περι τȣ Ιησȣ προειρηκεναι. ἁπερ ἐπει πλειονα ἐϛι, και πλειονος λογȣ δειται τȣ προς αὐτα· ȣ̓τε διακοψαι ἐβȣληθημεν, ὑπο τȣ μεγεθȣς ἀναγκαζο-

μενοι

ſari ſuperius judicabat, ut qui elegantiores quidem haberent templorum quæ ſacra exiſtimabant, ambitus, ſed nihil intus præter ſimias, aut crocodilos, aut capras, aut aſpides, aut aliud animal. Nunc vero illos appellare libet gentem diviniſſimam & diviniſſimam ab initio; opinor, quod ab initio Judæis infenſi fuerint. Perſæ etiam, qui matres ſibi copulant & cum filiabus corpus miſcent, gens divina eſſe Celſo videtur; nec non Indi, quorum tamen nonnullos ſupra dixit carnes humanas devorare. Judæos vero qui nihil horum committunt, & veteres præſertim, non ſolum non dicit eſſe diviniſſimos, ſed etiam brevi perituros; idque velut ex tripode pronunciat. Nimirum non advertit animum ad curam omnem quam Deus de Judæis adhibuit, nec ad ſanctas leges quas ipſe illis olim impoſuit: non vidit *illorum delicto ſalutem fuiſſe gentibus, delictum illorum divitias eſſe mundi, & diminutionem eorum, divitias gentium, donec plenitudo gentium introierit*, ut poſtea *omnis Iſrael* quem quid ſit non capit Celſus, *ſalvus fiat.*

81. Jam neſcio quomodo dixerit *Deum, qui novit omnia, neſciviſſe ſe mittere filium ad homines malos & peccaturos, qui illum ſupplicio affecturi erant.* At hic videtur de induſtria oblviſci noſtræ doctrinæ quæ ait, Prophetas Dei divino Spiritu prævidiſſe & prædixiſſe quæcumque Jeſus paſſurus erat. Quod certe non cohæret cum dicto Celſi, *Deum neſciviſſe ſe mittere filium ad homines malos & peccaturos, qui illum erant ſupplicio affecturi.* Mox tamen fatetur ita hæc a nobis defendi, ut prædicta olim fuiſſe dicamus. Quoniam vero ſexti hujus libri jam juſta moles eſt, hic finem illi imponimus, incœpturi Deo dante ſeptimum, ubi evertere ſe putat id quod dicimus, quæcumque Jeſu acciderunt, a Prophetis fuiſſe prænunciata. Sed quia hæc multa ſunt eaque non niſi multis pertractari poſſunt, noluimus aut intercidere ſermonem ad id coacti

Ιησυ και χριςιανων ἐν τοις ὀλιγῳ προ τυτων, ὡς και τυς ἀλλον εἰσηγυμενους θεον, και τυτο πραττοντας ἀσεβως, εὐχερεςατα ἀπαντησαι προς τα ὑπο Κελσυ λεγομενα. και εἰ μη ἀτοπον ἠν ἀφορμας διδοναι τοις ἀσθενεςεροις προς παραδοχην χειρονων δογματων, και ἡμεις ἀν τυτο πεποιηκειμεν· ἱν' ἐλεγξωμεν ψευδος το περι τυ, τυς ἀλλον εἰσηγυμενους θεον μηδεμιαν ἐχειν ἀπολογιαν προς τα ὑπο Κελσυ λελεγμενα. νυνι δε ἡμεις, φερε, περι των προφητων προς τοις ἀνωτερω εἰρημενοις ἀπολογησωμεθα.

Φησιν ὀυν, τα μεν ὑπο της Πυθιας, ἠ Δωδωνιδων, ἠ Κλαριυ, ἠ ἐν Βραγχιδαις, ἠ ἐκ Αμμωνος ὑπο μυριων τε ἀλλων θεοπροπων προειρημενα, ὑφ' ὡν ἐπιεικως πασα γη κατῳκισθη, ταυτα μεν ὀυδενι λογῳ τιθενται· τα δε ὑπο των ἐν Ιυδαιᾳ τῳ ἐκεινων τροπῳ λεχθεντα ἠ μη λεχθεντα, και ὡσπερ εἰωθασιν ἐτι νυν οἱ περι Φοινικην τε και Παλαιςινην, ταυτα γε θαυμαςα και ἀπαραλλακτα ἡγυνται. λεγωμεν ὀυν περι των κατειλεγμενων χρηςηριων, ὁτι δυνατον μεν ἡμιν, συναγυσιν ἀπο Αριςοτελυς, και των τα τυ Περιπατυ φιλοσοφησαντων, ὀυκ ὀλιγα εἰπειν εἰς ἀνατροπην την τυ περι της Πυθιας και των λοιπων χρηςηριων λογυ· δυνατον δε και τα λελεγμενα τῳ Επικυρῳ, και τοις ἀσπαζομενοις αὐτυ τον λογον περι των αὐτων, παραθεμενον δειξαι ὁτι και Ελληνων τινες ἀνατρεπυσι τας νομιζομενας και τεθαυμασμενας ἐν πασῃ Ελλαδι θεοπρεπειας. ἀλλα γαρ δεδοσθω, μη εἰναι πλασματα, μηδε προσποιησεις ἀνθρωπων περι θεοφοριας, τα περι την Πυθιαν και τα λοιπα χρηςηρια· ἰδωμεν ὀυν, εἰ μη και ὀυτω δυναται τοις φιλαληθως ἐξεταζυσι τα πραγματα ἀποδεικνυσθαι, ὁτι και τῳ παραδεχομενῳ εἰναι ταυτα τα μαντεια ὀυκ ἀναγκαιον προσεσθαι, ὁτι θεοι τινες εἰσι παρ' αὐτοις· ἀλλ' ἐκ τουναντιυ δαιμονες τινες φαυλοι, και πνευματα ἐχθρα τῳ γενει των ἀνθρωπων, και κωλυοντα την της ψυχης ἀνοδον, και δι' ἀρετης πορειαν, και της ἀληθινης εὐσεβειας ἀποκαταςασιν προς τον θεον. ἱςορηται τοινυν περι της Πυθιας, ὁπερ δοκει των ἀλλων

μαντειων

ita infirma eſſe quæ paulo ante contra Jeſum & Chriſtianos dixit, ut etiam illi, qui impie Deum alium inducunt, nullo negotio poſſint ſibi a Celſo objecta refutare; & niſi abſurdum foret quidpiam dicere quo infirmiores ad amplectenda deteriora dogmata incitarentur, id ego ipſe facerem, evincerem que quam falſum iſtud ſit, qui alium inducunt Deum, eos non poſſe tutari ſe adverſus ea quæ Celſus objicit: ſed nunc ad tuendam Prophetarum cauſam, age, aliquid ſupradictis addamus.

3. Sic ille: *Quæ Pythia, Dodonides, Clarius, Branchidæ, Ammon, ſexcenti alii vates pronunciaverunt oracula, pro nihilo habent, quamvis eorum ductu factum eſſe videatur ut in totum orbem coloniæ migrarent. Quæ vero in Judæa, more gentis, dicta ſunt aut non dicta, cujusmodi etiamnum apud Phœnices & Palæſtinos feruntur, ea admirabilia & immutabilia arbitrantur.* Nos itaque in hæc oracula dicamus, non pauca ex Ariſtotele & Peripateticis colligi poſſe, quibus everteretur quidquid modo de Pythia cæterisque oraculis memoratum a Celſo eſt. Ex Epicuro etiam & iis qui ejus hac de re ſententiam ſequuntur, promtum eſſet oſtendere, tolli e medio a quibusdam Græcis omnia illa oracula, quæ in tota Græcia tantopere admirationi ſunt. Sed volo Pythiam & oracula cætera non fuiſſe ab hominibus conficta ut inſpirati a Deo viderentur: videamus an non cordatis harumce rerum ſcrutatoribus probari poſſit, etiamſi hæc oracula eſſe daretur, non inde tamen neceſſario conſequi quosdam Deos illis præeſſe, ſed e contrario quosdam dæmones malos & ſpiritus humano generi infenſos, quique impediunt animam, ne ad cœlum nitatur, viam virtutis incedat, & ad Deum vera pietate revertatur. Et quidem de Pythia, quod oraculorum omnium videtur eſſe clariſſimum, narratur hanc Apollinis vatem ore Caſtalii ſpecus inſidentem accipere ſpiritum per pudendam ſui cor-

μαντειων λαμπροτερον τυγχανειν, ὁτι περικαθεζομενη το της Κασαλιας ϛομιον ἡ τȣ Απολλωνος προφητις δεχεται πνευμα δια των γυναικειων κολπων· ȣ̓ πληρωθεισα ἀποφθεγγεται τα νομιζομενα ἐιναι σεμνα και θεια μαντευματα. ὁρα δη δια τȣτων, ἐι μη το τȣ πνευματος ἐκεινȣ ἀκαθαρτον και βεβηλον ἐμφαινεται, μη δια μανων και ἀφανων πορων, και πολλω γυναικειων κολπων καθαρωτερων, ἐπεισιον τῃ ψυχῃ της θεσπιζȣσης· ἀλλα δια τȣτων, ἁ ȣ̓δε θεμις ἠν τῳ σωφρονι και ἀνθρωπῳ βλεπειν, ȣ̓πω λεγεσθαι ἡ και ἁπτεσθαι. και τȣτο ποιειν ȣ̓κ ἁπαξ πȣ, ȣ̓δε δις (ἰσως γαρ ἐδοξεν ἀνεκτοτερον το τοιȣτο τυγχανειν) ἀλλα τοσαυτακις, ὁσακις προφητευειν ἐκεινη ἀπο τȣ Απολλωνος πεπιϛευται. ἀλλα και το ἐις ἐκϛασιν και μανικην ἀγειν καταϛασιν την δηθεν προφητευȣσαν, ὡς μηδαμως αὐτην ἑαυτῃ παρακολȣθειν, ȣ̓ θειȣ πνευματος ἐργον ἐϛιν· ἐχρην γαρ τον κατοχον τῳ θειῳ πνευματι, πολλω προτερον παντος ȣ̓τινοσουν τȣ ἀπο των χρησμων διδασκομενȣ το συμβαλλομενον ἐις τον μισον και κατα φυσιν βιον, ἡ προς το λυσιτελες, ἡ προς το συμφερον, ὠφεληθηναι, και διορατικωτερον παρ' ἐκεινο μαλιϛα καιρȣ τυγχανειν, ὁτε συνεϛιν αὐτῳ το θειον.

Οθεν ἡμεις ἀποδεικνυμεν, συναγοντες ἀπο των ἱερων γραμματων, ὁτι οἱ ἐν Ιȣδαιοις προφηται, ἐλλαμπουμενοι ὑπο τȣ θειȣ πνευματος τοσȣτον, ὁσον ἠν και αὐτοις τοις προφητευȣσι χρησιμον, προαπελαυον της τȣ κρειττονος ἐις αὐτȣς ἐπιδημιας· και δια της προς την ψυχην αὐτων, ἰν' ȣ̓τως ὀνομασω, ἁφης τȣ καλȣμενȣ ἁγιȣ πνευματος, διορατικωτεροι τε τον νουν ἐγινοντο, και την ψυχην λαμπροτεροι. ἀλλα και το σωμα ȣ̓δαμως ἐτι ἀντιπραττον τῳ κατ' ἀρετην βιῳ, ἁτε κατα το παρ' ἡμιν καλȣμενον φρονημα της σαρκος νεκρȣμενον. πνευματι γαρ θειοτερῳ τας τȣ σωματος πραξεις, και ἀπο τȣ φρονηματος της σαρκος ἀρχομενας ἐχθρας τυγχανειν προς θεον, θανατȣσθαι πεπεισμεθα. ἐι δ' ἐξιϛαται, και ȣ̓κ ἐν ἑαυτῃ ἐϛιν ἡ Πυθια, ὁτε μαντευεται· ποδαπον νομιϛεον πνευμα, το σκοτον καταχεαν τȣ νȣ και των λογισμων, ἡ

τοιȣτον

poris partem, eoque ſic repletam fundere præclara illa & divina ut putantur oracula. Jam vide an non hinc tota ſe prodat impura ſpiritus illius ſpurcitia, qui, ut in vaticinantis animam ſubeat, non ingreditur per tenues & inconſpicuos meatus pudenda parte multo puriores, ſed per eos, quos vel homini verecundo aſpicere, nominare, aut etiam attrectare nefas. At vero id facere non ſemel atque iterum, quod eſſet fortaſſe tolerabilius; ſed toties, quoties illa afflante Apolline vaticinia edere creditur; quin & vaticinantem extra ſe abripere & in furorem agere, ut ſibi ipſa conſtare non poſſit, id certe Spiritus divini non eſt opus. Oportet enim ut qui divino Spiritu afflatus eſt, is longe ante eos qui diſcendi cauſa quid ad civilem aut naturalem vitam conducat, quid queſtui, quid commodo ſit, oracula conſulunt, utilitatem inde percipiat, ac tum maxime fiat perſpicax, cum numen ipſi conjungitur.

4. Atque eam ob rem nos e ſacris ſcripturis demonſtramus, Judæorum prophetas divino Spiritu illuſtratos, quantum ipſis utile fuit, primos fuiſſe qui præſtantioris naturæ adventu fruerentur, & per ſancti Spiritus contactum, ut ita loquar, mentem eorum perſpicaciorem animamque ſplendidiorem factam fuiſſe. Sed neque illorum corpus in mora amplius erat ne virtuti ſtuderent, quippe quod prudentiæ carnis, ut vocamus, emortuum erat. Perſuaſum enim nobis eſt *facta corporis*, & ortas a prudentia carnis cum Deo inimicitias divino Spiritu *mortificari*. Si autem extra ſe rapitur, ſi ſui compos non eſt Pythia dum vaticinia edit, cujusnam alius generis cenſeri oportet ſpiritum illum qui menti & rationi tenebras offundit, præterquam illorum dæmonum, quos ex obſeſſis pro-

τοιȣτον ὁποιον ἐςι και το των δαιμονων γενος, ὃς ȣ̓κ ὀλίγοι χριςιανων ἀπελαυνȣσι των πασχοντων, συν ȣ̓δενι περιεργῳ και μαγικῳ ἢ φαρμακευτικῳ πραγματι, ἀλλα μονῃ εὐχῃ και ὁρκωσεσιν ἁπλȣςεραις, και ὁσα ἂν δυναιτο προσαγειν ἁπλȣςερος ἀνθρωπος; ὡς ἐπιπαν γαρ ἰδιωται το τοιȣτον πραττȣσι, παριςαςης της ἐν τῳ λογῳ χριςȣ χαριτος το των δαιμονων εὐτελες και ἀσθενες, ȣ̓ παντως δεομενον, προς το ἡττηθηναι, και εἶξαι ὑπεξελθειν ἀπο ψυχης ἀνθρωπȣ και σωματος, σαφȣς τινος και δυνατȣ ἐν ταις λογικαις περι της πιςεως ἀποδειξεσιν.

Ἀλλα και εἴπερ πεπιςευται ȣ̓ παρα χριςιανοις και Ιȣδαιοις μονοις, ἀλλα και παρ' ἀλλοις πολλοις Ἑλληνων και βαρβαρων, ὁτι ζῃ και ὑπαρχει μετα τον ἀπο τȣ σωματος χωρισμον ἡ ἀνθρωπινη ψυχη· και τῳ λογῳ παριςαται, ὁτι ἡ μεν καθαρα, και μη βαρȣμενη ὑπο των της κακιας μολιβδιδων, μετεωρος φερεται ἐπι τȣς τοπȣς των καθαρωτερων και αἰθεριων σωματων, καταλιπȣσα τα τηδε παχεα σωματα και τα ἐν αὐτȣς μιασματα· ἡ δε φαυλη, και ὑπο των ἁμαρταδων καθελκομενη ἐπι την γην, και μηδ' ἀναπνευσαι δυναμενη, τηδε φερεται, και καλινδειται, ἡ μεν τις ἐπι τα μνηματα, ἐνθα και ὠφθη σκιοειδων ψυχων φαντασματα, ἡ δε τις ἀπ·ξαπλως περι την γην· ποδαπα χρη νομιζειν εἶναι πνευματα, τα ὁλους ἰν' ȣ̓τως ὀνομασω αἰωνας προσδεθεντα, ὡσπερ εἴτε μαγγανειαις τισιν, εἴτε και δια την σφετεραν κακιαν, οἰκοδομαις και τοποις; ὁ λογος δη αἱρει φαυλ' ἀττα νομιζειν εἶναι τα τοιαυτα τῃ προγνωςικῃ δυναμει, μεςῃ τυγχανȣσῃ, εἰς ἀπατην ἀνθρωπων χρωμενα, και προς το περισπασαι αὐτȣς ἀπο τȣ θεȣ, και της καθαρας εἰς αὐτον εὐσεβειας. δηλοι δε το τοιȣτον τȣς αὐτȣς τυγχανειν και το, ταις ἀπο των θυσιων ἀναθυμιασεσι και ταις ἀπο των αἱματων και ὁλοκαυτωματων ἀποφοραις τρεφομενα αὐτων τα σωματα, φιληδονουντων τοις τοιȣτοις, ἐπ' αὐτο τυγχανειν τȣ ὡσπερει φιλοζωειν· ἀναλογον φαυλοις ἀνθρωποις, ȣ̓κ ἀσπαζομενοις μεν το καθαρωτερον ἔξω σωματων ζῆν, περιεπȣσι δε

δια

fligant e Chriſtianis multi, idque ſine ullo inutili magiæ aut incantationis auxilio, ſed ſolis precibus ſimplicibusque adjurationibus & quales vel ſimplicior homo poſſit adhibere? Hoc enim plerumque faciunt idiotæ. Quo quidem ea quæ doctrinæ noſtræ ineſt gratia Chriſti, manifeſte prodit contemnendam dæmonum infirmitatem, cum, ut vincantur, cedant & ex anima corporeque hominis fugentur, non opus ſit ſapiente & in probandis fidei rebus verſato.

5. Præterea ſi creditur non a Chriſtianis & Judæis tantum, ſed etiam a multis aliis Græcis & Barbaris, vivere & ſupereſſe humanam animam poſt ſuam a corpore ſeparationem. Si confirmat ratio puram nec malitiæ quaſi maſſa plumbea oneratam, ſublimem evolare ad ea loca, ubi puriorum & æthereorum corporum ſedes eſt, relictis hic deorſum craſſis corporibus eorumque ſordibus; malam vero & ad terram peccatis depreſſam nec reſpirare valentem, hic vagari & volutari, aliam circa ſepulchra, ubi animarum ſimulacra umbrarum inſtar viſa ſunt; aliam circa quævis corpora terreſtria; quosnam exiſtimandum eſt illos eſſe ſpiritus, qui integra, ut ita loquar, ſæcula ædificiis locisque alligati manent, ſive id fiat magicis incantationibus, ſive propter ſua ipſorum vitia? Certe jubet ratio ſpiritus hujusmodi judicari malos, qui arte divinatoria, quæ eſt indifferens, ad decipiendos homines eosque a Deo & pura in eum pietate avertendos abutuntur. Hinc etiam illos tales habendos eſſe apparet, quod victimarum nidore ſanguinisque & ſacrificiorum odore ſua corpora alere amant, hujusmodi rebus delectantur, illisque adſunt quaſi inde vitam ſervare quærerent: non ſecus ac perverſi illi homines, qui puriorem & a corporibus remotam negligentes vitam, corporearum voluptatum deſiderio unice curant in terreſtri corpore vivere. Delphicus

δια τας σωματικας ἡδονας την ἐν τῳ γεωδει σωματι ζωην. εἴπερ δε θεος ἠν, ὡς Ἑλληνες οἰονται, ὁ ἐν Δελφοις Ἀπολλων· τινα μαλλον ἐχρην αὐτον ἐκλεξασθαι προφητην; ἠ τον σοφον; ἠ, μη εὑρισκομενου του τοιουτου, κἀν τον προκοπτοντα; πως δ' ἀν οὐκ ἀνδρα μαλλον προφητευειν ἐβουλετο, ἠπερ γυναικα; εἰ δε και το θηλυ ἠθελεν, ὡς ταχα μη δυναμενος, ἠ μη τερπομενος ἀλλῳ τινι, ἠ τοις κολποις των γυναικων· πως οὐχι παρθενον μαλλον ἐχρην αὐτον ἐπιλεξασθαι, ἠπερ γυναικα την το βουλημα αὐτου θεσπιζουσαν;

Νυνι δε ὁ θαυμαζομενος παρ' Ἑλλησι Πυθιος οὐδενα μεν σοφον, ἀλλ' οὐδ' ὁλως ἀνδρα ἀξιον ἐκρινε της ὡς Ἑλληνες ὑπολαμβανουσι θειας κατακωχης. ἀλλ' οὐδ' ἐν τῳ θηλει γενει παρθενον τινα, ἠ σοφην, και ἀπο φιλοσοφιας ὠφελημενην· ἀλλα τινα γυναικα ἰδιωτιν. ταχα γαρ οἱ ἐν ἀνθρωποις κρειττονες βελτιους ἠσαν της εἰς την κατακωχην ἐνεργειας αὐτου. ἐδει δε και, εἰπερ θεος ἠν, τῃ προγνωσει αὐτον χρησασθαι δελεατι, ἱν' οὑτως ὀνομασω, προς την ἐπιστροφην, και θεραπειαν, και ἠθικην κατορθωσιν των ἀνθρωπων· νυνι δε οὐδεν ἡ ἱστορια τοιουτον παραδιδωσι περι αὐτου. εἰ γαρ και ἀνδρων ἁπαντων Σωκρατην εἰπε σοφωτατον εἰναι· ἠμβλυνε τον ἐπαινον αὐτου το προς τουτου λεγομενον περι Ευριπιδου και Σοφοκλεους ἐν τῳ, σοφος Σοφοκλης, σοφωτερος δ' Ευριπιδης. τραγῳδοποιων οὐν σοφων ὑπ' αὐτου λελεγμενων, κρειττων εἰναι νομισθεις ὁ Σωκρατης των ἐπι της σκηνης και της ὀρχηστρας του τυχοντος ἀθλου ἑνεκεν ἀγωνιζομενων, και ὁπου μεν λυπας και οἰκτους τοις θεαταις ἐμποιουντων, ὁπου δε ἀσεμνους γελωτας· (τοιουτον γαρ τι βουλεται τα σατυρικα δραματα·) οὐ πανυ τι το δια φιλοσοφιαν και ἀληθειαν ἐμφαινει σεμνον, και δια σεμνοτητα ἐπαινετον. και ταχα οὐ τοσουτον δια φιλοσοφιαν ἀνδρων εἰπεν αὐτον ἁπαντων σοφωτατον, ὁσον δια τας θυσιας, και ἁς προσηνεγκε κνισσας αὐτῳ τε και τοις λοιποις δαιμοσι. και δια ταυτα ἐοικασι μαλλον ποιειν οἱ δαιμονες τα ἀξιουμενα ὑπο των αὐτοις προσαγοντων, ἠ δια τα ἐργα της ἀρετης. διοπερ διαγραφων τα γινο-

μενα

ille Apollo ſi Deus erat, ut Græci putant, ecquem ab illo potius decebat eligi vatem, quam ſapientem, aut, ſi non inveniebatur, ſaltem qui progreſſus in ſapientia feciſſet? Quomodo non virum potius quam fœminam vaticinari voluit? Aut ſi fœminam volebat, ut qui fortaſſe mare uti non poſſet, aut non alia re quam locis muliebribus delectaretur, nonne magis oportuit adhiberi virginem, quam mulierem, quæ ipſius voluntatem declararet?

6. Nunc vero Pythius ille quem admirantur Græci, non ſapientem, ne virum quidem dignum judicavit, quem ſuo numine afflaret, ut loquuntur: nec inter fœminas virginem, aut ſapientem, aut philoſophia inſtructam, ſed mulierem e vulgo elegit. Forte præſtantes viri meliores erant, quam ut illius ſpiritu afflarentur. Debebat etiam, ſi Deus erat, ſua rerum futurarum notitia ineſcare, ut ita dicam, homines ad mutandam vitam, ad animæ curam, ad morum emendationem. At nihil hujusmodi de illo hiſtoria proditum eſt. Quod enim Socratem hominum ſapientiſſimum eſſe dixit, hanc laudem obſcuravit id quod de Euripide & Sophocle addidit: *ſapiens Sophocles, ſed Euripides ſapientior.* Cum igitur ſapientes pronunciarit tragœdiarum ſcriptores, quod Socrates cenſetur iis ſapientior, qui de vulgari præmio in ſcena & orcheſtra decertant & modo dolorem & miſerationem ſpectatoribus ingenerant, modo, id quod captant, ſatyrica dramata, ad riſus inhoneſtos excitant; id non argumento eſt illum philoſophia & veritatis amore fuiſſe commendabilem ob easque virtutes laude dignum. Et fortaſſe non tam propter philoſophiam illum dixit hominum eſſe ſapientiſſimum, quam propter victimas nidoresque quos offerebat tum illi tum reliquis dæmonibus. Et illi dæmones propter hæc magis exaudiunt vota ſacrificantium, quam propter virtutis opera. Quapropter Homerus Poëtarum optimus,

μενα ὁ των ποιητων ἀριςος Ομηρος, και διδασκων, τινα μαλιςα ἐςι τα πειθοντα τους δαιμονας ποιειν ἁ βουλονται οἱ θυοντες, εἰσηγαγε τον Χρυσην, ἑνεκεν ὀλιγων ςεφανων, και μηριων ταυρων και αἰγων, τυγχανοντα ὡν ἡτησε καθ' Ελληνων δια την θυγατερα. ἱνα λοιμωξαντες ἀποδωσειαν αὐτῳ την Χρυσηΐδα. μεμνημαι δε παρα τινι των Πυθαγορειων, ἀναγραψαντι περι των ἐν ὑπονοιᾳ παρα τῳ ποιητῃ λελεγμενων, ἀναγνους, ὁτι τα του Χρυσου προς τον Απολλωνα ἐπη, και ὁ ἐξ Απολλωνος ἐπιπεμφθεις τοις Ελλησι λοιμος, διδασκει ὁτι ἠπιςατο Ομηρος πονηρους τινας δαιμονας χαιροντας ταις κνισσαις και ταις θυσιαις, μισθους ἀποδιδοναι τοις θυσασι την ἑτερων φθοραν, εἰ τουτο οἱ θυοντες εὐχοιντο. και ὁ Δωδωνης δε μεδεων δυσχειμερου, παρ' ᾡ εἰσιν οἱ προφηται ἀνιπτοποδες, χαμαιευναι, ἀποδοκιμασας το των ἀνδρων εἰς προφητειαν γενος, ταις Δωδωνισι χρηται, ὡς και ὁ Κελσος παρεςησεν. ἐςω δε τις τουτοις παραπλησιος Κλαριος, και ἑτερος ἐν Βραγχιδαις, και ἀλλος ἐν Αμμωνος, ἡ ὁποι ποτε γης μαντευομενοι· ποθεν ουν δειχθησεται, και εἰ θεοι μεν εἰσι, ου δαιμονια δε τινα;

Των δ' ἐν Ιουδαιοις προφητων οἱ μεν ἀπο προφητειας και της θειας κατακωχης, ὡς ἀν σοφοι· οἱ δ' ἀπ' αὐτης της προφητειας φωτισθεντες τον νουν τοιουτοι γεγονασιν, αἱρεθεντες ὑπο της προνοιας εἰς το πιςευθηναι το θειον πνευμα, και τους ἀπο τουτου λογους, δια το του βιου δυσμιμητον, και σφοδρα εὐτονον, και ἐλευθεριον, και παντῃ προς θανατον και κινδυνους ἀκαταπληκτον. τοιουτους γαρ και ὁ λογος αἱρει δειν εἰναι τους του ἐπι πασι θεου προφητας, οἱ τινες παιγνιον ἀπεφηναν την Αντισθενους, και Κρατητος, και Διογενους εὐτονιαν. δι' ἀληθειαν γουν και το ἐλευθεριως ἐλεγχειν τους ἁμαρτανοντας, ἐλιθασθησαν, ἐπρισθησαν, ἐπειρασθησαν, ἐν φονῳ μαχαιρας ἀπεθανον. περιηλθον γαρ ἐν μηλωταις, ἐν αἰγειοις δερμασιν, ὑςερουμενοι, κακουχουμενοι, ἐν ἐρημιαις πλανωμενοι, και ὀρεσι, και σπηλαιοις και ταις ὀπαις της γης, ὡν ουκ ἠν

ἀξιος

timus, id quod accidere ſolet deſcribens, & docens quibusnam potiſſimum dæmones illi moventur ad exaudiendas eorum preces qui mactant victimas, induxit Chryſen, oblatis paucis coronis & taurorum caprarumque femoribus obtinentem quidquid contra Græcos poſtulabat, ut peſte adacti Chryſeida ſibi redderent. Memini me legere apud quemdam Pythagoricum, qui ſcripſit de reconditioribus hujus poetæ ſenſibus, Chryſæ verba ad Apollinem, & immiſſam Græcis ab Apolline peſtilentiam nos docere, Homero non ignotos fuiſſe malos quosdam dæmones, qui nidore & victimis gaudent, & mercedis loco exitium aliorum ſacrificantibus concedunt, ſi modo id poſtulent. Et *rector ille Dodonæ hyberno tempore infeſtæ, ubi Vates habet qui nec lavant pedes & humi cubant*, rejecto virili ſexu, Dodonidibus etiam ad futura prædicenda uſus eſt, ut ipſe Celſus animadvertit. Do vero alios iſtis eſſe ſimiles, ut Clarium, alterum inſuper in Branchidis, alium in Ammonis templo aut ubivis terrarum, qui reddant oracula: unde probabuntur dii eſſe quidem, non vero dæmonia?

7. Verum e Judaïcis Prophetis alii ante ſapientes erant, quam prophetiæ donum acciperent; alios prophetia illuſtravit & ſapientes effecit. Hi vitæ genus ſectati difficile imitatu, conſtans, liberum, & mortis periculorumque metu inconcuſſum, fuerunt a Providentia electi, quibus divinus Spiritus ejusque eloquia committerentur. Docet enim ratio tales eſſe debere ſummi Dei prophetas, quibuscum conſtans Antiſthenis, Cratetis Diogenisque gravitas collata pro ludo habebitur. Propter veritatem igitur & libertatem in reprehendendis peccatoribus *lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladii mortui ſunt. Circuierunt enim in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, in ſolitudinibus errantes, in montibus & ſpeluncis & in cavernis terræ, quibus dignus non erat hic mun-*

dus;

ἀξιος ὁ ἐπι γης κοσμος· ἀει ἐνορωντες τῳ θεῳ, και τοις ἀορατοις τȣ Θεȣ, και μη βλεπομενοις αἰσθητως, και δια τȣτο ἐστιν αἰωνιοις. ὁ δε βιος ἑκαςȣ των προφητων ἀναγεγραπται· ἀρκει δε ἐπι τȣ παροντος παραθεσθαι τον Μωϋσεως βιον· και γαρ αὐτȣ φερονται προφητειαι, ἀναγεγραμμεναι ἐν τῳ νομῳ· και τον Ιερεμιȣ, φερομενον ἐν τῃ ὁμωνυμῳ αὐτȣ προφητειᾳ· και τον Ησαϊȣ, ὃς ἐπορευθη ὑπερ τεινων πασαν ἀσκησιν γυμνος και ἀνυποδετος ἐτεσι τρισιν. ἰδε δε και παιδαριων, τȣ Δανιηλ και των συν αὐτῳ, τον ἐῤῥωμενον βιον, ἀναγνȣς την ὑδροποσιαν αὐτων, και ὅτι ἡ τροφη ἠν αὐτοις ὀσπριον, ἐμψυχων ἀπεχομενοις. εἰ δε δυναται, και τα προ τȣτων θεασαι, Νωε προφητευσαντος· και τȣ Ισαακ τῳ υἱῳ ἐπευξαμενȣ προφητικως· και τȣ Ιακωβ λεγοντος ἑκαςῳ των δωδεκα, δευτε, ἱνα ἀναγγειλω ὑμιν τι ἐςαι ἐπ' ἐσχατων των ἡμερων. ȣτοι δη, και ἀλλοι μυριοι, προφητευσαντες τῳ θεῳ, και τα περι Ιησȣ τȣ χριςȣ προειπον. διοπερ ἐν ȣδενι μεν τιθεμεθα λογῳ τα ὑπο της Πυθιας, ἡ Δωδωνιδων, ἡ Κλαριȣ, ἡ ἐν Βραγχιδαις, ἡ ἐν Αμμωνος, ἡ ὑπο μυριων ἀλλων λεγομενων θεοπροπων προειρημενα· τα δ' ὑπο των ἐν Ιȣδαιᾳ προφητευσαντων τεθηπαμεν, ὁρωντες ὁτι ἀξιος ἠν αὐτων ὁ ἐῤῥωμενος, και εὐτονος, και σεμνος βιος, πνευματος θεȣ τροπῳ προφητευοντος καινῳ, και ȣδεν ἐχοντι παραπλησιον ταις ἀπο δαιμονων μαντειαις.

Οὐκ οἰδα δ' ὁπως ὁ Κελσος, εἰπων, τα δ' ὑπο των ἐν Ιȣδαιᾳ τῳ ἐκεινων τροπῳ λεχθεντα, προσεθηκεν, ἡ μη λεχθεντα· ὡς ἀπιςος φασκων δυνασθαι και μη λελεχθαι αὐτα· ἀλλ' ἀναγεγραφθαι ταχα τα μη λεχθεντα. ȣ γαρ οἰδε τȣς χρονους, ȣδ' ὁτι προ πολλων ἐτων μυρια προειποντες ἐλεγον και περι της χριςȣ ἐπιδημιας. παλιν τε αὖ, τȣς ἀρχαιους προφητας διαβαλειν ἐθελων, φησιν αὐτȣς πεπροφητευκεναι τον τροπον τȣτον, ὃν εἰωθασι, φησιν, ἐτι νυν οἱ περι Φοινικην τε και Παλαιςινην· μη δηλωσας ποτερον ἀλλοτριους λεγει τινας τȣ Ιȣδαιων λογȣ και χριςιανων, ἡ και κατα τον χαρακτηρα των προ-

φητων

dus; intenti ſemper in Deum Deique inviſibilia, quæ, cum ſenſibus non videantur, ſempiterna eſſe neceſſe eſt. Singulorum Prophetarum vita literis mandata eſt; ſed ſatis eſt in præſentia perpendere qualis vita fuerit Moyſis, cujus in lege prophetias habemus; qualis vita Jeremiæ, quam prophetiarum ejus nomine notus liber repræſentat; qualis Eſaïæ, qui inaudita auſteritate tres annos nudus & diſcalceatus ambulavit. Puerorum etiam, Danielis videlicet ejusque ſociorum, vitam conſidera quam auſtera fuerit, qui ab animatis abſtinentes aqua & leguminibus veſcebantur. Si antiquiora conſiderare potes, evolve vitam Noe cujus prophetiæ ſunt; Iſaaci, qui filio ſuo benedictionem prophetice impertiit; Jacobi qui duodecim filiis dixit, *Venite ut annunciem vobis quæ futura ſunt in diebus noviſſimis.* Hi ſicut & alii innumeri, qui Dei fuerunt Prophetæ, prædixerunt etiam quæ ad Jeſum pertinerent. Quocirca nihili facimus Pythiæ, Dodonidum, Clarii, Branchidarum, Ammonis aliorumque ſexcentorum qui vates habiti ſunt, prædictiones. Ideo autem quæ in Judæa prænunciata ſunt admiramur, quia videmus illorum hominum ſeveram, conſtantem, honeſtam vitam fuiſſe dignam divino Spiritu, qui ſingulari ratione nec ſimile quidquam habente dæmoniorum prædictionibus, res futuras præſignificat.

8. Neſcio autem quomodo Celſus, poſtquam dixit: *Quæ vero in Judæa more gentis dicta ſunt*, addidit, *aut non dicta:* ubi tanquam incredulus dicit fieri potuiſſe ut hæc non dicta ſint, ſed ſcriptis mandata ſint quæ dicta non fuerint. Nimirum rationis temporum ignarus neſcivit Prophetas illos qui Chriſti adventum prædixerunt, innumera alia multis antequam evenirent annis prænunciaſſe. Rurſus veteres Prophetas calumniari volens ait, *eodem illos modo prædixiſſe quo ſolent etiam nunc Phœnices & Palæſtini.* Sed non indicat utrum de quibusdam loquatur qui a Judæorum

Chri-

φητων Ιουδαϊκως προφητευοντας. ὁπως δ' ἀν ἐχῃ ἁ λεγει, ἐλεγχεται ἐψευσμενα. οὐτε γαρ τινες των της πιστεως ἀλλοτριων παραπλησιον τι τοις προφηταις πεποιηκασιν, οὐτε νεωτεροι και μετα την Ιησου ἐπιδημιαν ἱστορουνται ἐν Ιουδαιοις τινες προφητευσαντες. το γαρ ἁγιον πνευμα ὡμολογηται ἐκεινους καταλελοιπεναι, ἀσεβησαντας εἰς τον θεον, και τον προφητευθεντα ὑπο των παρ' αὐτοις προφητων. σημεια δε του ἁγιου πνευματος κατ' ἀρχας μεν της Ιησου διδασκαλιας, μετα δε την ἀναληψιν αὐτου πλειονα ἐδεικνυτο, ὑστερον δε ἐλαττονα· πλην και νυν ἐτι ἰχνη ἐστιν αὐτου παρ' ὀλιγοις, τας ψυχας τῳ λογῳ και ταις κατ' αὐτον πραξεσι κεκαθαρμενοις. ἁγιον γαρ πνευμα παιδειας φευξεται δολον, και ἀπαναστησεται ἀπο λογισμων ἀσυνετων.

Επει δε και τον τροπον των ἐν Φοινικῃ και Παλαιστινῃ μαντειων ἐπαγγελλεται φρασειν ὁ Κελσος, ὡς ἀκουσας και πανυ καταμαθων· φερε, και ταυτα κατανοησωμεν. πρωτον δη λεγει πλειονα εἰδη εἰναι προφητειων· μη ἐκτιθεμενος αὐτα. οὐδε γαρ εἰχεν, ἀλλα ψευδως ἐγαπειτεινετο. ὁ δε φησιν εἰναι τελεωτατον παρα τοις τηδε ἀνδρασιν ἰδωμεν. Πολλοι, φησι, και ἀνωνυμοι ῥᾳστα ἐκ της προστυχουσης αἰτιας, και ἐν ἱεροις, και ἐξω ἱερων, οἱ δε και ἀγειραντες και ἐπιφοιτωντες πολεσιν, ἡ στρατοπεδοις, κινουνται δηθεν ὡς θεσπιζοντες. προχειρον δ' ἑκαστῳ και συνηθες εἰπειν, ἐγω ὁ θεος εἰμι, ἡ θεου παις, ἡ πνευμα θειον. ἡκω δε ἠδη γαρ ὁ κοσμος ἀπολλυται, και ὑμεις, ὠ ἀνθρωποι, δια τας ἀδικιας οἰχεσθε. ἐγω δε σωσαι θελω· και ὀψεσθε με αὐθις μετ' οὐρανιου δυναμεως ἐπανιοντα. μακαριος ὁ νυν με θρησκευσας, τοις δ' ἀλλοις ἁπασι πυρ αἰωνιον ἐπιβαλω, και πολεσι, και χωραις. και ἀνθρωποις, οἱ μη τας ἑαυτων ποινας ἰσασι, μεταγνωσονται ματην και στεναξουσι· τους δε μοι πεισθεντας, αἰωνιους φυλαξω· εἰτα τουτοις ἑξης φησι, ταυτ'

ἐπαγα-

Chriſtianorumque doctrina alieni ſunt, an de iis, quorum prophetiæ eodem atque Judaïcorum Prophetarum oracula, charactere inſigniantur. Sed utcumque ſe habent quæ dicit, mendacii redarguuntur. Nec enim quidam alieni a fide ſimile quidpiam fecerunt Prophetis, nec ulli Prophetæ inter Judæos memorantur adventu Jeſu recentiores. Conſtat enim illos, ex quo in Deum & eum qui ab ipſorum Prophetis prædictus fuerat, impie egerunt, deſertos a Spiritu ſancto fuiſſe. Signa autem Spiritus ſancti extiterunt ſub initium prædicationis Jeſu, plura poſt ejus aſſumtionem, poſtea pauciora. Hujus tamen veſtigia etiamnum ſunt apud paucos, quorum animæ doctrina Chriſtiana agendique ratione huic doctrinæ conſentanea purgatæ ſunt. *Spiritus enim ſanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe a cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu.*

9. Quoniam vero Celſus de modo quo in Phœnicia & Palæſtina vaticinia eduntur, dicturum ſe promittit tanquam de re perſpecta ſibi atque explorata, age, hæc etiam conſideremus. Ac primum quidem ait *plurimas eſſe prophetiarum ſpecies.* Quænam autem illæ ſint, non explicat, nec ſane poterat, ſed falſo exaggerat. Jam quid ipſi perfectiſſimum apud illos viros videatur, conſideremus. *Multi*, inquit, *iique ſine nomine, quacumque data occaſione, in templis aut extra templa, id faciunt maxima facilitate*: *alii ſe in urbes & exercitus ingerunt, ibique, convocata multitudine, erumpunt in geſtus quaſi fatidicos. Singulis promptu hæc & uſitatu ſunt : Ego Deus ſum, aut Dei filius, aut divinus Spiritus. Venio, quia mundus jam periturus eſt. Et vos, o homines, perituri eſtis propter iniquitates. At ego volo vos fieri ſalvos, & vos me rurſus videbitis cum cæleſti poteſtate redeuntem. Beatus qui nunc me colit : alios omnes in ignem æternum injiciam, ſimulque regiones & urbes. Qui neſciunt quæ ſibi immineant*

ἐπανατεταμενοι προςιθεασιν ἐφεξης ἀγνωςα, και παροιςρα, και παντη ἀδηλα, ὧν το μεν γνωρισμα ὐδεις ἂν ἐχων νουν εὑρειν δυναιτο· ἀσαφη γαρ και το μηδεν· ἀνοητῳ δε ἡ γοητι παντι περι παντος ἀφορμην ἐνδιδωσιν ὁπη βυλεται το λεχθεν σφετεριζεσθαι.

Εχρην δε αὐτον, εἰπερ εὐγνωμονει προς την κατηγοριαν, ἐκθεσθαι αὐταις λεξεσι τας προφητειας· εἰτ' ἐν αἷς θεος παντοκρατωρ ἐπηγγελλετο εἰναι ὁ λεγων, εἰτ' ἐν αἷς ὁ υἱος τυ θευ, εἰτε και ἐν αἷς το πνευμα το ἁγιον λεγον εἶναι ἐπιςευετο. ὑτω γαρ ἠγωνιασεν ἀνασκευασαι τα εἰρημενα, και δειξαι ὁτι ὐκ ἐνθεοι ἠσαν οἱ λογοι, περιεχοντες ἐπιςροφην ἀπο των ἁμαρτηματων, και ἐλεγχον των ποτε ὀντων, και προγνωσιν περι των μελλοντων. διο και οἱ κατ' αὐτυς ἀπογραψαμενοι τας προφητειας αὐτων ἐφυλαξαν· ἱνα και οἱ μεταγενεςεροι ἀναγινωσκοντες θαυμαζωσιν ὡς λογυς θευ, και ὠφελυμενοι ὐ μονον ἀπο των ἐπιπληκτικων και ἐπιςρεπτικων, ἀλλα και ἀπο των προγνωςικων, ταις ἐκβασεσι πειθομενοι περι τυ θειον εἶναι πνευμα το προειρηκος, την κατα τον λογον εὐσεβειαν ἀσκουντες διατελωσι πειθομενοι τῳ νομῳ και τοις προφηταις. οἱ μεν ὐν προφηται ὁσα ἠν αὐτοθεν νοηθηναι τοις ἀκουυσι χρησιμα, και συμβαλλομενα τῃ των ἠθων ἐπανορθωσει, χωρις πασης ἐπικρυψεως, κατα το βυλημα τυ θευ, εἰρηκασιν· ὁσα δε μυςικωτερα ἠν, και ἐποπτικωτερα, και ἐχομενα θεωριας της ὑπερ την πανδημον ἀκοην, ταυτα δι' αἰνιγματων και ἀλληγοριων, και των καλυμενων σκοτεινων λογων, και των ὀνομαζομενων παραβολων ἠ παροιμιων, ἀπεφηναντο· ἱν' οἱ μη φυγοπονουντες, ἀλλα παντα πονον ὑπερ ἀρετης και ἀληθειας ἀναδεχομενοι, ἐξετασαντες εὑρωσι, και εὑροντες, ὡς λογος αἱρει, οἰκονομησωσιν. ὁ δε γενναδας Κελσος, ὡσπερει θυμωθεις ἐπι τῳ μη νενοηκεναι τυς των προφητων τοιυτους λογυς, ἐλοιδορησεν αὐτυς, εἰπων, ὁτι ταυτα ἐπανατεταμενοι προςιθεασιν ἐφεξης ἀγνωςα, και παροιςρα, και

παντη

pœna, ii fruſtra pœnitentiam agent & ingemiſcent; qui vero mihi fidem habuerint, ego illos æternum ſervabo. Quibus addit: *His magnificis promiſſis adjiciunt ignota, fanatica, prorſus tenebricoſa, è quibus ne ſapiens quidem eruere ſenſum poſſit, adeo abſcura ſunt & nullius ſententiæ. At ſtupido cuique aut impoſtori locum dant illa ad quamcumque rem pro libitu accommodandi.*

10. At illum oportebat, ſi quidem bono animo accuſaret, recitare ipſamet verba Prophetiarum, in quibus Deus omnipotens loquens inducitur, aut quarum Dei filius aut divinus Spiritus auctor eſſe creditur. Sic enim ea quæ dicta ſunt evertere conatus eſſet & oſtendere non eſſe divinitus inſpiratos illos ſermones qui revocabant a peccatis, caſtigabant homines qui tunc erant, res futuras prædicabant. Nam ideo coætanei homines prophetias illorum deſcripſerunt & ſervarunt, ut poſteri eas legentes tanquam eloquia Dei admirarentur, & utilitate percepta non ſolum ex reprehenſionibus admonitionibuſque, ſed etiam ex prædictionibus, quas eventus docebat a divino Spiritu fuiſſe editas, conformem tali doctrinæ pietatem exercerent, Legique & Prophetis obtemperarent. Atque hanc ob cauſam, quæcunque audientibus ad morum emendationem utile erat primo aſpectu intelligi, ea Prophetæ juxta Dei voluntatem nulla obſcuritate protulerunt; ea vero ænigmatum, allegoriarum, obſcurarum locutionum, parabolarum, aut proverbiorum involucris texerunt, quæ arcanius quid & profundius haberent ſenſuſque latentes ad vulgi captum non attemperatos; ut qui laborem non fugitant, ſed virtutis veritatiſque ſtudio omnia ſuſtinent, ſcrutati invenirent, & poſtquam inveniſſent, transferrent in uſum quem ratio præſcriberet. Sed ſtrenuus ille Celſus quaſi ſtomachans quod illa Prophetarum ſenſa non intellexerit, in illa invehitur: *Manificis*, inquit, *hujuſmodi promiſſis addunt ignota,*

παντη ἀδηλα, ὧν το μεν γνωρισμα ὐδεις ἀν νουν ἐχων εὑρειν δυναιτο, ἀσαφη γαρ και το μηδεν· ἀνοητῳ δε ἡ γοητι παντι περι παντος ἀφορμην ἐνδιδωσιν ὁπη βυλεται το λεχθεν σφετεριζεσθαι. και πανυργως μοι ἐδοξε ταυτ' εἰρηκεναι, κωλυειν, το ὁσον ἐφ' ἑαυτῳ, βυλομενος τυς ἐντυγχανοντας ταις προφητειαις βασανιζειν και ἐξεταζειν αὐτων τον νουν· και πεπονθε τι πραγμα παραπλησιον τοις εἰπυσι περι τινος προφητυ, εἰσελθοντος προς τινα και τα μελλοντα προειποντος αὐτῳ, τι εἰσηλθεν ὁ ἐπιληπτος οὑτος προς σε;

Εἰκος μεν ὐν εἰναι λογυς, πολλῳ της ἡμετερας ἑξεως σοφωτερυς, τυς δυναμενυς ἀποδεικνυναι ψευδομενον ἐν τυτοις τον Κελσον, και ἐνθεους τας προφητειας· πλην και ἡμεις, κατα το δυνατον ἡμιν, πεποιηκαμεν, τα, ὡς φησι Κελσος, παροιστρα και παντη ἀδηλα, προς λεξιν διηγησαμενοι ἐν τοις πραγματευθεισιν ἡμιν εἰς τον Ησαϊαν, και εἰς τον Ιεζεκιηλ, και εἰς τινας των δωδεκα. Θευ δε διδοντος την ἐν τῳ λογῳ αὐτυ προκοπην, καθ' ὑς βυλεται χρονυς, προςεθησεται τοις ἠδη ὑπαγορευθεισιν εἰς ταυτα ἠτοι τα λειποντα, ἡ ὁσα γ' ἀν φθασωμεν σαφηνισαι. και ἀλλοι δε, οἱ βυλομενοι ἐξεταζειν την γραφην, νουν ἐχοντες το γνωμα αὐτης εὑρειν ἀν δυναιντο· ὐσης πολλαχυ ἀληθως ἀσαφυς μεν, ὐ μην, ὡς φησι Κελσος, το μηδεν. ἀλλ' ὐδε δυναται τις ἀνοητος ἡ γοης ἐξομαλισαι ἡ ὁπη ποτε βυλεται το λεχθεν σφετερισασθαι· μονος δε και πας ὁ κατ' ἀληθειαν ἐν χριςῳ σοφος τον εἱρμον παντα ἀποδῳη ἀν των μετ' ἐπικρυψεως εἰρημενων ἐν ταις προφητειαις, πνευματικα πνευματικοις συγκρινων, και κατασκευαζων ἀπο της συνηθειας των γραφων ἑκαςον των εὑρισκομενων. ὐ πιςευτεον δε τῳ Κελσῳ λεγοντι τοιυτων ἀνθρωπων γεγονεναι αὐτηκοον. ὐδε γαρ κατα τυς Κελσυ χρονους γεγονασι τινες προφηται τοις αρχαιοις παραπλησιοι· ἐπει κἀν παραπλησιως τοις παλαι γραφεισιν ἀνεγραφησαν και ἑξης προφητειαι ὑπο των ἀποδεξαμενων και θαυμασαντων αὐτας. δοκει δε μοι παντη δηλον εἰναι το τυ Κελσυ ψευδος, ὁτι οἱ δηθεν προφηται, ὧν αὐτηκοος ἐγενε-

fanatica, prorſus tenebricoſa, e quibus ne ſapiens quidem eruere ſenſum poteſt, adeo obſcura ſunt & nullius ſententiæ. At ſtupido cuique aut impoſtori locum dant illa ad quamcumque rem pro libitu accommodandi. Quæ quidem mihi videtur vafre dixiſſe, ut, quantum in ſe eſt, lectores a perſcrutando & introſpiciendo prophetiarum intellectu revocaret: hac in re ſimilis illis, qui de quodam Propheta apud quemdam ingreſſo & res futuras prænunciante dicebant: *Quid venit inſanus iſte ad te?*

11. Equidem facile crediderim ſapientiora, quam quæ dicere poſſumus, afferri poſſe, quibus demonſtretur in his mentitum eſſe Celſum, & prophetias divinitus inſpiratas fuiſſe. Nos tamen, quoad per tenuitatem noſtram licuit, id fecimus. Nam in noſtris in Iſaïam, Ezechielem & quoſdam e duodecim commentariis expoſuimus ad verbum ea, quæ Celſus fanatica vocat, & inextricabilia. Cum autem Deus mihi ſtatuto ſibi tempore, ampliorem ſui verbi dederit intelligentiam, addam vel quæ vulgatis deſunt, vel quæcumque potero illuſtrare. Sed & alii prudentes, ſi ſcrutari ſcripturas velint, earum intellectum aſſequi poterunt. Equidem multis in locis revera obſcuræ ſunt, ſed non abſque ullo ſenſu, ut ait Celſus. Neque etiam ſtupidus aut impoſtor eas explanare aut ad quamcumque rem accommodare pro libitu poterit. Solus in Chriſto vere ſapiens, par eſt ad evolvendam totam eorum ſeriem, quæ in Prophetis obſcure & involute dicta ſunt, idque modo *ſpiritualia cum ſpiritualibus confert*, & ſingula eorum quæ invenerit, uſitata ſcripturis loquendi ratione confirmet. Neque Celſo fides habenda eſt dicenti, ſe hujuſmodi homines audiviſſe. Neque enim Celſi ætate Prophetæ veteribus ſimiles extiterunt: quandoquidem eorum prophetis ab iis qui eas accepiſſent & admirati eſſent, perinde fuiſſent conſcriptæ atque

veterum prophetiæ conſcriptæ fuerunt. Sed manifeſto videtur in mendacio deprehendi, cum ait *Prophetas illos, quos ipſe audivit, cum ab ipſo urgerentur, confeſſos fuiſſe quid ipſis deficeret, & quæ ambigua dicebant, figmenta eſſe omnia.* Debuit enim eorum indicare nomina quos auditos ſibi fuiſſe affirmat; ut ex nominibus, ſiquidem recenſere illa poſſet, prudentes judicarent vera ne an falſa dixiſſet.

12. Arbitratur præterea eos qui Prophetarum auctoritate cauſam Chriſti defendunt, nihil habere quod reſpondeant, cum quidquam illis de Deo aut nefarium, aut turpe, aut ſordidum, aut impurum dictum eſſe monſtratur. Quamobrem quaſi tum nulla reliqua eſſet defenſio, permulta ſibi pro conceſſis ſumit quæ minime conceduntur. Sed ſcire oportet, eos, qui vitam e ſcripturis componere ſtatuunt, qui inde docti ſunt illud, *Scientia imprudentis inſcrutabilia verba*, & legerunt, *Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti nos rationem de ea quæ in nobis eſt ſpe*, non hoc ſolum perfugium habere ut dicant hæc aut illa fuiſſe prænunciata, ſed etiam conari tollere quæ videntur abſurda eſſe, oſtendendo nihil in ſcripturis eſſe nefarium, aut turpe, aut ſordidum, aut impurum; ſed tale eſſe, quale accipi oportet ab iis qui divinam ſcripturam intelligunt. Ipſe vero debebat ex Prophetis proferre quod ipſi viſum fuerat aut nefarium, aut turpe, aut ſordidum, aut impurum, ſiquidem in Prophetis res ejuſmodi viderat. Sic enim & vehementior fuiſſet oratio & ad finem ipſi propoſitum accommodatior. At nihil horum facit, tantum mera in ſcripturas calumnia clamitat hæc omnia in illis videri. Ad inanem igitur vocum ſtrepitum nihil neceſſe eſt nos reſpondere, ut oſtendatur nihil nefarium, aut turpe, aut ſordidum, aut impurum in Prophetarum libris eſſe.

Αλλ' ὐδὲ ποιει ἢ πασχει αἰσχισα ὁ θεος, ὐδε τῳ κακῳ διακονειται, ὡς οἰεται Κελσος· ὐδε γαρ προειρηται τι των τοιυτων, καν λεγῃ αὐτος προειρησθαι. ἐμελλε τον θεον τῳ κακῳ διακονεισθαι, ἢ ποιειν, ἢ πασχειν αἰσχισα, παραθεσθαι τας ἀπο των προφητων εἰς τυτο λεξεις· και μη ανατρεπειν ἐθελειν τυς ἀκουοντας αὐτυ. εἰ μεν γαρ πεισεται ὁ χρισος, προειπον οἱ προφηται, και την αἰτιαν παρεθεντο τυ, δι' ὁ πεισεται· και ὁ θεος ἠπισατο ἁπερ ὁ χρισος αὐτυ πεισεται. ποθεν δ', ὁτι και μιαρωτατα και ἀκαθαρτοτατα ταυτ' ἠν; ὡς φησιν ὁ Κελσος, βυλομενος διδασκειν πως μιαρωτατα και ἀκαθαρτοτατα ταυτ' ἐστα ἠν, ἁ και ὑπεμεινεν· ἐπει φησι, τι γαρ ἀλλο ἢ θεῳ το προβατων σαρκας ἐσθιειν, και χολην ἢ ὀξος πινειν, πλην σκατοφαγειν; θεος δε καθ' ἡμας προβατων σαρκας ὐκ ἠσθιεν. ἱνα γαρ και δοξῃ, ὁτι ἠσθιεν· ὡς σωμα φορων, ὁ Ιησυς ἠσθιεν. ἀλλα και περι της χολης και τυ ὀξυς προφητευθεντων ἐν τῳ, ἐδωκαν εἰς το βρωμα μυ χολην, και εἰς την διψαν μυ ἐποτισαν με ὀξος ἐν τοις ἀνωτερω προειρηκοτες ἀναγκαζομεθα ὑπο τυ Κελσυ παλιλλογειν. ἀει γαρ οἱ τῳ της ἀληθειας ἐπιβυλευοντες λογῳ, χολην την ἀπο της ἑαυτων κακιας, και ὀξος το ἀπο της ἰδιας ἐπι τα φαυλα τροπης προσαγυσι τῳ χρισῳ και υἱῳ τυ θευ· ὁς γευσαμενος ὐ θελει πιειν.

Εἰτα μετα ταυτα, βυλομενος ἀνατρεπειν την πισιν των, δια το πεπροφητευσθαι, παραδεξαμενων τα τυ Ιησυ, φησι, φερε, ἐαν προειπωσιν οἱ προφηται τον μεγαν θεον, ἱνα μηδεν ἀλλο φορτικωτερον εἰπω, δυλευσειν, ἢ νοσησειν, ἢ ἀποθανειν· τεθνηξεσθαι δεησει τον θεον, ἢ δυλευσειν, ἢ νοσησειν, ἐπειδη προειρητο· ἱνα πισευθῃ ἀποθανων ὁτι θεος ἠν; ἀλλ' ὐκ ἀν προειποιεν τυτο οἱ προφηται· κακον γαρ ἐσι και ἀνοσιον· ὐκουν ὐτ' εἰ προειπον, ὐτ' εἰ μη προειπον, σκεπτεον· ἀλλ' εἰ το ἐργον ἀξιον ἐσι θευ, και καλον. τῳ δ' αἰσχρῳ και κακῳ, κἀν παντες ἀνθρωποι μαινομενοι προλεγειν δοκωσιν, ἀπισητεον. πως ὐν τα περι τυτον, ὡς περι θεον, πραχθεντα ἐσιν ὁσια;

Φαινε-

13. Neque etiam *turpiſſima facit, aut patitur Deus, aut malo favet*, ut Celſus putat. Nihil enim ſimile prædictum eſt, licet prædictum eſſe pronunciet. E Prophetis adducere debuit teſtimonia quæ Deum aut facere aut pati turpiſſima aut malo favere comprobarent, non vero auditorum aures vanis contaminare ſermonibus. Quæ paſſurus eſſet Chriſtus prædixerunt Prophetæ, allata cauſa cur paſſurus eſſet. Deus etiam noverat quæ Chriſto patienda erant; at unde accepit Celſus hæc turpiſſima & ſordidiſſima eſſe? Sed quomodo impuriſſima & ſordidiſſima ſint quæ Chriſtus pertulit, forte videbitur docere his verbis: *Quid enim*, inquit, *aliud erat Deo carnes ovium edere, fel aut acetum bibere, quam ſordibus veſci?* At ovillam carnem a Deo comeſam non dicimus; & ſi Jeſus comedere viſus fuit, non comedit niſi quatenus corpus induerat. De felle & aceto quæ bibenda ipſi eſſe Propheta ſic prædixerat: *Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potaverunt me aceto*, jam ſupra diximus, & eadem ſæpius iterare Celſus nos cogit: ii enim, qui inſidias verbo veritatis ſtruunt, ſemper fel ſuæ nequitiæ & ſuarum ad mala propenſionum acetum porrigunt Chriſto & filio Dei, qui poſtquam guſtavit, non vult bibere.

14. Poſthæc volens evertere fidem eorum qui propterea credunt quæ ad Jeſum pertinent, quod prædicta ſunt: *Age*, inquit, *ſi Prophetæ magnum Deum aut ſerviturum, aut ægrotaturum, aut moriturum, ut nihil odioſius dicam, prænunciaſſent; num, quia ſic prænunciatum eſſet, idcirco neceſſe foret, Deum aut mori, aut ſervire, aut ægrotare, ut mortuus crederetur eſſe Deus? Sed hoc nunquam Prophetæ prædixerint: eſt enim malum & impium. Non igitur ſpectandum eſt an prædixerint, an non prædixerint; ſed an res honeſta ſit & Deo digna. Rei autem turpi & malæ, etiamſi omnes homines furore conciti prædixiſſe viderentur, ulla nunquam adjungenda fi-*

φαινεται δη δια τȣτων ἰσχυρον μεν τι προς πειθω των ἀκȣοντων ὑπονενοηκεναι το περι τȣ πεπροφητευσθαι τον Ιησȣν κεφαλαιον· ἀλλῳ δε πιθανῳ πειρασθαι ἀνατρεπειν τον λογον, φασκων, ὀυκουν ἐιτ᾽ ἐι προειπον, ἐιτε ἐι μη προειπον, σκεπτεον. ἐχρην δ᾽, ἐιπερ μη παραλογιστικως, ἀλλ᾽ ἀποδεικτικως ἐβȣλετο ἐνιστηναι τῳ λεγομενῳ, ἐιπειν· ὀυκουν ἀποδεικτεον ὁτι ȣ̓ προειπον· ἡ ȣ̓, καθως προειπον, τα περι τȣ Χριςȣ πεπληρωται ἐν τῳ Ιησȣ λεχθεντα· και ἐπιφερειν την δοκȣσαν αὐτῳ ἀποδειξιν. ȣ̓τω γαρ ἐφαινετο ἀν, τινα μεν αἱ προφητειαι λεγȣσιν ὑφ᾽ ἡμων ἀναφερομενα ἐπι τον Ιησȣν, πως δε ȣ̓τος ψευδοποιει την ἐκδοχην ἡμων· και εὑρεθη ἀν, ποτερον γενναιως ἀνατρεπει τα ὑφ᾽ ἡμων φερομενα ἀπο των προφητων εἰς τον περι τȣ Ιησȣ λογον· ἡ ἀλισκεται ἀναισχυντως βιαζεσθαι θελων την της ἀληθειας ἐναργειαν, ὡς ȣ̓κ ἀληθειαν.

Επει δ᾽ ἀδυνατα τινα και ἀπρεπη θεῳ καθ᾽ ὑποθεσιν τιθεις φησιν, ἐι ταυτα προφητευοιτο περι τȣ ἐπι πασι θεȣ· ἀρ᾽, ἐπει προλεγεται, πιςευειν δει τα τοιαυτα περι θεȣ; και νομιζει κατασκευαζεσθαι, ὁτι, κἀν ἀληθως ὦσι προειρηκοτες οἱ προφηται περι υἱȣ θεȣ τοιαυτα, ἀδυνατον ἠν αὐτον παθειν ἡ δρασαι χρηναι πιςευειν τοις προειρημενοις· λεκτεον, ὁτι ἡ ὑποθεσις αὐτȣ ἀτοπος ȣ̓σα ποιησαι ἀν συνημμενα εἰς τα ἀλληλοις ἀντικειμενα ληγοντα· ὁπερ ȣ̓τω δεικνυται. ἐι οἱ ἀληθως προφηται τȣ ἐπι πασι θεȣ δȣλευσειν, ἡ νοσησειν ἀει, ἡ τεθνηξεσθαι φησȣσι τον θεον, συμβησεται ταυτα περι τον θεον· ἀψευδειν γαρ ἀναγκη τȣς τȣ μεγαλȣ θεȣ προφητας· ἀλλα και ἐι οἱ ἀληθως προφηται τȣ ἐπι πασι θεȣ τα αὐτα ταυτα φασιν, ἐπει τα τῃ φυσει ἀδυνατα ȣ̓κ ἐςιν ἀληθη· ȣ̓κ ἀν συμβαινῃ περι τον θεον, ἁ λεγȣσιν οἱ προφηται, ἀληθη. ὁταν δε δυο συνημμενα ληγῃ εἰς τα ἀλληλοις ἀντικειμενα τῳ καλȣμενῳ δια δυο τροπικων θεωρηματι, ἀναιρειται το ἐν ἀμφοτεραις τοις συνημμενοις ἡγȣμενον· ὁπερ ἐν τουτοις ἐςι το, προλεγειν τȣς προφητας το μεγαν θεον

des eſt. Quomodo igitur pietas admittit, quæ iſti tanquam Deo acciderunt? Ex his videtur Celſus aliquo modo ſenſiſſe prophetias de Jeſu editas magni eſſe momenti ad perſuadendos auditores: ſed illud diſſipare conatur his verbis, *Non igitur ſpectandum eſt prædixerintne Prophetæ an non prædixerint.* At ſi recta via & non fallaci quod dicitur aggredi voluiſſet, dicere eum oportebat: *Demonſtrandum igitur res illas non fuiſſe prædictas, aut quæ de Chriſto prædicta ſunt, ſuum in Jeſu non habuiſſe exitum*, & quam habere ſe putabat demonſtratione inferre. Sic enim apparuiſſet quænam prophetiæ contineant quæ a nobis ad Jeſum referuntur, & quomodo noſtram interpretationem falſam eſſe probet: ſic etiam cognoſcere licuiſſet, an ſtrenue evertat quæ ex Prophetis pro Jeſu depromimus, an convictus ſit impudentiæ, qui perſpicuæ veritati, quaſi veritas non eſſet, vim afferre voluerit.

15. Quoniam vero ſupponens impoſſibilia quædam & Deo male convenientia, ait: *Si hæc fuiſſent de ſummo Deo prædicta, an credi de Deo oporteret, eo quod prædicta fuerint?* atque ſic evincere putat, etiamſi veri fuerint Prophetæ qui res hujuſmodi de Dei filio prædixerint, fieri non poſſe ut fides habenda ſit iis quæ prædicta ſunt, illum nempe talia aut facturum aut paſſurum eſſe; reſpondendum eſt hanc ejus ſuppoſitionem abſurdam eſſe, ut quæ connexa ponat, quæ in contraria conſequentia deſinunt: quod ſic demonſtratur. Si veri Prophetæ prædixerint ſummum Deum, aut ſerviturum, aut ægrotaturum, aut moriturum eſſe; hæc Deo evenient: nam a Prophetis magni Dei vera dici neceſſum eſt. Sed & ſi veri Prophetæ ſummi Dei eadem hæc dicunt, quoniam quæ natura ſunt impoſſibilia, vera non ſunt, Deo non evenient quæ vere dicunt Prophetæ. Jam vero quoties connexa in duo contraria conſequentia deſinunt argumento quod per duo connexa appellatur,

θεον δουλευσειν, ἢ νοσησειν, ἢ τεθνηξεσθαι: συναγεται ὖν το, ὐκ ἀρα προειπον οἱ προφηται τον μεγαν θεον δυλευσειν, ἢ νοσησειν, ἢ τεθνηξεσθαι· και ὑπαγεται γε ὁ λογος τροπῳ τοιυτῳ· εἰ το πρωτον, και το δευτερον· εἰ ὐ το πρωτον, ὐ το δευτερον· ὐκ ἀρα το πρωτον. φερυσι δε και ἐπι ὑλης τον τροπον τυτον οἱ ἀπο της Στοας, λεγοντες το, εἰ ἐπισασαι ὁτι τεθνηκας, τεθνηκας. εἰ ἐπισασαι, ὁτι τεθνηκας, ὐ τεθνηκας. και ἀκολυθει το, ὐκ ἀρα ἐπισασαι ὁτι τεθνηκας. τον τροπον δε τυτον κατασκευαζυσι τα συνημμενα, εἰ ἐπισασαι ὁτι τεθνηκας, ἐσιν ὁ ἐπισασαι· ἐσιν ἀρα το, τεθνηκας. και παλιν, εἰ ἐπισασαι ὁτι τεθνηκας, και ἐσιν ὁ ἐπισασαι, ὁτι τεθνηκας. ἐπει δε ὁ τεθνηκως ὐδεν ἐπισαται· δηλονοτι εἰ ἐπισασαι ὁτι τεθνηκας, ὐ τεθνηκας. και ἀκολυθει, ὡς προειπον, ἀμφοτεροις τοις συνημμενοις το, ὐκ ἀρα ἐπισασαι ὁτι τεθνηκας. τοιυτον τι ἐσι και περι την Κελσυ ὑποθεσιν, λεγοντος ἡν προεξεθεμεθα λεξιν.

Αλλ' ὐδ' ἁπερ ἐν ὑποθεσει παρειληφαμεν παραπλησια ἐσι ταις περι Ιησυ προφητειαις. ὐ γαρ προειπον αἱ προφητειαι θεον σαυρωθησεσθαι, αἱ τινες φασι περι τυ ἀναδεξαμενυ τον θανατον, και εἰδομεν αὐτον, και ὐκ εἰχεν εἰδος, ὐδε καλλος, ἀλλα το εἰδος αὐτυ ἀτιμον και ἐκλειπον παρα τυς υἱυς των ἀνθρωπων· ἀνθρωπος ἐν πληγῃ ὠν και πονῳ, και εἰδως φερειν μαλακιαν. ὁρα ὡς σαφως ἀνθρωπον εἰρηκασι τον πεπονθοτα ἀνθρωπινα. και αὐτος ἀκριβως εἰδως Ιησυς, ὁτι το ἀποθνησκον ἀνθρωπος ἠν, φησι προς τυς ἐπιβυλευοντας αὐτῳ, νυν δε ζητειτε με ἀποκτειναι, ἀνθρωπον, ὁς την ἀληθειαν ὑμιν λελαληκα, ἡν ἠκυσα παρα τυ θευ. εἰ δε τι θειον ἐν τῳ κατ' αὐτον νοιμενῳ ἀνθρωπῳ ἐτυγχανεν, ὁπερ ἠν ὁ μονογενης τυ θευ, και ὁ πρωτοτοκος πασης κτισεως, ὁ λεγων, ἐγω εἰμι ἡ ἀληθεια, και ἐγω εἰμι ἡ ζωη, και ἐγω εἰμι ἡ θυρα,

tur, antecedens utriuſque connexi evertitur: quod quidem in re de qua agitur iſtud eſt, prædixiſſe Prophetas magnum Deum aut ſerviturum, aut ægrotaturum, aut moriturum eſſe. Colligitur itaque: Ergo Prophetæ non prædixerunt Deum aut ſerviturum, aut ægrotaturum, aut moriturum eſſe, collectioque fit hunc in modum: ſi primum eſt, eſt & ſecundum: ſi primum eſt, ſecundum non eſt. Ergo nec primum. Super hac materia exemplum hujuſcemodi affertur a Stoïcis. Si ſcis te eſſe mortuum, es mortuus. Si ſcis te mortuum eſſe, mortuus non es. Unde ſequitur: Ergo non ſcis te eſſe mortuum. Sic autem connexa probant: ſi ſcis te mortuum eſſe, eſt id quod ſcis: certum eſt igitur te eſſe mortuum. Et rurſus, ſi ſcis te mortuum eſſe, hoc ipſum quod mortuus es, eſt id quod ſcis. Atqui mortuus nihil ſcit. Igitur ſi ſcis te mortuum eſſe, te mortuum non eſſe evidens eſt: cui utrique connexo conſequens eſt, ut ante dixi, neſcis te eſſe mortuum. Eodem prope vitio laborat Celſi ſuppoſitio, quæ ſuperius a nobis recitata eſt.

16. Sed quæ in Celſi ſuppoſitione deprehendimus, ea prophetiis de Jeſu ſimilia non ſunt. Neque enim illæ prædixerunt Deum cruci affixum iri, cum de eo qui mortem ſubiit, dicant: *Et vidimus eum, & non habebat ſpeciem, neque decorem; ſed ſpecies ejus inhonora & deficiens præ filiis hominum, homo in plaga & dolore & ſciens ferre infirmitatem.* Vide ut ſapienter dixerint hominem eſſe qui humana paſſus eſt. Et Jeſus ipſe cum apprime ſciret id quod moriturum erat, hominem eſſe, ſuis inſidiatoribus ait: *Nunc autem quæritis me interficere, hominem, qui veritatem vobis locutus ſum quam audivi a Deo.* Quod ſi quid divinum erat in illo homine quem aſſumſiſſe intelligebatur, nimirum unigenitus Dei, *primogenitus omnis creaturæ*, ille qui de ſe dicit, *Ego ſum veritas* & *ego ſum vita*, & *ego ſum*

ρα, και ἐγω ειμι ἡ ὁδος, και, ἐγω ειμι ὁ ἀρτος ὁ ζων, ὁ ἐκ του οὐρανου καταβας· ἀλλος δηπου ὁ περι τουτου και της οὐσιας αὐτου λογος ἐςι, παρα τον περι του νοουμενου κατα τον Ιησουν ἀνθρωπου. διοπερ οὐδ' οἱ πανυ ἁπλουςατοι, και λογοις οὐκ ἐντεθραμμενοι ἐξεταςικοις χριςιανοι εἰποιεν ἀν τεθνηκεναι την ἀληθειαν, ἡ την ζωην, ἡ την ὁδον, ἡ τον ἐξ οὐρανου καταβαντα ζωντα ἀρτον, ἡ την ἀναςασιν· φησι γαρ ἑαυτον ἀναςασιν εἰναι ὁ ἐν τῳ φαινομενῳ ἀνθρωπῳ κατα τον Ιησουν διδαξας το, ἐγω ειμι ἡ ἀναςασις. ἀλλα και οὐδεις οὑτως ἐμβροντητος ἡμων ἐςιν, ἱν' εἰπῃ, τεθνηκεν ἡ ζωη, ἡ τεθνηκεν ἡ ἀναςασις. ἡ δ' ἀν το της ὑποθεσεως του Κελσου χωραν ἐχον, εἰ ἐφασκομεν προειρηκεναι τους προφητας τεθνηξεσθαι τον θεον λογον, ἡ την ἀληθειαν, ἡ την ζωην, ἡ την ἀναςασιν, ἡ τι των ἀλλων, ἁ φησιν εἰναι ὁ υἱος του θεου.

Αληθευοι οὐν ἐν μονῳ κατα τον τοπον ὁ Κελσος τῳ, ἀλλ' οὐκ ἀν προειποιεν τουτο οἱ προφηται· κακον γαρ ἐςι και ἀνοσιον. τι δε τουτο ἡ ὁτι ὁ μεγας θεος δουλευσει ἡ τεθνηξεται; ἀξιον δε θεου ἐςι το προφητευθεν ὑπο των προφητων, ὁτι της θειας φυσεως ἀπαυγασμα και χαρακτηρ τις ἐνανθρωπουσῃ ψυχῃ ἱερᾳ τῃ του Ιησου συνεπιδημησει τῳ βιῳ, ἱνα σπειρῃ λογον οἰκειουντα τῳ των ὁλων θεῳ τον παραδεξαμενον αὐτον εἰς την ἑαυτου ψυχην και γεωργησαντα, και ἐπι τελος ἀγαγοντα παντα, οὑ την δυναμιν ἐν ἑαυτῳ ἐχει του ἐν ἀνθρωπου σωματι και ψυχῃ ἐσομενου θεου λογου. οὑτω δ' ἐςαι, ὡς μη ἀποκεκλεισθαι τας αὐγας αὐτου ἐν ἐκεινᾳ μονᾳ, μηδ' ὀνομαζεσθαι ὁτι οὐδαμου ἀλλαχου ἐςι το των αὐγων τουτων παρεκτικον φως, θεος λογος ὠν. τα περι τον Ιησουν τοινυν, καθο μεν νενοηται θεοτητι ἐν αὐτῳ πραχθεντα, ἐςιν ὁσια, και οὐ μαχομενα τῃ περι του θεου ἐννοιᾳ· καθο δε ἀνθρωπος ἠν, παντος μαλλον ἀνθρωπου κεκοσμημενος τῃ ἀκρᾳ μετοχῃ του αὐτολογου, και της αὐτοσοφιας, ὑπεμεινεν, ὡς σοφος και τελειος, ἁπερ ἐχρην ὑπομειναι τον ὑπερ παντος του γενους των ἀνθρωπων, ἡ και των λογικων, παντα πραττοντα.

oſtium, & *ego ſum via*, & *ego ſum panis vivus qui de cœlo deſcendi*, de eo ejuſque natura longe alia ratione judicandum eſt ac de homine qui in Jeſu eſſe intelligitur. Unde nullum chriſtianum videas vel inter ſimpliciſſimos & exquiſitioribus ſtudiis minime innutritos, qui dicant mortuam eſſe veritatem, aut vitam, aut viam, aut panem vivum qui de cœlo deſcendit, aut reſurrectionem. Ait enim ſe eſſe reſurrectionem ille, qui in homine quo Jeſus indutus videbatur, docebat iſtud, *Ego ſum reſurrectio*. Sed neque noſtrum ullus eſt ita mente captus, ut dicat, *Vita mortua eſt, mortua eſt reſurrectio.* Locum fortaſſe haberet Celſi ſuppoſitio, ſi diceremus a Prophetis fuiſſe prædictum, fore, aut aut Deus verbum, aut veritas, aut vita, aut reſurrectio, aut quid aliud eorum, quæ Dei filius eſſe ſe prædicat, moreretur.

17. Hoc igitur loco id unum Celſi verum eſt, *Neque hoc prædixerint Prophetæ. Eſt enim malum & impium.* Quid autem iſtud eſt aliud quam ſerviturum aut moriturum eſſe magnum Deum? At Deo dignum eſt id quod a Prophetis prædictum fuit, divinæ naturæ ſplendorem & characterem in hanc vitam cum ſacra anima corpus Jeſu animante venturum eſſe ut doctrinam ſpargeret quæ univerſorum Deo reconciliaret quicumque eam in anima ſua receptam excoleret, & quæ ad felicitatem eos omnes perduceret qui virtutem in ſe haberent illius Dei Verbi, quod in corpore & anima hominis futurum erat: ſed ita tamen ut ejus radii in illo ſolo non concludantur; neque credatur Deus verbum lumen talibus coruſcans radiis alibi non eſſe. Igitur ſi ſpectetur Jeſus ratione divinitatis quæ in eo erat, ea quæ ut Deus fecit, ſancta ſunt nec ullo modo Dei notioni repugnant; quatenus autem homo erat præ cæteris ornatus ſumma Verbi ipſius & ſapientiæ ipſius participatione, paſſus eſt ut ſapiens & perfectus quæcumque oportebat.

ἐγενετο, ἐλεγχθεντες ὑπο Κελσου, ὡμολογηκασιν αὐτῳ τίνος ἐδεοντο· και ὁτι ἐπλασσοντο λεγοντες ἀλλοπροσαλλα. ἐδει δ' αὐτον και ὀνοματα θειναι ὡν ἐφασκεν αὐτηκοος γεγονεναι· ἱνα ἐκ των ὀνοματων, εἰπερ εἰχεν εἰπειν, φανῃ τοις κρινειν δυναμενοις, ποτερον ἀληθη ἠ ψευδη ἐλεγεν.

Οἰεται δε και τους ἀπο των προφητων ἀπολογουμενους περι των κατα τον Χριστον μηδεν μεν δυνασθαι προς ἐπος λεγειν, ἐπαν φαινεται τι πονηρον, ἠ αἰσχρον, ἠ ἀκαθαρτον λεγομενον περι του Θεου, ἠ μιαρον. διο και, ὡς μηδεμιας ὀυσης ἀπολογιας, συνειρει ἑαυτῳ μυρια περι των μη διδομενων. εἰδεναι δε χρη, ὁτι και οἱ βουλομενοι κατα τας θειας ζην γραφας, και ἐπισταμενοι, ὁτι γνωσις ἀσυνετου ἀδιεξεταστοι λογοι, και ἀναγνοντες το, ἑτοιμοι ἀει προς ἀπολογιαν παντι τῳ αἰτουντι ἡμας λογον περι της ἐν ἡμιν ἐλπιδος, ὀυκ ἐπι μονον το προειρησθαι ταδε τινα καταφευγουσιν· ἀλλα γαρ και τας δοκουσας ἀπεμφασεις λυειν πειρωνται, και δεικνυναι ὀυδεν εἰναι πονηρον ἐν τοις λογοις, ὀυδ' αἰσχρον, ὀυδ' ἀκαθαρτον, ὀυδε μιαρον· ἀλλα τοιουτον γιγνεσθαι, ὡς χρη ἐκδεχεσθαι τοις συνιεισι την θειαν γραφην. ἐχρην δ' αὐτον ἀπο των προφητων το φαινομενον ἐν αὐτοις πονηρον, ἠ το δοκουν αὐτῳ αἰσχρον, ἠ το νομιζομενον αὐτῳ ἀκαθαρτον, ἠ ὁ ὑπελαμβανεν εἰναι μιαρον, παραθεσθαι, εἰπερ τοιαυτα ἐβλεπεν ἐν τοις προφηταις εἰρημενα· πληκτικωτερος γαρ ἀν ὁ λογος αὐτου ἠν και προς ὁ ἐβουλετο ἀνυστικωτερος· νυνι δε ὀυ παρεθετο, ἀλλ' ἐπανατειναμενος ἀπειλει τοιαυτα φαινεσθαι ἐν ταις γραφαις, καταψευδομενος αὐτων. προς ὀυν κενους ψοφους ὀνοματων ὀυδεις λογος αἱρει ἀπολογησασθαι, ὑπερ του δειξαι, ὁτι ὀυδεν πονηρον, ἠ αἰσχρον, ἠ ἀκαθαρτον, ἠ μιαρον ἐστιν ἐν τοις των προφητων λογοις.

veterum prophetiæ conſcriptæ fuerunt. Sed manifeſto videtur in mendacio deprehendi, cum ait *Prophetas illos, quos ipſe audivit, cum ab ipſo urgerentur, confeſſos fuiſſe quid ipſis deficeret, & quæ ambigua dicebant, figmenta eſſe omnia.* Debuit enim eorum indicare nomina quos auditos ſibi fuiſſe affirmat; ut ex nominibus, ſiquidem recenſere illa poſſet, prudentes judicarent vera ne an falſa dixiſſet.

12. Arbitratur præterea eos qui Prophetarum auctoritate cauſam Chriſti defendunt, nihil habere quod reſpondeant, cum quidquam illis de Deo aut nefarium, aut turpe, aut ſordidum, aut impurum dictum eſſe monſtratur. Quamobrem quaſi tum nulla reliqua eſſet defenſio, permulta ſibi pro conceſſis ſumit quæ minime conceduntur. Sed ſcire oportet, eos, qui vitam e ſcripturis componere ſtatuunt, qui inde docti ſunt illud, *Scientia imprudentis inſcrutabilia verba*, & legerunt, *Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti nos rationem de ea quæ in nobis eſt ſpe*, non hoc ſolum perfugium habere ut dicant hæc aut illa fuiſſe prænunciata, ſed etiam conari tollere quæ videntur abſurda eſſe, oſtendendo nihil in ſcripturis eſſe nefarium, aut turpe, aut ſordidum, aut impurum; ſed tale eſſe, quale accipi oportet ab iis qui divinam ſcripturam intelligunt. Ipſe vero debebat ex Prophetis proferre quod ipſi viſum fuerat aut nefarium, aut turpe, aut ſordidum, aut impurum, ſiquidem in Prophetis res ejuſmodi viderat. Sic enim & vehementior fuiſſet oratio & ad finem ipſi propoſitum accommodatior. At nihil horum facit, tantum mera in ſcripturas calumnia clamitat hæc omnia in illis videri. Ad inanem igitur vocum ſtrepitum nihil neceſſe eſt nos reſpondere, ut oſtendatur nihil nefarium, aut turpe, aut ſordidum, aut impurum in Prophetarum libris eſſe.

Αλλ' ἐδε ποιει ἡ πασχει αἰσχιςα ὁ Θεος, ἐδε τῷ κακῷ διακονειται, ὡς οἰεται Κελσος· ἐδε γαρ προειρηται τι των τοιετων, κἀν λεγῃ αὐτος προειρησθαι. ἐμελλε τον Θεον τῷ κακῷ διακονεισθαι, ἡ ποιειν, ἡ πασχειν αἰσχιςα, παραθεσθαι τας ἀπο των προφητων εἰς τετο λεξεις· και μη ματην μολυνειν ἐθελειν τες ἀκουοντας αὐτε. εἰ μεν ἐν πεισεται χριςος, προειπον οἱ προφηται, και την αἰτιαν τιθεντες τε, δἰ ὁ πεισεται· και ὁ Θεος ἠπιςατο ἁπερ ὁ χριςος αὐτε πεισεται. ποθεν δ', ὁτι και μιαρωτατα και ἀκαθαρτοτατα ταυτ' ἠν; ὡς φησιν ὁ Κελσος, ἀλλα δοξει διδασκειν πως μιαρωτατα και ἀκαθαρτοτατα ταυτ' ἀττα ἠν, ἁ και ὑπεμεινεν· ἐπει φησι, τι γαρ ἀλλο ἠν Θεῷ το προβατων σαρκας ἐσθιειν, και χολην, ἡ ὀξος πινειν, πλην σκατοφαγειν; Θεος δε καθ' ἡμας προβατων σαρκας ἐκ ἠσθιεν. ἱνα γαρ και δοξῃ, ὁτι ἠσθιεν· ὡς σωμα φορων, ὁ Ιησες ἠσθιεν. ἀλλα και περι της χολης και τε ὀξες προφητευθεντων ἐν τῷ, ἐδωκαν εἰς το βρωμα με χολην, και εἰς την διψαν με ἐποτισαν με ὀξος ἐν τοις ἀνωτερω προειρηκοτες ἀναγκαζομεθα ὑπο τε Κελσε παλιλλογειν. ἀει γαρ οἱ τῷ της ἀληθειας ἐπιβελευοντες λογῳ, χολην την ἀπο της ἑαυτων κακιας, και ὀξος το ἀπο της ἰδιας ἐπι τα φαυλα τροπης προσαγεσι τῷ χριςῷ και υἱῷ τε Θεε· ὁς γευσαμενος ἐ θελει πιειν.

vina myſteria, mentem ipſius illuminante Verbi divinitate, propterea *non accepit mutuum*, nec opus habuit homine qui ipſum religionem doceret. Ita & cum ſcriptum eſſet: *Dominaberis nationibus plurimis, & tui nemo dominabitur*, gentiles per verbi potentiam doctrinæ Jeſu Chriſti ſubjiciens, illis dominatus eſt; *neque ad horam* hominibus ceſſit, utpote illis præſtantior. Sic etiam terram implebat.

*22. Si nunc explicem oportet quomodo juſtus hoſtes interficiat & habeat in omnia poteſtatem; dico ipſum cum ait: *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut diſperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem*, terram figurate accipere pro carne, cujus *prudentia inimica eſt Deo;* Dei autem civitatem pro anima ſua, in qua Dei templum erat, continens rectam de Deo ſententiam: quocirca omnibus eam conſiderantibus admirationi erat. Ut primum igitur ſolis juſtitiæ radii ejus animam luce perfuderunt, iis quaſi munitus & roboratus, *interficiebat* omnem prudentiam carnis *peccatoribus terræ* deſignatam, & *diſperdebat de* illa *civitate Domini*, qui erat in ſua anima, cogitationes *omnes operantes iniquitatem*, & ſenſa veritatis adverſaria. Sic etiam juſti internecioni dant quidquid vivum eſt in vitiis, ut neque quid recens & modo ortum reliquum faciant. Hoc ſenſu intelligimus quod in pſalmo CXXXVI. dicitur: *Filia Babylonis miſera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis. Beatus qui tenebit & allidet parvulos tuos ad petram.* Nam parvuli Babylonis, quæ confuſionem ſignificat, ſunt cogitationes illæ a vitiis recens natæ & in anima orientes quæ confuſionem afferunt, quas qui tenet, ita ut earum capita quaſi ad firmitatem & ſoliditatem rationis allidat, ille parvulos Babylonis ad petram allidit, & idcirco beatus eſt. Jubeat igitur Deus vitia funditus deleri, nihil præcipit iis quæ Jeſus docuit contrarium.

νειν κελευετω ὁ Θεος, ὀυδεν ἐναντιον διδασκων οἱς Ιησους κατηγγειλε· και ἐν ὀφθαλμοις των ἐν κρυπτῳ Ιουδαιων ποιειτω ὁ Θεος την των πολεμιων και παντων των ἀπο κακιας ἀναιρεσιν. και τοιουτον γε ἐςω το τους μη πειθομενους νομῳ και λογῳ Θεου, ὁμοιωθεντας τοις πολεμιοις, και ποιωθεντας ἀπο της κακιας, πασχειν ταυτα, ἁπερ ἀξιον πασχειν τους ἀποςαντας λογων Θεου.

Σαφη μεν ουν και ἐκ τουτων, πως Ιησους ὁ Ναζωραιος ἀνθρωπος ουκ ἀντινομοθετει τοις περι πλουτου και των ἐξιςαμενων εἰρημενοις περι του, δυσκολον εἰναι πλουσιον εἰσερχεσθαι εἰς την του Θεου βασιλειαν· εἰτε πλουσιον τις λαμβανει ἁπλουςερον, τον ὑπο πλουτου περισπωμενον, και ὡς ὑπο ἀκανθης αὐτου ἐμποδιζομενον φερειν τους του λογου καρπους· εἰτε και το ἐν τοις ψευδεσι δογμασι πλουτουντα, περι ου ἐν Παροιμιαις γεγραπται, κρειττων πτωχος δικαιος, ἡ πλουσιος ψευςης. εἰκος δε ἀπο του, ὁ θελων ἐν ὑμιν εἰναι πρωτος, ἐςω παντων διακονος· και, οἱ ἀρχοντες των ἐθνων κατακυριευουσιν αὐτων· και οἱ ἐξουσιαζοντες ἐν αὐτοις εὐεργεται καλουνται· εἰληφεναι τον Κελσον, ὁτι Ιησους φιλαρχιαν ἐκωλυεν, ἡν τινα ουκ ἐναντιαν εἰναι νομιςεον του, ἀρξεις συ ἐθνων πολλων, σου δε ουκ ἀρξουσι· μαλιςα δια τα ἀποδιδομενα εἰς την λεξιν. ἑξης δε τουτοις παραρριπτει περι της σοφιας ὁ Κελσος, οἰομενος τον Ιησουν διδασκειν, μη παριτητον εἰναι προς τον πατερα τῳ σοφῳ. εἰπωμεν δε προς αὐτον, ποιῳ σοφῳ; εἰ μεν γαρ τουτῳ, ὁς πεποιωται κατα την λεγομενην σοφιαν του κοσμου τουτου, ουσαν μωριαν παρα τῳ Θεῳ· και ἡμεις φησομεν μη παριτητον εἰναι προς τον πατερα τῳ ουτω σοφῳ· εἰ δε σοφιαν τις νοησαι τον Χριςον, ἐπει Χριςος ἐςι Θεου δυναμις, και Θεου σοφια· ου μονον παριτητον προς τον πατερα τῳ ουτω σοφῳ λεγομεν εἰναι, ἀλλα και πολλῳ των μη τοιουτων διαφερειν τον κεκοσμημενον χαρισματι φαμεν, λογῳ σοφιας καλουμενῳ, δια του πνευματος διδομενῳ.

Παλιν

Exterminet Deus in oculis eorum qui *in occulto* Judæi ſunt, vitia omnia quæ ſunt illorum hoſtes. Sic & ii qui legi & verbo Dei non morem gerunt, ſed hoſtibus ſimiles facti & a vitiis perverſi ſunt, ea patiantur quæ pati decet eos qui a Dei verbis deficiunt.

23. Ex his perſpicuum fit quomodo Jeſus Nazarenus homo, leges non ferat contrarias iis quæ de divitiis & illis qui earum amore transverſi abripiuntur dicta ſunt, cum ait *difficile eſſe diviti intrare in regnum Dei:* ſive divitis nomine ſimpiciter accipias illum, qui divitiis diſtractus & quaſi ſpinis impeditus ferre verbi fructus non poteſt; ſive qui falſis dogmatibus dives eſt, & de quo in Proverbiis dictum eſt: *Melior pauper juſtus, quam dives mendax.* Probabile eſt hæc loca, *Quicumque voluerit in vobis, primus eſſe, ſit omnium miniſter:* &, *Principes gentium dominantur eorum:* &, *Qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur*, fuiſſe Celſo cauſam ut diceret, dominationis amorem a Jeſu fuiſſe prohibitum. Id tamen pugnare cum iſto loco, *Dominaberis multis nationibus, & tui nemo dominabitur*, non exiſtimandum eſt, maxime propter ea quæ de his verbis diſſeruimus. Poſtea Celſus facit de ſapientia mentionem, ratus Jeſu doctrina ſapientem aditu prohiberi ad Patrem. Quæro ego quemnam ſapientem? Nam ſi ſapientem intelligit *hujus mundi ſapientia*, ut vocatur, & quæ *ſtultitia eſt apud Deum;* hujusmodi ſapienti dicemus & nos aditum ad Patrem præcludi: at ſi ſapientiæ nomine Chriſtum accipit, ſiquidem Chriſtus *Dei virtus eſt & Dei ſapientia*; tali ſapienti non ſolum patere ad Patrem aditum dicimus, ſed etiam eum, qui donatus a Spiritu ſancto eſt illa gratia quæ *verbum ſapientiæ* appellatur, longe cæteris qui ea carent antecellere.

Παλιν τε αὖ το δοξης ἀντιποιεισθαι της παρ' ἀνθρωποις, ἐ κατα την Ιησε μονον διδασκαλιαν κωλυεσθαι φαμεν, ἀλλα και κατα την παλαιαν γραφην. ἐπαρωμενος γουν ἑαυτῳ τις των προφητων, εἰ ἐνοχος εἰη τοις ἁμαρτημασι, φησιν ἀντι μεγιςε κακε συμβηναι ἀν αὐτῳ και την βιωτικην δοξαν· λεγει δε ἑτω, κυριε ὁ θεος με, εἰ ἐποιησα τετο, εἰ ἐςιν ἀδικια ἐν χερσι με, εἰ ἀνταπεδωκα τοις ἀνταποδιδεσι μοι κακα, ἀποπεσοιμι ἀρα ἀπο των ἐχθρων με κενος· καταδιωξαι ἀρα ὁ ἐχθρος την ψυχην με και καταλαβοι, και καταπατησαι εἰς γην την ζωην με, και την δοξαν με εἰς χουν κατασκηνωσαι. ἀλλ' ἐδε το, μη μεριμνατε τι φαγητε, ἡ τι πιητε· κατανοησατε τα πετεινα τε ἐρανε, ἡ κατανοησατε τες κορακας, ὁτι ἐ σπειρεσιν, ἐδε θεριζεσι· και ὁ πατηρ ὑμων ὁ ἐρανιος τρεφει αὐτα. ποσῳ μαλλον ὑμεις διαφερετε των πετεινων; και περι ἐνδυματος τι μεριμνατε; καταμαθετε τα κρινα τε ἀγρε, και τα ἑξης, ἐναντια ἐςι ταις ἐν τῳ νομῳ εὐλογιαις, διδασκεσαις τον δικαιον ἐσθιοντα πληρεσθαι· και τῳ ὑπο τε Σολομωντος τετον εἰρημενῳ τον τροπον, δικαιος ἐσθιων ἐμπιπλησι ψυχην, ψυχαι δε ἀσεβων ἐνδεεις. χρη γαρ ὁραν την της ψυχης τροφην δηλεμενην ἐν τη κατα τον νομον εὐλογιᾳ· ἡς ἐχ ὁ συνθετος πληρεται ἀνθρωπος, ἀλλ' ἡ ψυχη μονη. ἀπο δε τε εὐαγγελιε λαμβανειν δει ταχα μεν τι και βαθυτερον, ταχα δε τι και ἁπλεςερον· ὁτι χρη μη ξενιζεσθαι ταις περι των τροφων και ἐνδυματων την ψυχην φροντισιν· ἀλλ' εὐτελειαν ἀσκουντα, πεπεισθαι ἀπο τε θεε προνοεισθαι, εἰ μονον τις των ἀναγκαιων φροντιζοι.

Ο μεν ἐν Κελσος, μη ἀντιπαραθεις τα δοκουντα ἐναντια ἀπο τε νομε τοις ἀπο τε εὐαγγελιε, φησι και το, τῳ δ' ἁπαξ τυπτησαντι παρεχειν και αὖθις τυπτειν· ἡμεις δ' ἐρεμεν, εἰδεναι μεν και το, ὀφθαλμον ἀντι ὀφθαλμε, και ὀδοντα ἀντι ὀδοντος, εἰρημενον τοις παλαι· ἀνεγνωκεναι δε και το, ἐγω δε λεγω ὑμιν τῳ τυπτοντι σε εἰς την σιαγονα, παρεχε και την ἀλλην. ἀλλ' ἐπει περιηχηθεις, οἰμαι, ὁ Κελσος ἀπο των διαιρεντων την κατα το

εὐαγ-

24. Humanæ quoque gloriæ aucupationem contendimus interdici non ſolum Jeſu doctrina, ſed etiam ſcriptura veteri. Unde unus e Prophetis mala ſibi imprecans, ſi peccatorum eſſet reus, maximi mali loco ponit hujus vitæ gloriam: *Dominus Deus meus*, inquit, *ſi feci iſtud, ſi eſt iniquitas in manibus meis: ſi reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. Perſequatur inimicus animam meam & comprehendat & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in loco edito collocet.* Sed neque iſtud: *Ne ſolliciti ſitis quid manducetis aut quid bibatis. Reſpicite volatilia cœli aut conſiderate corvos, quoniam non ſerunt, neque metunt, & Pater veſter cœleſtis paſcit illa. Quanto magis vos pluris eſtis volatilibus? & de veſtimento quid ſolliciti eſtis? recogitate lilia agri*, nec quæ ſequuntur, repugnant legis benedictionibus, quæ docent futurum eſſe ut juſtus *comedat in ſaturitate;* neque iſti Salomonis effato: *Juſtus comedens replet animam ſuam, animæ autem impiorum indigentes.* Nam conſiderare oportet cibum animæ eſſe, quem legalis benedictio ſignificat: quo cibo non impletur homo ex duplici parte conſtans, ſed anima ſola. Verba autem Evangelii fortaſſe arcanius quid continent; forte etiam ſimpliciter accipienda ſunt, ut doceant animam de cibo & indumentis non debere perturbari; ſed pro certo habere Deum his rebus proviſurum, dummodo ſimplicitati ſtudentes non quæramus niſi neceſſaria.

25. Præterea Celſus ex Evangelio profert iſtud, *ei qui ſemel percuſſit, percutiendum rurſus præbere ſe oportere*, at non affert ex lege quæ verbis Evangelicis contraria videntur. Reſpondemus ſcire nos dictum eſſe antiquis, *oculum pro oculo & dentem pro dente;* legiſſe etiam: *Ego autem dico vobis, percutienti te in maxillam, præbe & alteram.* Quoniam vero Celſus hæc, ut opinor, accepit ab iis, qui alium Evangelii, alium

legis

εὐαγγελιον θειοτητα, ἐκ της νομικης θειοτητος τα τοιαυτα τιθησι· λεκτεον προς τον λογον αὐτȣ, ὁτι οἰδε και τα παλαια γραμματα, τῳ τυπτοντι σε εἰς την δεξιαν σιαγονα παρεχε και την ἀλλην. ἐν γουν τοις Ιερεμιȣ Θρηνοις γεγραπται, ἀγαθον ἀνδρι, ὁταν ἀρῃ ζυγον ἐν νεοτητι αὐτȣ. καθησεται καταμονας, και σιωπησεται, ὁτι ἠρεν ἐφ' ἑαυτῳ· δωσει τῳ παιοντι αὐτον σιαγονα, και χορτασθησεται ὀνειδισμων. ȣκ ἀντιδιατασσεται θεȣ το εὐαγγελιον τῳ τȣ νομȣ θεῳ, ȣδε περι της κατα το ῥητον κατα κοῤῥης πληγης· ȣδ' ὁποτερος ψευδεται ȣτε Μωϋσης, ȣτε Ιησȣς· ȣδ' ὁ πατηρ, τον Ιησουν πεμπων, ἐπελαθετο τινα Μωϋσῃ διεταξατο. ἀλλ' ȣδε καταγνȣς των ἰδιων νομων μετεγνω, και τον ἀγγελον ἐπι τοις ἐναντιοις ἀποστελλει.

Εἰ δε χρη κἂν ὀλιγα περι της διαφορȣ πολιτειας εἰπειν, ἣν τινα Ιȣδαιοι κατα Μωϋσεα προτερον ἐπολιτευοντο, και ἣν χριστιανοι νυν κατα την Ιησȣ διδασκαλιαν βȣλονται κατορθουν· φησομεν, ὁτι ȣτε τῃ κλησει των ἐθνων ἡρμοζε κατα τον Μωϋσεως, ὡς προς το γραμμα, πολιτευεσθαι νομον, ὑπο Ρωμαιοις τεταγμενων· ȣτε τοις παλαι Ιȣδαιοις οἱον τ' ἠν το συστημα της πολιτειας ἐχειν ἀκαθαιρετον, εἰ καθ' ὑποθεσιν τῃ κατα το εὐαγγελιον πολιτειᾳ ἐπειθοντο· ἀναιρεσει μεν γαρ πολεμιων, ἡ των παρα τον νομον πεποιηκοτων, και ἀξιων κριθεντων της δια πυρος, ἡ λιθων, ἀναιρεσεως, ȣχ οἱον τ' ἠν χριστιανȣς χρησθαι κατα τον Μωϋσεως νομον· εἰ γε ȣδ' οἱ Ιȣδαιοι θελοντες κατ' ἐκεινον δυνανται ταυτα, ὡς ὁ νομος προσεταξεν, ἐπιτελειν. παλιν τε αὖ, ἐαν ἀνελῃς ἀπο των τοτε Ιȣδαιων, συστημα ἰδιον πολιτειας και χωρας ἐχοντων, το ἐπεξιεναι τοις πολεμιοις, και στρατευεσθαι ὑπερ των πατριων, και ἀναιρειν ἡ ὁπως ποτε κολαζειν τȣς μοιχευσαντας, ἡ φονευσαντας, ἡ τι των τοιȣτοις παραπλησιων πεποιηκοτας· ȣδεν λειπεται ἡ το ἀρδην αὐτȣς ἀθροȣς ἀθροως ἀπολεσθαι, ἐπιτιθεμενων των πολεμιων τῳ ἐθνει, ὡς ὑπο τȣ ἰδιȣ νομȣ ἐκνενευρισμενων, και κωλυομενων ἀμυνεσθαι τȣς πολεμιȣς. και μη βȣλομενη γε ἡ παλαι μεν τον νομον δεδωκυια προνοια, νυν δε Ιησȣ χριστȣ εὐαγγελιον,

legis Deum eſſe docent, illi reſpondendum eſt veteribus ſcripturis non ignotum eſſe iſtud: *Percutienti te in maxillam dextram, prabe & alteram.* Si enim in Jeremiæ lamentationibus: *Bonum eſt viro, cum portaverit jugum ab adoleſcentia ſua. Sedebit ſolitarius & tacebit, quia levavit ſuper ſe. Dabit percutienti ſe maxillam & ſaturabitur opprobriis.* Non igitur Evangelii Deus cum Deo legis pugnat, ne quidem de maxillæ percuſſione. Neque alteruter mentitur Moyſes aut Jeſus, neque pater mittens Jeſum oblitus fuerat quæ Moyſi mandaſſet: ſed neque pœnitentia ductus proprias leges damnavit, neque Nuncium contraria præcepturum mittit.

26. Jam ſi paucis dicendum eſt de differentia legum quas Judæi a Moyſe datas prius ſecuti ſunt, & earum quas nunc Chriſtiani a Jeſu edocti ſequi volunt; dicemus neque gentibus ad fidem vocatis & Romanorum ditioni ſubjectis accommodatam fuiſſe Moſaïcam legem obvio ſenſu intellectam; neque fieri potuiſſe, ut veteres Judæi integram ſuæ reipublicæ conſtitutionem ſervarent, poſito eos legibus Evangelicis obſecuturos eſſe. Neque enim Chriſtiani potuiſſent, ut lex Moſaïca præcipit, hoſtes interficere legisque violatores igne comburere aut lapidibus obruere, prout alterutro ſupplicio digni judicati fuiſſent; ſi quidem nec Judæis vel volentibus hæc, ut lex conſtituit, exequi nunc liceat. Rurſus ſi veteribus Judæis qui privatas leges habebant privatasque incolebant regiones, in hoſtes faciendi impreſſionem, bellum gerendi pro patria, aut quolibet modo adulteros, homicidas aut quid aliud ſimile perpetrantes ſupplicio afficiendi libertas ablata fuiſſet; nihil reliquum erat quam ſubito omnes & penitus deleri; quandoquidem hoſtes irruiſſent in eos tanquam in gentem, quam propriæ leges enervaſſent & hoſtes propulſare cohibuiſſent. Atque etiam illa provi-

dentia

γιλιον, κρατειν ἐτι τα Ιϐδαιων· καθειλεν αὐτων την πολιν, και τον ναον, και την παρα τῳ ναῳ δια θυσιων και της ἀναγεγραμμενης λατρειας θεραπειαν τϐ θεϐ. ὡσπερ δ᾽ ἐκεινα, μη βϐλομενη ἐπιτελεισθαι ἐτι, καθειλε· τον τροπον τον αὐτον τα χριϛιανων ηὐξησε και ὁσημεραι εἰς πληθος, ἠδη δε και παῤῥησιαν ἐπιδεδωκε· και τοι γε μυριων ὁσων κωλυματων γενομενων προς το μη ἐπισπαρηναι την Ιησϐ διδασκαλιαν τῃ οἰκϐμενῃ. ἀλλ᾽ ἐπει θεος ἠν ὁ βϐλομενος και τϐς ἀπο των ἐθνων ὠφεληθηναι δια της Ιησϐ τϐ χριϛϐ διδασκαλιας, πασα ἀνθρωπινη βϐλη κατα χριϛιανων καθηρεθη· ὁσῳ γαρ αὐτϐς ἐταπεινουν βασιλεις και ἐθνων ἡγϐμενοι, και δημοι πανταχϐ, τοσουτῳ πλειϐς ἐγινοντο, και κατισχυον σφοδρα σφοδρα.

Εξης δε τϐτοις ὁ Κελσος, δια πλειονων τα μη λεγομενα ὑφ᾽ ἡμων τιθεις ὡς λεγομενα ὑφ᾽ ἡμων περι τϐ θεϐ, ὡς σωματος τῃ φυσει τυγχανοντος, και ἀνθρωποειδϐς σωματος, ἀνατρεπειν ἐθελει τα μη τιθεμενα ὑφ᾽ ἡμων· ἁπερ περισσον παραθεσθαι, ἡ την ἀνατροπην αὐτων. εἰ μεν γαρ ἁ λεγει ἡμας φασκειν περι θεϐ, ἐλεγομεν, και προς αὐτα ἱϛατο· ἀναγκαιον ἠν ἡμιν το τιθεναι τας λεξεις αὐτϐ, και κατασκευαζειν μεν τα ἡμετερα, λυειν δε τα ἐκεινϐ. εἰ δε αὐτῳ συνειρει ἁ ἠτοι ἀπ᾽ ϐδενος ἠκϐσεν, ἡ, ἱνα και δοθῃ ὁτι ἠκουσεν, ἀπο τινων ἁπλων, και ἀκεραιων, και μη εἰδοτων το τϐ λογϐ βϐλημα· ϐ χρη ἡμας πευταζειν περι τα μη ἀναγκαια. σαφως γαρ ἀσωματον φασιν οἱ λογοι τον θεον· διο και θεον ϐδεις ἑωρακε πωποτε· και εἰκων λεγεται εἰναι τϐ ἀορατϐ θεϐ ὁ πρωτοτοκος πασης κτισεως, ὡς εἰ ἐλεγεν ἀσωματϐ. μετριως δ᾽ ἐν τοις προ τϐτων και περι θεϐ διειληφαμεν, ἐξεταζοντες, πως νοϐμεν το, πνευμα ὁ θεος, και τϐς προσκυνουντας αὐτον, ἐν πνευματι και ἀληθειᾳ δει προσκυνειν.

dentia quæ olim legem, nunc Evangelium dedit, cum Judæorum rempublicam diutius perſtare nollet, & civitatem & templum & cultum in illo per victimas alioſque ritus præſcriptos Deo exhibitum deſtruxit. Et quemadmodum illis rebus, quas diutius perſeverare nolebat, finem dedit, ſic religionem Chriſtianam in dies amplificavit, ita ut nunc libere prædicetur: quanquam ſexcentæ res objectæ impedierint quominus Chriſti doctrina in orbem diſſeminaretur. Sed quia Deus volebat gentibus etiam prodeſſe Jeſu Chriſti doctrinam, omnia hominum contra Chriſtianos conſilia irrita facta ſunt: & quo magis reges, præſides gentium, populi undecumque illos inſectabantur, eo magis crevit eorum numerus, & eo magis invaluerunt.

27. Poſtea Celſus, poſtquam multis, quæ noſtra non ſunt, quaſi noſtra eſſent, retulit de Deo, quem a nobis *natura corpus & corpus humana forma* credi contendit, refutare conatur quæ numquam nobis in mentem venerunt. Unde & ea & eorum refutationem afferre ſupervacuum fuerit. Nam ſi quæ nobis de Deo tribuit, doceremus, & ille impugnaret, neceſſe foret ut illius verba recitaremus, noſtra ſtabiliremus, & objecta ab illo dilueremus. At ſi quæ objicit, ea aut a nullo accepit, aut dato eum accepiſſe, accepit ab indoctis, ſimplicibus, mentem ſcripturarum nequaquam intelligentibus, non oportet nos de rebus non neceſſariis eſſe ſollicitos. Deum enim eſſe corporis expertem palam teſtificantur ſcripturæ. Propterea *Deum nemo vidit unquam*, & *primogenitus omnis creaturæ* dicitur *imago* eſſe *Dei inviſibilis*, ac ſi diceretur, incorporei. Sed jam ſuperius nonnulla de Deo diſſeruimus, ubi videlicet expendimus quo ſenſu a nobis accipiatur iſtud: *Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare.*

θρωπος ἐν τῳ Αδαμ ἀποθανων· και ἐσθιει πασας τας ἡμερας της ἑαυτου ζωης. και ὡς ἐπικαταρατος πασα ἡ γη ἀκανθας και τριβολους ἀνατελει πασας τας ἡμερας της ζωης του ἐν τῳ Αδαμ ἐκβληθεντος ἀπο του παραδεισου· και ἐν ἱδρωτι του προσωπου αὐτου ἐσθιει πας ἀνθρωπος τον ἑαυτου ἀρτον, ἑως ἐπιστρεψει εἰς την γην, ἐξ ἡς ἐληφθη. πολυν μεν οὖν ἐχει λογον ὁλα τα κατα τον τοπον τουτον, δυναμενον εἰς την σαφηνειαν των λεξεων κατασκευασθηναι· ὀλιγοις δ' ἐπι του παροντος ἠρκεσθημεν, βουλομενοι ἀπολυσαι περισπασμου, του ὡς περι της Ιουδαιας γης ὑπολαμβανοντος εἰρησθαι τα περι ἀγαθης γης, ἡν ὁ θεος ὑπισχνειται τοις δικαιοις.

Εἰπερ οὖν ἡ πασα γη αὐτη ἐπικαταρατος ἐν τοις ἐργοις ἐστι του Αδαμ, και των ἐν αὐτῳ ἀποθανοντων, δηλον ὁτι και παντα τα μορια αὐτης μετεχει της ἀρας, ἐν οἱς ἐστι και ἡ Ιουδαια γη· ὡστε μη δυνασθαι ἐφαρμοζειν αὐτῃ το, εἰς γην ἀγαθην και πολλην, εἰς γην ῥεουσαν γαλα και μελι· κἀν συμβολικως σκια εἰναι ἀποδεικνυηται ἡ Ιουδαια και ἡ Ιερουσαλημ της καθαρας ἐν καθαρῳ κειμενης οὐρανῳ γης ἀγαθης και πολλης, ἐν ᾗ ἐστιν ἡ ἐπουρανιος Ιερουσαλημ. περι ἡς διαλαβων ὁ ἀποστολος, ὡς συνεγερθεις Χριστῳ, και τα ἀνω ζητων, και νουν εὑρων οὐδεμιας ἐχομενον Ιουδαϊκης μυθολογιας, φησιν, ἀλλα προσεληλυθατε Σιων ὀρει, και πολει θεου ζωντος, Ιερουσαλημ ἐπουρανιῳ, και μυριασιν ἀγγελων, πανηγυρει. ἱνα δε τις πεισθῃ, μη παρα το βουλημα του θειου πνευματος ἡμας λεγειν περι της παρα Μωϋσῃ γης ἀγαθης και πολλης· ἐπιστησατω πασι μεν τοις προφηταις, διδασκουσι την εἰς Ιερουσαλημ ἐπανοδον των πεπλανημενων, και ἀποπεπτωκοτων ἀπ' αὐτης, και ἁπαξαπλως ἀποκαθισταμενων εἰς τον καλουμενον τοπον και πολιν του θεου παρα τῳ εἰποντι, ὁτι ἐν εἰρηνῃ ἁγια ὁ τοπος αὐτου· λεγοντι δε και το, μεγας ὁ κυριος, και αἰνετος σφοδρα, ἐν πολει του θεου ἡμων, ἐν ὀρει ἁγιῳ αὐτου, εὐριζῳ ἀγαλλιαματι πασης της γης. ἀρκει δε ἐπι του παροντος παραθεσθαι τα ἀπο του τριακοστου ἑκτου ψαλμου, οὑτως ἐχοντα περι της των δικαιων γης, οἱ δ' ὑπομενοντες τον κυριον, αὐτοι κληρονομησουσι γην· και μετ' ὀλιγα,

diebus vitæ ſuæ. Et quia maledicta hæc omnis terra eſt, ſpinas & tribulos germinabit omnibus diebus vitæ ejus, qui in Adam e Paradiſo ejectus eſt; in ſudore etiam vultus ſui panem comedit omnis homo, donec in terram revertatur unde ſumtus eſt. Multis in univerſa quæ ad hunc locum pertinent, opus eſſet diſſerere, ut illa verba quam maxime explicarentur; ſed in præſentia hæc pauca ſatis habuimus, ut omnem ei dubitationem tolleremus, qui putat ad Judæam pertinere quæ dicta ſunt de terra bona, quam Deus juſtis pollicetur.

29. Jam vero ſi terra hæc omnis maledicta eſt in operibus Adam eorumque qui in illo mortui ſunt, perſpicuum eſt omnes ejus partes, quarum Judæa eſt, maledictionis eſſe participes; proinde non convenire Judææ poſſe illud: *In terram bonam, & ſpatioſam, in terram fluentem lacte & melle:* quanquam & Judæa & Jeruſalem figura & umbra dicantur eſſe terræ illius bonæ & ſpatioſæ in puro cœlo poſitæ, in qua Jeruſalem cæleſtis eſt. De iſta Apoſtolus, qui cum Chriſto reſuſcitatus & quæ ſurſum ſunt quærens ſcripturarum ſenſum invenerat nihil Judaicarum fabularum habentem, *Acceſſiſtis*, inquit, *ad Sion montem & civitatem Dei viventis, Jeruſalem cæleſtem, & multorum millium angelorum frequentiam.* Atque ut perſuaſum quis habeat nihil nos hic de terra bona & ſpatioſa apud Moyſen promiſſa dicere contra mentem divini Spiritus, attendat ad id quod Prophetæ omnes docent, eos, qui ab Jeruſalem aberraverunt & exciderunt, reverſuros eſſe ad eam & collocandos eſſe in loco quem Dei locum & urbem vocat ille qui dicit, *In pace ſancta locus ejus:* &, *Magnus Dominus & laudabilis valde, in civitate Dei noſtri, in monte ſancto ejus, fundato exultatione univerſæ terræ.* Nunc ſatis erit referre verba Pſalmi XXXVI. de terra Juſtorum ſic loquentis: *Suſtinentes Dominum ipſi hæreditabunt terram:* & paulopoſt, Manſueti

[illegible] κληρονομησυσι γην, και κατατρυφησυσιν ἐπι [illegible] και μετ' ὀλιγα, οἱ εὐλογουντες αὐτον κλη- [illegible] και παλιν, οἱ δικαιοι κληρονομησυσι γην, [illegible] σκηνωσυσιν εἰς αἰωνα αἰωνος ἐπ' αὐτης. ὁρα δ' [illegible] εἶναι ἐν καθαρῷ τῷ ὐρανῷ την γην, δη- [illegible] ἀκουειν δυναμενοις των ὐτως εἰρημενων ἐν τῳ [illegible] ψαλμῳ. ὑπομεινον τον κυριον, και φυλαξον την [illegible] και ὑψωσει σε τυ κατακληρονομησαι την [illegible].

[illegible] δε μοι και τα περι των τηδε τιμιων εἶναι νομι- [illegible] λιθων, ἀπορροην τινα λεγομενων ἐχειν ἀπο των [illegible] κρειττονι γῃ λιθων, εἰληφεναι τον Πλατωνα ἀπο των [illegible] Ησαΐᾳ ἀναγεγραμμενων περι της πολεως τυ θευ· [illegible] ἧς γεγραπται, θησω τας ἐπαλξεις συ ἰασπιν, και [illegible] λιθους συ λιθους κρυσαλλυ, και τον περιβολον συ λιθους ἐκλεκτυς· και παλιν, θησω τα θεμελια συ σαπ- φειρον. τον μεν ὐν παρα Πλατωνι ἀλληγορουντες μυθον οἱ σεμνοτερον τα τυ φιλοσοφυ ἐξειληφοτες διηγουνται· τας δε προφητειας, ἀφ' ὡν σοχαζομεθα και τον Πλατωνα εἰληφεναι, οἱ συγγενως τοις προφηταις και ἐνθεως βιω- σαντες, και παντα τον χρονον αναθεντες τῃ ἐξετασει των ἱερων γραμματων, τοις ἐπιτηδειοις δια βιυ καθαροτητα και την περι τα θεια φιλομαθειαν παραςησυσιν. ἡμιν δε προκειμενον ἠν δειξαι, ὁτι ἡμεις μεν ὐκ ἀπο Ελληνων ἠ Πλατωνος τα περι της ἁγιας γης εἰληφαμεν· ἐκεινοι δε, νεωτεροι γινομενοι ὐ μονον τυ ἀρχαιοτατυ Μωϋσεως, ἀλ- λα και των πλειςων προφητων ἠτοι παρακηκοασι τινων αἰνισσομενων περι των τοιυτων· ἠ και ταις ἱεραις ἐντυχον- τες γραφαις, παραποιησαντες αὐτα, τοιαυτα τινα περι της κρειττονος εἰρηκασι γης. σαφως δ' ὁ Αγγαιος παρι- ςησιν ἀλλο μεν εἶναι την ξηραν, ἀλλο δε την γην, ξηραν καλων ταυτην ἐφ' ἡς ἐσμεν· λεγει δε ὐτως, ἐτι ἀπαξ ἐγω σεισω τον ὐρανον, και την γην, και την ξηραν, και την θαλασσαν.

Ωσπερ δε αὐτος την διηγησιν ἀνατιθεται τυ παρα Πλατωνι μυθυ κειμενυ ἐν τῳ Φαιδωνι, λεγων ταδε, τι δε

δια

ſueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis: & poſt pauca, *Benedicentes ei hæreditabunt terram*: & iterum: *Juſti hæreditabunt terram & inhabitabunt in ſæculum ſæculi ſuper eam.* Jam vide an non idem ille pſalmus clare indicet terram puram in puro eſſe cœlo, modo lector horum ejuſdem pſalmi verborum ſenſum capere poſſit: *Expecta Dominum, & cuſtodi viam ejus, & exaltabit te ut hæreditate capias terram.*

30. Præterea quæ dicit Plato de lapidibus hic pretioſi putantur, & quorum ſplendor dicitur emanare ex melioris terræ lapidibus, ea mihi videtur duxiſſe ex deſcriptione civitatis Dei, quæ apud Iſaïam ſic legitur: *Ponam jaſpidem propugnacula tua, & lapides tuos lapides cryſtalli, & circuitum tuum lapides electos*: & rurſus: *Ponam fundamenta tua ſapphirum.* Hanc Platonis fabulam allegorice explicant qui hujus philoſophi placita gravius ediſſerunt; prophetias item, e quibus Platonem hauſiſſe conjicimus, exponent ii qui Prophetarum vitam divina quadam agendi ratione imitantur totumque tempus in ſcrutandis ſacris ſcripturis inſumunt; ſi modo idoneos propter vitæ integritatem rerumque divinarum cognoſcendi ſtudium auditores invenerint. Nobis hoc erat propoſitum oſtendere, quæ de terra ſancta credimus, ea nos nec a Græcis nec a Platone didiciſſe; illos vero, qui non antiquiſſimo Moyſe ſolum, ſed etiam pleriſque Prophetis recentiores ſunt, aut male intellexiſſe quæ de illis rebus a quibuſdam obſcure indicata ſunt, aut illa e ſacris ſcripturis, quæ ſibi in manus venerant, falſo imitatos, hujuſmodi quædam de meliore terra dixiſſe. Et ſane Aggæus terram ab arida perſpicue diſtinguit, aridam vocans hanc in qua ſumus. Sic enim loquitur: *Rurſus adhuc ego commovebo cælum & terram & aridam & mare.*

31. Jam ſicut ipſe in aliud tempus reſervat Platonicæ in Phædone fabulæ explicationem, his verbis:

δὲ τετων ἐμφανιζει, ἐ παντι γνωναι ῥᾳδιον· εἰ μη ἐςις ἱκανος δυναιτο, τι ποτ᾽ ἐςιν ἐκεινο ὁ φησιν, ὑπ᾽ ἀσθενειας και βραδυτητος ἐχ οἱες᾽ εἰναι διεξελθειν ἐπ᾽ ἐσχατον τον ἀερα· και ει ἡ φυσις ἱκανη ειη ἀνασχεσθαι θεωρεσα γνωναι ἀν ὁ, τι ἐκεινος ἐςιν ὁ ἀληθως ἐρανος, και το ἀληθινον φως· τον αὐτον τροπον και ἡμεις τα περι της ἁγιας και ἀγαθης γης, και της ἐν αὐτῃ πολεως τε θεε, ἐ κατα την ἐνεςωσαν νομιζοντες εἰναι πραγματειαν σαφηνισαι, ὑπερτιθεμεθα εἰς τα ἐξηγητικα των προφητων· ἀπο μερες, κατα το δυνατον ἡμιν, διηγησαμενοι περι πολεως θεε ἐν τοις πραγματευθεισιν ἡμιν εἰς τον τεσσαρακοςον πεμπτον ψαλμον, και τον τεσσαρακοςον ἑβδομον ψαλμον. οἰδε δε ὁ ἀρχαιοτατος Μωϋσεως και των προφητων λογος τα ἀληθινα παντα ὁμωνυμα τοις τηδε καθολικωτεροις· οἱον, ἀληθινον φως, και ἐρανον ἑτερον παρα το ςερεωμα, και τον της δικαιοσυνης ἡλιον παρα τον αἰσθητον. και ἀπαξαπλως δε φησι προς ἀντιδιαςολην των αἰσθητων, ὡν ἐδεν ἐςιν ἀληθινον, το, θεος, ἀληθινα τα ἐργα αὐτε· ἐπ᾽ ἀλλων μεν τασσων τα ἐργα τε θεε, ἐπι ἡττονων δε τα λεγομενα ἐργα των χειρων αὐτε. μεμφομενος γουν τισι δια τε Ησαϊε φησι, τα ἐργα κυριε ἐκ ἐμβλεπεσι, και τα ἐργα των χειρων αὐτε ἐ κατανοεσι. και ταυτα μεν ἐπι τοσετον.

Επει δε τον περι της ἀναςασεως λογον πολυν ὀντα, και δυσερμηνευτον, και δεομενον σοφε, εἰπερ τι ἀλλο των δογματων, και ἐπι πλειον διαβεβηκοτος· ἱνα το ἀξιον τε θεε παραςηση, και το μεγαλοφυες τε δογματος, διδασκοντος λογον ἐχειν σπερματος το καλεμενον κατα τας γραφας σκηνος της ψυχης, ἐν ᾡ οἱ δικαιοι ὀντες ςεναζεσι βαρεμενοι, μη θελοντες αὐτο ἐκδυσασθαι, ἀλλ᾽ ἐπενδυσασθαι· μη νοησας ὁ Κελσος, τῳ ἀπο ἰδιωτων, και μηδενι λογῳ παραςησαι δυναμενων ἀκηκοεναι περι αὐτε, χλευαζει το λεγομενον· χρησιμον προς τοις ἀνωτερω εἰρημενοις ἡμιν περι τετε, τετο μονον ὑποσημειωσασθαι προς τον λογον, ὁτι ἐχ, ὡς οἰεται Κελσος, της μετενσωματωσεως παρακεσαντες τα περι ἀναςασεως φαμεν· ἀλλ᾽ εἰδοτες ὁτι ἡ τῃ ἑαυτης φυσει ἀσωματος και ἀορατος ψυ-

Quid per hæc indicet, non facile eſt omnibus perſpicere: niſi forte quis capere poſſet quid ſibi velit id quod ait, nos præ infirmitate & tarditate non poſſe ad extremum aërem penetrare; naturam vero, ſi par eſſet iſti contemplationi, agnituram quid ſit verum illud cœlum veraque lux: ſic & nos præſentis inſtituti non ducimus eſſe terræ ſanctæ & bonæ & civitatis Dei quæ in illa eſt, explicationem; acturi de illa tum, cum prophetas enarrabimus: præſertim cum jam ex parte in commentariis in pſalmos XLV. & XLVII. de civitate Dei pro viribus ſermonem fecerimus. Præterea illa Moyſis & Prophetarum ſcripta antiquiſſima docent res omnes, quæ veræ ſunt, idem habere nomen ac illæ quæ hic omnibus in uſu ſunt, verbi gratia, lucem eſſe veram, eſſe cœlum aliud præter firmamentum, eſſe ſolem juſtitiæ alium a ſenſibili. Uno verbo, ut res illæ a ſenſibilibus, quarum nulla vera eſt, diſtinguantur, dicunt: *Deus, vera opera ejus*; & opera Dei ab operibus manuum ejus, quod hæc minora ſint diſcriminant. Quamobrem Deus apud Eſaïam de quibuſdam querens ait: *Opera Domini non reſpiciunt, nec opera manuum ejus conſiderant.* Sed de illa re ſatis.

32. Quoniam vero reſurrectionis dogma (altum ſane & enarratu difficile, quodque omnium maxime indiget viro ſapiente, imo in ſapientia provecto, qui oſtendat quam dignum illud Deo, quam ſublime ſit; ſi quidem ex illo diſcimus rationem ſeminis ineſſe in hoc animæ, ut ſcripturæ vocant, tabernaculo, in quo juſti *ingemiſcunt gravati, nolentes exſpoliari, ſed ſuperveſtiri;*) ideo Celſus irridet quia non intelligit, nec audivit niſi ab imperitis, qui nullo illud argumento adſtruere poterant, utile fuerit, præter ea quæ hac de re ſupra dicta ſunt, hoc unum obſervare, quæ de reſurrectione tradimus, ea non proficiſci, ut Celſus putat, ex male intellecta animarum e corporibus in corpora migratione; ſed quia ſcimus animam, natura

χη, ἐν παντι σωματικῳ τοπῳ τυγχανουσα, δειται
ματος οἰκειου τῃ φυσει τῳ τοπῳ ἐκεινῳ· ὁπερ ὁπου μ
ρει ἀπεκδυσαμενη το προτερον ἀναγκαιον μεν, πε
δε ὡς προς τα δευτερα· ὁπου δε ἐπενδυσαμενη ᾧ π
ρον εἰχε, δεομενη κρειττονος ἐνδυματος εἰς τους καθ
τερους και αἰθεριους και οὐρανιους τοπους. και ἀπεξεδ
μεν ἐπι την τηδε γενεσιν ἐρχομενη το χρησιμον προς
τῃ ὑστερᾳ της κυουσης, ἑως ἠν ἐν αὐτῃ, χωριον· ἐνεδυ
δε ὑπ᾽ ἐκεινο ὁ ἠν ἀναγκαιον τῳ ἐπι γης μελλοντι δια
εἰτα παλιν ὀντος τινος σκηνους και ἐπιγειου οἰκιας, α
καιας που τῳ σκηνει· καταλυεσθαι μεν φασιν οἱ λογ
ἐπιγειον οἰκιαν του σκηνους, το δε σκηνος ἐπενδυσασθ
κιαν ἀχειροποιητον, αἰωνιον ἐν τοις οὐρανοις. λεγουσι
του θεου ἀνθρωποι, το μεν φθαρτον ἐνδυσασθαι ἀφ
σιαν, την διαφερουσαν του ἀφθαρτου· το δε θνητον
σασθαι ἀθανασιαν, ἑτερον τυγχανον του ἀθανατ
γαρ λογον ἐχει σοφια προς το σοφον, και δικαιοσυνη
το δικαιον, και εἰρηνη προς το εἰρηνικον· τουτον τον
ἀφθαρτια μεν προς ἀφθαρτον, ἀθανασια δε προς
νατον. ὁρα οὐν ἐφ᾽ οἱα προτρεπει ὁ λογος, ἐνδυσασθ
γων την ἀφθαρσιαν και την ἀθανασιαν· ἁτινα, ὡς
ματα τῳ ἐνδυσαμενῳ και περιεχομενῳ των τοιουτ
δυματων, οὐκ ἐᾳ φθαρηναι ἠ ἀποθανειν τον περικει
αὐτα. και ταυτα δ᾽ ἡμιν ἀποτετολμησθω, δια τ
νοησαντα ὁ, τι ποτε λεγομεν την ἀναστασιν, και δι
το γελωντα και χλευαζοντα ὀν οὐκ οἰδε λογον.

Οἰομενος δ᾽ ἡμας, δια το γνωναι και ἰδειν τον
πρεσβευειν τα περι της ἀναστασεως, συνειρει ἑαυτῳ
λεται, και τοιαυτα φησιν, ὁταν δη πανταχοθεν ἐξειργ
και διελεγχωνται· παλιν, ὡσπερ οὐδεν ἀκηκοοτες,
νιασιν ἐπι το αὐτο ἐρωτημα, πως οὐν γνωμεν και ἰ
τον θεον; και πως ἰωμεν προς αὐτον; ἰσω οὐν ὁ βε
νος, ὁτι κἀν εἰς ἀλλα δεωμεθα σωματος, τῳ ἐν

σω

incorpoream & inviſibilem, in nullo corporeo conſiſtere loco, quin indigeat corpore ad naturam illius loci accommodato: quod corpus modo quidem geſtat, exuto priori quod antea neceſſarium, poſtea inutile fit; modo autem ſuper illud, quod prius habebat, induitur meliore, quo indiget, ut ad puriores, æthereos cæleſteſque locos perveniat. Sic in hac vita naſcens membranam exuit, qua eam in vulva matris obvolvi utile erat, quamdiu in ea fuit; ſed antequam illam exuat, corpus induit, quod erat in terra victuro neceſſarium. Cum autem præterea ſit quoddam *tabernaculum* & *terrena habitatio* tabernaculo quodammodo neceſſaria, docent ſcripturæ diſſolutum iri terrenam habitationem, tabernaculum vero *ſuperinduendum eſſe domo non manufacta, æterna in cœlis.* Dicunt etiam homines Dei corruptibile induturum eſſe incorruptionem, quæ differt ab incorruptibili; & mortale induturum immortalitatem, quæ & ipſa diſcrepat ab immortali. Ut enim ſapientia ſe habet ad id quod ſapiens eſt, ut juſtitia ad id quod juſtum, ut pax ad id quod pacificum; ſic ſe habet incorruptio ad incorruptibile & immortalitas ad immortale. Vide igitur ad quæ nos hortetur ſcriptura, cum dicit indutum iri nos incorruptione & immortalitate, quibus qui tanquam indumentis veſtietur atque circumvolvetur, corrumpi & mori non poterit. Atque hæc auſus ſum diſputare, propter eum qui reſurrectionem propterea cavillatus eſt & irriſit, quia, quid hoc nomine ſignificetur, non intellexerat.

33. Exiſtimans autem reſurrectionis myſterium ea cauſa a nobis doceri, ut cognoſcamus & videamus Deum, ſibi ſumit quæ vult. Ejus verba ſunt: *Poſtquam undecumque refutati ſunt & convicti, rurſus, quaſi nihil audiiſſent, ad eandem redeunt quæſtionem, Quomodo igitur cognoſcemus & videbimus Deum? Quomodo ad eum ibimus?* Sciat ergo quicumque voluerit, etiamſi corpore

... καὶ τοιῦτυ, ὁποία ἐςὶν ἡ φύσις τῦ ... καὶ δεόμενοι τῦ σώματος ἐπενδυόμεθα ... προειρημένα· ἀλλ' εἰς γνῶσιν γε Θεῦ σω... χρήζομεν. τὸ γὰρ γιγνῶσκον Θεὸν, ἐκ ... ἐςὶ σώματος, ἀλλὰ νῦς, ὁρῶν τὸ κατ' εἰκόνα ...ος, καὶ τὸ δυνάμενον γιγνώσκειν Θεὸν προνοίᾳ ... καὶ τὸ ὁρῶν δὲ Θεὸν, καθαρὰ ἐςὶ καρδία, ... ὐκέτι ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροὶ, ὐ φόνοι, ὐ ..., ὐ πορνεῖαι, ὐ κλοπαὶ, ὐ ψευδομαρτυρίαι, ὐ βλασφημίαι, ὐκ ὀφθαλμὸς πονηρὸς, ὐδ' ἄλλο τι τῶν ἀτόπων· δι' ἃ λέγεται, μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. ἐπεὶ δ' ὐκ αὐτάρκης ἡ ἡμετέρα προαίρεσις πρὸς τὸ πάντη καθαρὰν ἔχειν τὴν καρδίαν, ἀλλὰ θεῦ ἡμῖν δεῖ, κτίζοντος αὐτὴν τοιαύτην· διὰ τῦτο λέγεται ὑπὸ τῦ ἐπιςημόνως εὐχομένυ, καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεός.

Ἀλλ' ὐδ', ὡς ἐν τόπῳ ὄντος τῦ θεῦ, πευσόμεθά τινος, καὶ ἐρῦμεν, πῶς ἴωμεν πρὸς αὐτόν; κρείττων γὰρ ὁ Θεὸς παντὸς τόπυ, καὶ περιεκτικὸς παντὸς ὐτινοσοῦν· καὶ ὐδὲν ἐςὶ τὸ περιέχον τὸν Θεόν. τὸ ἰέναι ὖν πρὸς τὸν Θεὸν ὐ σωματικῶς προςέτακται ἡμῖν· τὸ, ὀπίσω κυρίυ τῦ Θεοῦ σῦ πορεύσῃ· ὐδὲ σωματικῶς ὁ προφήτης, κολληθεὶς τῷ Θεῷ, φησὶν ἐν τῇ εὐχῇ, ἐκολλήθη ὀπίσω σῦ ἡ ψυχή μυ. καταψεύδεται ὖν ἡμῶν Κέλσος, λέγων προσδέχεσθαι ἡμᾶς ὀφθαλμοῖς σώματος θεὸν ὄψεσθαι, καὶ ὠσὶ τῆς φωνῆς αὐτῦ ἀκούεσθαι, καὶ χερσὶν αἰσθηταῖς ψαύσειν αὐτῦ. οἴδαμεν δὲ ὁμωνύμως τοῖς σώματος ὀφθαλμοῖς λεγομένους ὑπὸ τῶν θείων λόγων ὀφθαλμοὺς, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ὦτα, καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὸ τούτων παραδοξότερον αἴσθησιν θειοτέραν, καὶ ἑτέροιαν παρὰ τὴν συνήθως ὑπὸ τῶν πολλῶν ὀνομαζομένην. ἐπὰν γὰρ λέγῃ ὁ προφήτης, ἀποκάλυψον τὺς ὀφθαλμούς μυ, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια σῦ ἐκ τῦ νόμυ σῦ· ἢ, ἡ ἐντολὴ κυρίυ τηλαυγὴς, φωτίζουσα ὀφθαλμούς· ἢ, φώτισον

τοὺς

pore opus habeamus cum ad alios uſus, tum ut in loco corporeo ſimus; etiamſi corpore quidem opus ſit tali, qualis eſt corporei loci natura, & propterea ſuper tabernaculum iis induamur quæ modo diximus; nos tamen non egere corpore ad cognoſcendum Deum. Id enim quod videt Deum, non eſt oculus corporis, ſed mens, quæ ad imaginem conditoris facta eſt, & a Dei providentia Dei cognoſcendi facultatem accepit. Id quod Deum videt, eſt cor purum, unde non amplius exeunt *cogitationes malæ*, *non homicidia*, *non adulteria*, *non fornicationes*, *non furta*, *non falſa teſtimonia*, *non blaſphemiæ*, *non oculus nequam*, non aliud quidquam vitioſum. Propterea dicitur: *Beati mundi corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Quoniam vero ut cor omnino mundum habeamus, non ſufficit propoſitum noſtrum, ſed opus eſt ut ſic a Deo creetur; ideo qui precatur ſicut oportet, hac prece utitur, *Cor mundum crea in me, Deus.*

34. Sed neque, quaſi Deus in loco eſſet, interrogabimus *quomodo ituri ſimus ad illum.* Deus enim omni loco melior omnia comprehendit, nec ulla re comprehenditur. Non igitur corpore ad Deum accedere jubet iſtud præceptum, *Poſt Dominum Deum tuum ambulabis.* Neque propheta corpore adhærebat Deo, cum orans diceret, *Adhæſit anima mea poſt te.* Nos igitur calumniatur Celſus, cum ait *ſperare nos futurum, ut oculis corporis Deum intueamur, auribus vocem ejus audiamus, & manibus corporis eum contrectemus.* Scimus in divinis ſcripturis mentionem fieri de oculis, de auribus, de manibus quæ cum iſtis corporis partibus nonniſi nomen commune habent, imo, quod mirabilius eſt, de ſenſu diviniore & alio prorſus ab illo qui loquendi conſuetudine receptus eſt. Nam cum propheta dicit: *Revela oculos meos & conſiderabo mirabilia de lege tua;* aut: *Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos;* aut: *Illumina oculos meos, ne unquam*

τους ὀφθαλμους μυ, μη ποτε ὑπνωσω εἰς θανατον· ὐχ ὑτω τις ἐμβροντηΤος ἐςιν, ὡς νομιζειν ὀφθαλμοις σωματος κατανοεισθαι τα θαυμασια τυ θειυ νομυ, ἡ την τυ κυριυ ἐντολην φωτιςικην εἶναι των τυ σωμαΤος ὀφθαλμων, ἡ ὑπνοι θανατυ ἐποιςικον συμβαινειν περι τυς τυ σωμαΤος ὀφθαλμυς. ἀλλα και, ἐπαν λεγῃ ὁ σωτηρ ἡμων, ὁ ἐχων ὠτα ἀκυειν ἀκυετω· και ὁ τυχων συνιησι περι θειοτερων ταυτα λεγεσθαι ὠτων. κἀν λεγηΤαι λογος κυριυ γεγονεναι ἐν χειρι Ιερεμιυ τυ προφητυ, ἡ ἀλλυ τινος· ἡ νομος ἐν χειρι Μωϋσεως· ἡ ὁτι ταις χερσι μυ ἐζητησα τον θεον, και ὐκ ἠπατηθην· ὐχ ὑτως ἐςι τις ἀνοητος, ὡς μη ἐκλαμβανειν χειρας τινας εἶναι τροπικως καλυμενας, περι ὡν και Ιωαννης λεγει, αἱ χειρες ἡμων ἐψηλαφησαν περι τυ λογυ της ζωης. εἰ δε και περι της κρειτΤονος αἰσθησεως και ὐ σωματικης βυλει ἀπο των ἱερων γραμματων μαθειν, ἀκυσον Σολομωντος ἐν ταις Παροιμιαις λεγοντος, αἰσθησιν θειαν εὑρησεις.

Οὐ χρεια τοινυν ἡμιν, ὡς ὑτω ζητυσι τον θεον, ἀπιεναι, ὁπυ ἡμας πεμπει ὁ Κελσος, εἰς Τροφωνιυ, και εἰς Αμφιαρεω, και εἰς Μοψυ· ἐνθα φησιν ἀνθρωποειδεις θεωρεισθαι θευς, και, ὡς λεγει ὁ Κελσος, ὐ ψευδομενους, ἀλλα και ἐναργεις. ἰσμεν γαρ ἡμεις τουτους δαιμονας ὀντας, τρεφομενους κνισσαις και αἱμασι, και ταις ἀπο των θυσιων ἀναθυμιασεσι, και ὑτω παρακατεχομενους ἐν τοις ἀπο της ἐπιθυμιας αὐτων κατασκευασθεισι δεσμωτηριοις· ἁτινα ἱερα θεων Ελληνες νενομικασιν, ἀλλ' ἡμεις ἰσμεν ἀπατεωνων δαιμονων εἶναι τα τοιαυτα οἰκητηρια. μετα ταυτα κακοηθως ὁ Κελσος φησι περι των προειρημενων ἀνθρωποειδων κατ' αὐτον θεων, ὁτι ὀψεΤαι τις αὐτους ὐχ ἁπαξ παραῤῥυενΤας, ὡσπερ τον τουτους ἐξαπατησαντα· ἀλλ' ἀει τοις βυλομενοις ὁμιλουντας. και ἐοικε γε δια τυτων φασμα μεν νενομικεναι τον Ιησουν, μετα την ἐκ νεκρων ἀναςασιν ἐπιφανεντα τοις μαθηΤαις, ὡσπερει παραῤῥευσανΤα προς το ὀφθηναι αὐτοις. οὓς δ' ὠνομασε λεγων ἀνθρωποειδεις θεους, τουτους οἰεΤαι ἀει τοις βυλομενοις ὁμιλειν. πως δε δυναΤαι φασμα, ὡς φησιν αὐτος, παραῤῥυεν ἐπ' ἀπατῃ των θεασαμενων, και μετα την τοτε

ὀψιν

quam obdormiam in morte; nemo ita ſtupidus eſt, ut legis divinæ mirabilia corporis oculis conſiderari, præcepto Domini corporis oculos illuminari, aut ſomno letifero corporis oculos conſopiri exiſtimet. Item cum dicit Salvator noſter: *Qui habet aures audiendi, audiat*, vel homo e vulgo hoc ad aures diviniores referendum eſſe intelligit. Et cum dicitur factus eſſe ſermo Domini in manu Jeremiæ Prophetæ aut alterius cujuslibet: aut, *Lex in manu Moyſis*, aut, *Deum exquiſivi manibus meis, & non ſum deceptus*: nemo tam bardus quin cogitet manus eſſe quæ figurate ſic appellentur: de quibus Joannes ait: *Manus noſtræ contrectaverunt de Verbo vitæ.* Jam ſi velis ſenſum diviniorem ac minime corporeum tibi e ſacris literis exhiberi, audi Salomonem in Proverbiis dicentem: *Senſum divinum invenies.*

35. Cum igitur Deum hoc modo quæramus, non opus eſt abire quo nos mittit Celſus, ſcilicet ad Trophonii, & Amphiarai, & Mopſi ædes, ubi ait *deos humana forma conſpici, non fallaces, ſed manifeſtos.* Nam ſcimus dæmones illos eſſe adipe, ſanguine & nidore victimarum ſaturatos, eoſque ſic in carceribus retineri quos ſibi ſua cupiditate conſtruxerunt. Hos carceres Græci templa deorum eſſe putant, putant, ſed nobis fraudulentorum dæmonum habitacula eſſe perſpectum eſt. Subdit improbe Celſus deos illos, quos eſſe ait humana forma, *videri non ſemel & quaſi prætervolitantes, quemadmodum ille qui hos decepit, ſed ſemper cum volentibus verſari.* Ex his videtur in hac fuiſſe opinione, Jeſum, cum poſt ſuam e mortuis reſurrectionem diſcipulis conſpicuum ſe præbuit, fuiſſe ſpectrum quod veluti prætervolitans eorum oculi aſpexerint. Quos autem humana forma deos vocat, illos putat verſari ſemper cum volentibus. Quomodo ſpectrum, ut ille appellat, ad fallendos ſpectatores prætervolitans poteſt, poſtquam viſum eſt, tanta

effice-

[illegible] και ἐπιστρεφειν τας των τοιουτων [illegible] αὐταις περι του παντα δειν [illegible] ὡς κριθησομενους; πως δε [illegible] δαιμονια, και ἀλλας οὐκ εὐ [illegible] ἐνεργει· οὐχ ἱνα κεκληρωμενον το- [illegible] ἀνθρωποειδεις θεοι, ἀλλα δικαι [illegible] ἀκουμενην, και συναγον, και ἑλκον τη [illegible] ἂν εὑροι προς τον καλον βιον κλιναντας

[illegible] ταυτα, προς ἁ κατα το δυνατον εἰρηκαμεν, [illegible] παλιν ὁ Κελσος φησιν, οἱ δε και παλιν εἰρησον- [illegible] αἰσθησει μη καταλαμβανομενοι γνωσονται τον [illegible] το χωρις αἰσθησεως μαθειν ἐστι δυνατον; εἰτα προς [illegible] ἀποκρινομενος φησιν, οὐκ ἀνθρωπου μεν, οὐδε της [illegible] ἀλλα σαρκος ἡ φωνη. ὁμως δ' οὐν ἀκουσατωσαν, [illegible] και ἐπαιειν δυνανται ὡς δειλον και φιλοσωματον γενος· ἐαν αἰσθησει μυσαντες ἀναβλεψητε νῳ, και σαρκος ἀποστραφεντες ὀφθαλμον τον της ψυχης ἐγειρητε, μονως οὑτω τον θεον ὀψεσθε. κἀν ἡγεμονα ταυτης της ὁδου ζητητε, φευκτεοι μεν ὑμιν οἱ πλανοι και γοητες, και τα εἰδωλα προμνωμενοι· ἱνα μη παντα πασιν ἠτε καταγελαστοι, τους μεν ἀλλους, τους δεικνυμενους θεους, ὡς εἰδωλα βλασφημουντες, τον δε και αὐτων ὡς ἀληθως εἰδωλων ἀθλιωτερον, και μηδε εἰδωλον ἐτι, ἀλλ' ὀντως νεκρον σεβοντες, και πατερα ὁμοιον αὐτῳ ζητουντες. και πρωτον γε λεκτεον προς την προσωποποιΐαν αὐτου, περιτιθεντος ἡμιν λογους, ὡς ὑφ' ἡμων λεγομενους εἰς την περι ἀναστασεως σαρκος ἀπολογιαν, ὁτι ἀρετη μεν προσωποποιουντος ἐστι, τηρησαι το βουλημα και το ἠθος του προσωποποιουμενου· κακια δε, ὁτε τα μη ἁρμοζοντα τις περιτιθησι ῥηματα τῳ προσωπῳ του λεγοντος. και ἐπισης γε ψεκτοι οἱ ἐν προσωποποιΐᾳ βαρβαροις, και ἀπαιδευτοις, ἠ οἰκοτριψιν, ἠ και μηδε ποτε φιλοσοφων λογων ἀκηκοοσι, μηδε εὐ εἰρηκοσιν αὐτους, περιτιθεντες φιλοσοφιαν ἡν ἐμαθε μεν ὁ προσωποποιων, οὐκ εἰκος δε ἠν εἰδεναι τον προσωποποιουμενον· και παλιν αὖ οἱ τοις καθ' ὑποθεσιν

ὑποκει-

efficere, hujuſmodi hominum animas convertere, eos adducere, ut credant omnia ſibi facienda eſſe quæ Deo placeant, ut qui rationem reddituri ſunt? Quomodo ejicit dæmonia aliaque haud contemnenda miracula facit illud quod vocat ſpectrum, quod non unum ſortitum eſt locum, ut dii humana forma de quibus ille loquitur, ſed terram pervadit univerſam, congregans atque trahens divinitate ſua quoſcumque ad bene vivendum ſe inclinantes invenit?

36. Poſt illa quæ pro viribus refutavimus, ſic rurſum ait Celſus: *Sed rurſus rogabunt, quomodo Deum, ſi ſenſu cognoſcere non poſſunt, ſint cognituri, & quid ſine ſenſu cognoſci poſſit.* At quæ reſpondet: *Non hominis hæc, non animæ, ſed carnis vox eſt. Audiant tamen, ſiquidem audire quid poteſt timidum illud & corpori addictum genus: tum dumtaxat videbitis Deum, cum cenſu compreſſo mente ſurſum adſpicietis, & averſo carnis oculo oculum animæ excitabitis. Et ſi hujus viæ ducem vobis quæritis, vobis fugiendi ſunt impoſtores & præſtigiatores, qui ſimulacra commendant. Alioquin modis omnibus perridiculi fueritis, qui cæteros deos eoſque manifeſte viſos ut idola execramini; iſtum vero, ſimulacrum ipſis ſimulacris miſerius, imo jam non ſimulacrum, ſed revera mortuum colitis, ipſique ſimilem quæritis patrem.* Ac primum dicendum eſt ad illius Proſopopœiam, qua nos carnis reſurrectionem defendentes inducit, recte ſchema illud adhiberi, cum & conſilium inductæ perſonæ moreſque ſervantur; mendoſe autem, cum perſonæ loquenti adſcribuntur verba quæ minime illi conveniunt. Itaque ex æquo reprehendendi eſſent tum illi, qui in proſopopœia barbaris, imperitis, vernis, aut iis qui nec unquam philoſophos ſermones audierunt, nec iis bene uti norunt, philoſophiam affingerent, quam comparavit quidem perſonarum fictor, ſed fictæ perſonæ notam eſſe abhorret a fide; tum qui ſapientibus & divinarum rerum callentibus adſcribe-

τα θεια ἐγνωκοσι περιτιθεντες
ὑπο ἀπαιδευτων λεγομενα,
ἀπαγγελλομενα. ὁθεν Ομηρος μεν ἐν πολ-
τας τα των ἡρωων προσωπα,
ἀπ' ἀρχης, οἷον το Νεςορος, ἡ το
μηδες, ἡ το Αγαμεμνονος, ἡ Τηλε-
τες, ἡ τινος των λοιπων· Ευριπιδης δε
κωμῳδειται, ὡς ἀκαιρορρημων, δια
περιτεθεικεναι λογους δογματων, ὧν ἀπο
τος ἐμαθε των σοφων, βαρβαροις γυναι-
ταις.

τοιαυτη μεν ἡ ἐν τῳ προσωποποιειν ἀρετη, ἡ κακια· πως ἐκ ευλογως τις καταγελασεται χριςιανοις περιτιθεντος τα μη ὑπο χριςιανων λε- εἰ μεν γαρ ἰδιωτων ἀνεπλασσε λογους· ποθεν τοις δυνασθαι διακρινειν αἰσθησιν ἀπο τε νε, και νοητων, και δογματιζειν παραπλησιως τοις ἀναι- ντας ἐσιας Στωϊκοις, περι τε αἰσθησει καταλαμ- σθαι τα καταλαμβανομενα, και πασαν καταληψιν σθαι των αἰσθησεων; εἰ δε ἀναπλασσει λογες των λοσοφουντων, και ἐπιμελως, ὁση δυναμις, ἐξεταζον- των τα χριςε· ἐδε τετοις ἀκολεθα πεποιηκεν. ἐδεις γαρ, μαθων ἀορατον εἶναι τον θεον, και εἶναι τινα δημιεργηματα ἀορατα, τετεςι νοητα, λεγοι ἀν ὡς ἀπολογεμενος περι των κατα την ἀναςασιν το, πως αἰσθησει μη καταλαμβανομενοι γνωσονται τον θεον; ἡ, τι χωρις αἰσθησεως μαθειν δυνατον ἐςιν; και ἐκ ἐν ἀνακεχωρηκοσι και ἀναγινωσκομενοις ὑπο ὀλιγων μονον και φιλομαθων, ἀλλ' ἐν τοις δημωδεςεροις γεγραπται, ὁτι τα ἀορατα τε θεε ἀπο κτισεως κοσμε τοις ποιημασι νοεμενα καθοραται. δι' ὧν ἐςιν εἰδεναι, ὁτι εἰ και τες ἐν βιῳ ἀνθρωπες χρη ἀπο αἰσθησεων ἀρξασθαι και των αἰσθητων, μελλοντας ἀναβαινειν ἐπι την των νοητων φυσιν· ἀλλ' ἐτι γε ἐν αἰσθητοις καταμενειν χρη. ἐτε χωρις αἰσθησεως ἐρεσιν ἀδυνατον εἶναι μαθειν τα νοητα· χρωμενοι δε τῳ, τις χωρις αἰσθησεως μαθειν δυνατος ἐςιν; ἐλεγξεσιν ἐκ

εὐλογως

rent vulgarium affectuum ſermones quibus imperiti utuntur, & quos ignorantia ſuggerit. Unde Homero inter alia laudi datur, quod Heroum perſonas ſervaverit quales ab initio ſuppoſuit; cujuſmodi ſunt Neſtoris, Ulyſſis, Diomedis, Agamemnonis, Telemachi, Penelopæ, aut cæterorum. Contra ſalibus comicis Euripidem defricat Ariſtophanes, quod ſit importune loquax, quippe qui dogmata, quæ ab Anaxagora aliove quolibet ſapiente didicerat, ſæpe barbaris mulieribus ſerviſque tribuat.

37. Jam ſi ejuſmodi eſt proſopopœiæ virtus & vitium, ecquis non merito Celſum derideat Chriſtianis tribuentem quæ numquam a Chriſtianis dicta ſunt? Nam ſi idiotarum ſermones finxit; unde hujuſmodi homines ſenſum ab intellectu diſcernere didiciſſent & ſenſibilia ab iis quæ ad intelligentiam pertinent? Undenam illis dogmata ſimilia placitis Stoïcorum qui ſublatis e medio naturis intelligentibus, contendunt, quidquid intelligitur, ſenſu intelligi, & cognitionem omnem a ſenſibus pendere? Quod ſi eorum ſermones fingit, qui philoſophantur, & pro viribus doctrinæ Chriſti myſteria diligenter ſcrutantur, neque etiam illis convenientia tribuit. Nemo enim doctus Deum eſſe inviſibilem, & quædam ejus opera inviſibilia eſſe, hoc eſt intelligibilia, ad defendendam reſurrectionem dixerit iſtud: *Quomodo Deum cognituri ſunt, ſi ſenſu non poſſunt cognoſcere?* Aut, *Quid ſine ſenſu cognoſci poteſt?* Neque etiam in ſecretioribus ſcripturis aut iis quas pauci tantum curioſi legunt, ſed in vulgatioribus ſcriptum eſt: *Inviſibilia Dei a creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur.* Ex quo ſcire licet, quamvis in hac vita homines oporteat a ſenſibus ſenſibilibusque incipere, inde ad rerum intelligibilium naturam progreſſuros, tamen in ſenſibilibus ſiſtendum non eſſe. Nec magis dixerint, ſine ſenſu intelligibilia cognoſci non poſſe. Et quamvis dicerent

ευλογως τυτο υπο τυ Κελσυ επιφερεσθαι το, ουκ ανθρωπυ μεν, ουδε ψυχης, αλλα γαρ σαρκος φωνη.

Νουν τοινυν, η επεκεινα νυ και ουσιας, λεγοντες ειναι απλουν, και αορατον, και ασωματον, τον των ολων Θεον, ουκ αν αλλω τινι, η τω κατα την εκεινυ τυ νυ εικονα γενομενω, φησομεν καταλαμβανεσθαι τον Θεον· νυν μεν, ινα τη λεξει χρησωμαι τυ Παυλυ, δι' εσοπτρυ και αινιγματος, τοτε δε προσωπον προς προσωπον. προσωπον δε εαν λεγω, μη συκοφαντειτω τις δια την λεξιν τον δηλυμενον νουν υπ' αυτης· αλλα μανθανετω εν τω, ανακεκαλυμμενω προσωπω την δοξαν κυριυ κατοπτριζομενοι, και την αυτην εικονα μεταμορφυμενοι απο δοξης εις δοξαν, ου προσωπον αισθητον εν τοις τοιυτοις παραλαμβανομενον, αλλα κατα τροπολογιαν νουμενον, ως και οφθαλμυς, και ωτα, και οσα εν τοις ανωτερω ομωνυμα τοις τυ σωματος μελεσι παρεςησαμεν. και ανθρωπος μεν ουν, τυτεςι ψυχη χρωμενη σωματι, λεγομενη ο εσω ανθρωπος, αλλα και ψυχη, αποκρινεται, ουχ απερ Κελσος ανεγραψεν· αλλ' απερ αυτος διδασκει ο τυ Θευ ανθρωπος. σαρκος δε φωνη ουκ αν χριςιανος χρησαιτο, μαθων πνευματι τας πραξεις τυ σωματος θανατυν, και παντοτε την νεκρωσιν τυ Ιησυ εν τω σωματι περιφερειν· και, νεκρωσατε τα μελη τα επι της γης· και ειδως τι δηλυται εκ τυ, ου μη καταμενη το πνευμα μυ εν τοις ανθρωποις τυτοις εις τον αιωνα, δια το ειναι αυτυς σαρκας· επιςαμενος δε και, οτι οι εν σαρκι οντες Θεω αρεσαι ου δυνανται· και δια τυτο παντα πραττων, εις το μηδαμως αυτον ετι ειναι εν τη σαρκι, αλλ' εν μονω τω πνευματι.

Ιδωμεν δε και επι τινα ημας καλει, ιν' αυτυ ακυσωμεν, τινι τροπω γνωσομεθα τον θεον· εφ' οις οιεται μηδενα χριςιανων επαΐειν δυνασθαι των υπ' αυτυ λεγομενων· φησι γαρ, ομως δ' ουν ακυσατωσαν, ει τι και επαΐειν δυνανται. τινων ουν ημας ακυειν υπ' αυτυ λεγομενων βυλεται, κατανοητεον, ο φιλοσοφος. δεον διδασκειν ημας, ο δε διαλοιδορειται· και δεον ευνοιαν εαυτυ δειξαι εν τω

προοι-

rent: *Quis ſine ſenſu cognoſcere poteſt?* tamen hinc a Celſo negarent merito colligi, *vocem hanc non hominis, nec animæ, ſed carnis eſſe.*

38. Enimvero cum dicamus univerſorum Deum eſſe ab omni concretione liberum, inviſibilem, incorporeum, intellectum, aut quid aliud intellectu & ſubſtantia præſtantius, non dicemus alia re, quam ea, quæ ad imaginem illius intellectus facta eſt, Deum cognoſci, *nunc* quidem *per ſpeculum & ænigma*, ut Pauli verbis utar; *tunc vero facie ad faciem.* Quod dico *faciem*, nemo propter vocem id quod illa ſignificat, calumnietur, ſed ex hoc loco: *Revelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eamdem imaginem transformati a claritate ad claritatem*, diſcat hic non de facie ſenſibili ſermonem fieri, ſed faciem figurate intelligi, ut oculos & aures & quotquot ſupra probavimus idem habere nomen ac membra corporis. Ac nec homo quidem, id eſt anima corpore utens, *homo interior* dicta, & aliquando *anima*, reſpondebit quæ ſcribit Celſus, ſed quæ ipſe homo Dei docet. Neque voce carnis utetur Chriſtianus, utpote qui didicit *facta corporis mortificare*, & *ſemper mortificationem Jeſu in corpore circumferre*, & *mortificare membra quæ ſunt ſupra terram*; novitque quid ſignificent hæc verba, *Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis in ſæculum, quia caro ſunt*; & iſta: *Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt*; atque idcirco nihil non facit, ut ne amplius in carne, ſed in ſolo ſpiritu ſit.

39. Nunc videamus ad quæ nos vocet, ut ex illo audiamus, quæ Dei ſit cognoſcendi ratio: quamquam quæ dicturus eſt, omnium, ut putat, Chriſtianorum captum ſuperant. *Audiant illi*, inquit, *ſi tamen audire quid poſſunt.* Quid igitur philoſophus ille velit nos ex ſe diſcere conſiderandum eſt. Cum nos docere deberet, conviciis inceſſit; cumque initio dicendi audito-

προοιμιῳ των λογων την προς τους ἀκουοντας, ὁ δε φησι
τοις ἑως θανατου ἀποτολμωσιν, ἱνα μη ἐξομοσωνται μη-
δε μεχρι φωνης τον χριστιανισμον, και παρεσκευασμενοις
προς πασαν αἰκιαν, και παντα τροπον θανατου, ὡς δει-
λον γενος. λεγει δ' ἡμας εἰναι και φιλοσωματον γενος,
τους φασκοντας, εἰ και χριστον ποτε κατα σαρκα ἐγνω-
καμεν, ἀλλα νυν οὐκ ἐτι γινωσκομεν· και οὑτω προχειρως
ὑπερ εὐσεβειας τιθεντας το σωμα, ὡς οὐδε το ἱματιον
ἀποδυσαιτ' ἀν εὐχερως φιλοσοφος. φησιν οὐν προς ἡμας,
ὁτι, ἐαν αἰσθησει μυσαντες ἀναβλεψητε νῳ, και σαρ-
κος ἀποστραφεντες ὀφθαλμον τον της ψυχης ἐγειρητε, μο-
νως οὑτω τον θεον ὀψεσθε· και οἰεται αὐτα, λεγω δη τα
περι διττων ὀφθαλμων, ἀπο Ἑλληνων λαβων, μη προ-
πεφιλοσοφησθαι παρ' ἡμιν. λεκτεον δ', ὁτι Μωϋσης,
ἀναγραφων την κοσμοποιΐαν, εἰσαγει τον ἀνθρωπον προ
μεν της παραβασεως, πῃ μεν βλεποντα, πῃ δε μη βλε-
ποντα· βλεποντα μεν, ἐν τῳ λεγεσθαι περι της γυναι-
κος, ὁτι εἰδεν ἡ γυνη, ὁτι καλον το ξυλον εἰς βρωσιν, και
ὁτι ἀρεστον τοις ὀφθαλμοις ἰδειν, και ὡραιον ἐστι του κα-
τανοησαι· μη βλεποντα δε, οὐ μονον ἐν τῳ λεγεσθαι ὡς περι
τυφλων ὀφθαλμων ὑπο του ὀφεως τῃ γυναικι το, ᾐδει
γαρ ὁ θεος, ὁτι ᾗ ἀν ἡμερᾳ φαγητε ἀπ' αὐτου, διανοιχ-
θησονται οἱ ὀφθαλμοι ὑμων· ἀλλα και ἐν τῳ, ἐφαγον,
και διηνοιχθησαν οἱ ὀφθαλμοι των δυο. διηνοιχθησαν
μεν οὐν αὐτων οἱ ὀφθαλμοι της αἰσθησεως, οὑς καλως
ἠσαν μυσαντες, ἱνα μη περισπωμενοι ἐμποδιζωνται βλε-
πειν τῳ της ψυχης ὀφθαλμῳ. οὑς δε τεως εἰχον βλεπον-
τας της ψυχης ὀφθαλμους, και εὐφραινομενους ἐπι τῳ θεῳ
και τῳ παραδεισῳ αὐτου, τουτους οἰμαι δια την ἁμαρ-
τιαν ἐμυσαν. ὁθεν και ὁ σωτηρ ἡμων, το διττον τουτο
των ὀφθαλμων ἐπισταμενος εἰδος ἐν ἡμιν, φησι το, εἰς
κριμα ἐγω εἰς τον κοσμον τουτον ἠλθον, ἱνα οἱ μη βλεπον-
τες βλεπωσι, και οἱ βλεποντες τυφλοι γενωνται· μη
βλεποντας μεν αἰνιττομενος τους της ψυχης ὀφθαλμους,
οὑς ὁ λογος ποιει βλεπειν· βλεποντας δε, τους των αἰσ-
θησεων, τουτους δε ἐτυφλου ὁ λογος, ἱνα ἀπεριστπαστως ἡ
ψυχη

auditoribus ſuam teſtari deberet benevolentiam, *meticuloſum genus* vocat homines, qui, ne vel una vocula Chriſtianiſmum ejurent, ad mortem uſque firmiter pugnant, parati quodvis ſupplicii mortiſque genus ſuſtinere. Nos quoque appellat *corpori addictum genus*, licet dicamus: *Etſi Chriſtum aliquando ſecundum carnem novimus, ſed nunc non amplius novimus*, & facilius pietatis cauſa corpus exuamus, quam philoſophus deponeret veſtem. Sic igitur nos alloquitur: *Tum tantum deos videbitis, cum, ſenſu compreſſo, mente ſurſum adſpicietis, averſo carnis oculo oculum animæ excitabitis*: & quia duplex illud oculorum genus e Græcis hauſit, putat id prius noſtris auctoribus in mentem non veniſſe. Reſpondendum illi eſt, a Moyſe, ubi deſcribit mundi creationem, induci hominem ante ſuum peccatum, modo videntem, modo non videntem; videntem quidem, ubi de muliere dicitur: *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis aſpectuque delectabile*, non videntem vero, non ſolum ubi ſerpens mulieri dicit, quaſi capti oculis fuiſſent: *Scit enim Deus quod qua die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri*; ſed & cum dicitur: *Comederunt & aperti ſunt oculi amborum.* Aperti ſunt igitur corporis oculi, quos pulchre clauſos tenuerant, ne ipſos diſtractos impedirent, quominus oculo animæ viderent; quos autem animæ oculos hactenus habuerant videntes & Dei ejuſque paradiſi contemplatione delectatos, hos meo quidem judicio propter peccatum clauſerunt. Unde Salvator etiam noſter duplicem hanc oculorum ſpeciem in nobis eſſe ſciens, *In judicium*, inquit, *ego in hunc mundum veni, ut, qui non vident, videant; & qui vident, cæci fiant.* Ubi per eos qui non vident, oculos animæ indicat quos ipſius doctrina facit perſpicaces; & per eos qui vident, ſignificat corporis oculos, quos eadem illa occæcat, ut anima ſine ulla diſtractione contempletur

ὄψιν τοσαυτα ἐνεργειν, και ἐπιστρεφειν τας των τοιουτων ψυχας, και πειθω ἐμποιειν αὐταις περι του παντα δειν ἀρεσκοντως πραττειν θεῳ, ὡς κριθησομενους; πως δε φασμα ὀνομασθεν ἀπελαυνει δαιμονια, και ἀλλας οὐκ εὐ κατα φροντους ἐνεργειας ἐνεργει· οὐχ ἑνα κεκληρωμενον τοπον, ὡς οἱ κατ' αὐτον ἀνθρωποειδεις θεοι, ἀλλα διικνουν ἐπι πασαν την οἰκουμενην, και συναγον, και ἑλκον τῃ αὐτου θειοτητι οὓς ἀν εὑροι προς τον καλον βιον κλιναντας ἑαυτους;

Μετα ταυτα, προς ἁ κατα το δυνατον εἰρηκαμεν, τοιαυτα παλιν ὁ Κελσος φησιν, οἱ δε και παλιν εἰρησονται, πως αἰσθησει μη καταλαμβανομενοι γνωσονται τον θεον; τι χωρις αἰσθησεως μαθειν ἐστι δυνατον; εἰτα προς ταυτα ἀποκρινομενος φησιν, οὐκ ἀνθρωπου μεν, οὐδε της ψυχης, ἀλλα σαρκος ἡ φωνη. ὁμως δ' οὐν ἀκουσατωσαν, εἰ τι και ἐπαιειν δυνανται ὡς δειλον και φιλοσωματον γενος· ἐαν αἰσθησει μυσαντες ἀναβλεψητε νῳ, και σαρκος ἀποστραφεντες ὀφθαλμον τον της ψυχης ἐγειρητε, μονως οὑτω τον θεον ὀψεσθε. κἀν ἡγεμονα ταυτης της ὁδου ζητητε, φευκτεοι μεν ὑμιν οἱ πλανοι και γοητες, και τα εἰδωλα προμνωμενοι· ἱνα μη παντα πασιν ἠτε καταγελαστοι, τους μεν ἀλλους, τους δεικνυμενους θεους, ὡς εἰδωλα βλασφημουντες, τον δε και αὐτων ὡς ἀληθως εἰδωλων ἀθλιωτερον, και μηδε εἰδωλον ἐτι, ἀλλ' ὀντως νεκρον σεβοντες, και πατερα ὁμοιον αὐτῳ ζητουντες. και πρωτον γε λεκτεον προς την προσωποποιΐαν αὐτου, περιτιθεντος ἡμιν λογους, ὡς ὑφ' ἡμων λεγομενους εἰς την περι ἀναστασεως σαρκος ἀπολογιαν, ὁτι ἀρετη μεν προσωποποιουντος ἐστι, τηρησαι το βουλημα και το ἠθος του προσωποποιουμενου· κακια δε, ὁτε τα μη ἁρμοζοντα τις περιτιθησι ῥηματα τῳ προσωπῳ του λεγοντος. και ἐπισης γε ψεκτοι οἱ ἐν προσωποποιΐᾳ βαρβαροις, και ἀπαιδευτοις, ἠ οἰκοτριψιν, ἠ και μηδε ποτε φιλοσοφων λογων ἀκηκοοσι, μηδε εὐ εἰρηκοσιν αὐτους, περιτιθεντες φιλοσοφιαν ἡν ἐμαθε μεν ὁ προσωποποιων, οὐκ εἰκος δε ἠν εἰδεναι τον προσωποποιουμενον· και παλιν αὐ οἱ τοις καθ' ὑποθεσιν

ὑποκει-

efficere, hujuſmodi hominum animas convertere, eos adducere, ut credant omnia ſibi facienda eſſe quæ Deo placeant, ut qui rationem reddituri ſunt? Quomodo ejicit dæmonia aliaque haud contemnenda miracula facit illud quod vocat ſpectrum, quod non unum ſortitum eſt locum, ut dii humana forma de quibus ille loquitur, ſed terram pervadit univerſam, congregans atque trahens divinitate ſua quoſcumque ad bene vivendum ſe inclinantes invenit?

36. Poſt illa quæ pro viribus refutavimus, ſic rurſum ait Celſus: *Sed rurſus rogabunt, quomodo Deum, ſi ſenſu cognoſcere non poſſunt, ſint cognituri, & quid ſine ſenſu cognoſci poſſit.* At quæ reſpondet: *Non hominis hæc, non animæ, ſed carnis vox eſt. Audiant tamen, ſiquidem audire quid poteſt timidum illud & corpori addictum genus: tum dumtaxat videbitis Deum, cum ſenſu compreſſo mente ſurſum adſpicietis, & averſo carnis oculo oculum animæ excitabitis. Et ſi hujus viæ ducem vobis quæritis, vobis fugiendi ſunt impoſtores & præſtigiatores, qui ſimulacra commendant. Alioquin modis omnibus perridiculi fueritis, qui cæteros deos eoſque manifeſte viſos ut idola execramini; iſtum vero, ſimulacrum ipſis ſimulacris miſerius, imo jam non ſimulacrum, ſed revera mortuum colitis, ipſique ſimilem quæritis patrem.* Ac primum dicendum eſt ad illius Proſopopœiam, qua nos carnis reſurrectionem defendentes inducit, recte ſchema illud adhiberi, cum & conſilium inductæ perſonæ moreſque ſervantur; mendoſe autem, cum perſonæ loquenti adſcribuntur verba quæ minime illi conveniunt. Itaque ex æquo reprehendendi eſſent tum illi, qui in proſopopœia barbaris, imperitis, vernis, aut iis qui nec unquam philoſophos ſermones audierunt, nec iis bene uti norunt, philoſophiam affingerent, quam comparavit quidem perſonarum fictor, ſed fictæ perſonæ notam eſſe abhorret a fide; tum qui ſapientibus & divinarum rerum callentibus adſcribe-

ὑποκειμενοις σοφοις, και τα θεια ἐγνωκοσι περιτιθεντες τα ἀπο ἰδιωτικων παθων ὑπο ἀπαιδευτων λεγομενα, και ἀπο ἀγνοιας ἀπαγγελλομενα. ὁθεν Ομηρος μεν ἐν πολλοις θαυμαζεται, τηρησας τα των ἡρωων προσωπα, ὁποια αὐτα ὑπεθετο ἀπ' ἀρχης, οἱον το Νεςορος, ἠ το Οδυσσεως, ἠ το Διομηδȣς, ἠ το Αγαμεμνονος, ἠ Τηλεμαχȣ, ἠ Πηνελοπης, ἠ τινος των λοιπων· Ευριπιδης δε ὑπο Αριςοφανȣς κωμωδειται, ὡς ἀκαιροῤῥημων, δια το πολλακις περιτεθεικεναι λογους δογματων, ὡν ἀπο Αναξαγορȣ ἠ τινος ἐμαθε των σοφων, βαρβαροις γυναιξιν, ἠ οἰκεταις.

Εἰπερ δε τοιαυτη μεν ἡ ἐν τῳ προσωποποιειν ἀρετη, τοιαδι δε ἡ κακια· πως ȣκ εὐλογως τις καταγελασεται Κελσȣ, χριςιανοις περιτιθεντος τα μη ὑπο χριςιανων λεγομενα; εἰ μεν γαρ ἰδιωτων ἀνεπλασσε λογους· ποθεν τοις τοιȣτοις δυνασθαι διακρινειν αἰσθησιν ἀπο τȣ νȣ, και αἰσθητα νοητων, και δογματιζειν παραπλησιως τοις ἀναιρȣσι νοητας ȣσιας Στωϊκοις, περι τȣ αἰσθησει καταλαμβανεσθαι τα καταλαμβανομενα, και πασαν καταληψιν ἠρτησθαι των αἰσθησεων; εἰ δε ἀναπλασσει λογȣς των φιλοσοφουντων, και ἐπιμελως, ὁση δυναμις, ἐξεταζοντων τα χριςȣ· ȣδε τȣτοις ἀκολȣθα πεποιηκεν. ȣδεις γαρ, μαθων ἀορατον εἰναι τον θεον, και εἰναι τινα δημιȣργηματα ἀορατα, τȣτεςι νοητα, λεγοι ἀν ὡς ἀπολογȣμενος περι των κατα την ἀναςασιν το, πως αἰσθησει μη καταλαμβανομενοι γνωσονται τον θεον; ἠ, τι χωρις αἰσθησεως μαθειν δυνατον ἐςιν; και ȣκ ἐν ἀνακεχωρηκοσι και ἀναγινωσκομενοις ὑπο ὀλιγων μονον και φιλομαθων, ἀλλ' ἐν τοις δημωδεςεροις γεγραπται, ὁτι τα ἀορατα τȣ θεȣ ἀπο κτισεως κοσμȣ τοις ποιημασι νοȣμενα καθοραται. δι' ὡν ἐςιν εἰδεναι, ὁτι εἰ και τȣς ἐν βιῳ ἀνθρωπȣς χρη ἀπο αἰσθησεων ἀρξασθαι και των αἰσθητων, μελλοντας ἀναβαινειν ἐπι την των νοητων φυσιν· ἀλλ' ȣτι γε ἐν αἰσθητοις καταμενειν χρη. ȣτε χωρις αἰσθησεως ἐρȣσιν ἀδυνατον εἰναι μαθειν τα νοητα· χρωμενοι δε τῳ, τις χωρις αἰσθησεως μαθειν δυνατος ἐςιν; ἐλεγξȣσιν ȣκ

εὐλογως

ent vulgarium affectuum ſermones quibus imperiti tuntur, & quos ignorantia ſuggerit. Unde Homero nter alia laudi datur, quod Heroum perſonas ſervaerit quales ab initio ſuppoſuit; cujuſmodi ſunt Neoris, Ulyſſis, Diomedis, Agamemnonis, Telemahi, Penelopæ, aut cæterorum. Contra ſalibus coiicis Euripidem defricat Ariſtophanes, quod ſit imortune loquax, quippe qui dogmata, quæ ab Anaagora aliove quolibet ſapiente didicerat, ſæpe bararis mulieribus ſerviſque tribuat.

37. Jam ſi ejuſmodi eſt proſopopœiæ virtus & viium, ecquis non merito Celſum derideat Chriſtianis ribuentem quæ numquam a Chriſtianis dicta ſunt? Jam ſi idiotarum ſermones finxit; unde hujuſmodi omines ſenſum ab intellectu diſcernere didiciſſent & enſibilia ab iis quæ ad intelligentiam pertinent? Unenam illis dogmata ſimilia placitis Stoïcorum qui ſubatis e medio naturis intelligentibus, contendunt, uidquid intelligitur, ſenſu intelligi, & cognitionem mnem a ſenſibus pendere? Quod ſi eorum ſermoes fingit, qui philoſophantur, & pro viribus doctriæ Chriſti myſteria diligenter ſcrutantur, neque etiam lis convenientia tribuit. Nemo enim doctus Deum ſſe inviſibilem, & quædam ejus opera inviſibilia eſe, hoc eſt intelligibilia, ad defendendam reſurrectioiem dixerit iſtud: *Quomodo Deum cognituri ſunt, ſi enſu non poſſunt cognoſcere?* Aut, *Quid ſine ſenſu cognoſi poteſt?* Neque etiam in ſecretioribus ſcripturis aut is quas pauci tantum curioſi legunt, ſed in vulgatioibus ſcriptum eſt: *Inviſibilia Dei a creatura mundi per a quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur.* Ex quo ſcire icet, quamvis in hac vita homines oporteat a ſenſiius ſenſibilibusque incipere, inde ad rerum intelligibilium naturam progreſſuros, tamen in ſenſibilibus iſtendum non eſſe. Nec magis dixerint, ſine ſenſu ntelligibilia cognoſci non poſſe. Et quamvis dicerent:

ἐὐλογως τȣτο ὑπο τȣ Κελσȣ ἐπιφερεσθαι το, ȣ̉κ ἀνθρωπȣ μεν, ȣ̉δ᾽ε ψυχης, ἀλλα γαρ σαρκος φωνη.

Νουν τοινυν, ἠ ἐπεκεινα νȣ και ȣ̉σιας, λεγοντες εἰναι ἁπλουν, και ἀορατον, και ἀσωματον, τον των ὁλων Θεον, ȣ̉κ ἀν ἀλλῳ τινι, ἠ τῳ κατα την ἐκεινȣ τȣ νȣ εἰκονα γενομενῳ, φησομεν καταλαμβανεσθαι τον Θεον· νυν μεν, ἱνα τη λεξει χρησωμαι τȣ Παυλȣ, δι' ἐσοπτρȣ και αἰνιγματος, τοτε δ᾽ε προσωπον προς προσωπον. προσωπον δ᾽ε ἐαν λεγω, μη συκοφαντειτω τις δια την λεξιν τον δηλȣμενον νουν ὑπ' αὐτης· ἀλλα μανθανετω ἐν τῳ, ἀνακεκαλυμμενῳ προσωπῳ την δοξαν κυριȣ κατοπτριζομενοι, και την αὐτην εἰκονα μεταμορφȣμενοι ἀπο δοξης εἰς δοξαν, ȣ̉ προσωπον αἰσθητον ἐν τοις τοιȣτοις παραλαμβανομενον, ἀλλα κατα τροπολογιαν νοȣμενον, ὡς και ὀφθαλμȣς, και ὠτα, και ὁσα ἐν τοις ἀνωτερω ὁμωνυμα τοις τȣ σωματος μελεσι παρεςησαμεν. και ἀνθρωπος μεν ȣ̉ν, τȣτεςι ψυχη χρωμενη σωματι, λεγομενη ὁ ἐσω ἀνθρωπος, ἀλλα και ψυχη, ἀποκρινεται, ȣ̉χ ἁπερ Κελσος ἀνεγραψεν· ἀλλ' ἁπερ αὐτος διδασκει ὁ τȣ Θεȣ ἀνθρωπος. σαρκος δε φωνη ȣ̉κ ἀν χριςιανος χρησαιτο, μαθων πνευματι τας πραξεις τȣ σωματος θανατȣν, και παντοτε την νεκρωσιν τȣ Ιησȣ ἐν τῳ σωματι περιφερειν· και, νεκρωσατε τα μελη τα ἐπι της γης· και εἰδως τι δηλȣται ἐκ τȣ, ȣ̉ μη καταμενη το πνευμα μȣ ἐν τοις ἀνθρωποις τȣτοις εἰς τον αἰωνα, δια το εἰναι αὐτȣς σαρκας· ἐπιςαμενος δε και, ὁτι οἱ ἐν σαρκι ὀντες Θεῳ ἀρεσαι ȣ̉ δυνανται· και δια τȣτο παντα πραττων, εἰς το μηδαμως αὐτον ἐτι εἰναι ἐν τη σαρκι, ἀλλ' ἐν μονῳ τῳ πνευματι.

Ιδωμεν δ᾽ε και ἐπι τινα ἡμας καλει, ἱν' αὐτȣ ἀκȣσωμεν, τινι τροπῳ γνωσομεθα τον θεον· ἐφ' οἱς οἰεται μηδενα χριςιανων ἐπαΐειν δυνασθαι των ὑπ' αὐτȣ λεγομενων· φησι γαρ, ὁμως δ' ȣ̉ν ἀκȣσατωσαν, εἰ τι και ἐπαΐειν δυνανται. τινων ȣ̉ν ἡμας ἀκȣειν ὑπ' αὐτȣ λεγομενων βȣλεται, κατανοητεον, ὁ φιλοσοφος. δεον διδασκειν ἡμας, ὁ δ᾽ε διαλοιδορειται· και δεον εὐνοιαν ἑαυτȣ δειξαι ἐν τῳ

προοι-

rent: *Quis ſine ſenſu cognoſcere poteſt?* tamen hinc a Celſo negarent merito colligi, *vocem hanc non hominis, nec animæ, ſed carnis eſſe.*

38. Enimvero cum dicamus univerſorum Deum eſſe ab omni concretione liberum, inviſibilem, incorporeum, intellectum, aut quid aliud intellectu & ſubſtantia præſtantius, non dicemus alia re, quam ea, quæ ad imaginem illius intellectus facta eſt, Deum cognoſci, *nunc* quidem *per ſpeculum & ænigma*, ut Pauli verbis utar; *tunc vero facie ad faciem.* Quod dico *faciem*, nemo propter vocem id quod illa ſignificat, calumnietur, ſed ex hoc loco: *Revelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eamdem imaginem transformati a claritate ad claritatem*, diſcat hic non de facie ſenſibili ſermonem fieri, ſed faciem figurate intelligi, ut oculos & aures & quotquot ſupra probavimus idem habere nomen ac membra corporis. Ac nec homo quidem, id eſt anima corpore utens, *homo interior* dicta, & aliquando *anima*, reſpondebit quæ ſcribit Celſus, ſed quæ ipſe homo Dei docet. Neque voce carnis utetur Chriſtianus, utpote qui didicit *facta corporis mortificare*, & *ſemper mortificationem Jeſu in corpore circumferre*, & *mortificare membra quæ ſunt ſupra terram;* novitque quid ſignificent hæc verba, *Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis in ſæculum, quia caro ſunt*; & iſta: *Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt;* atque idcirco nihil non facit, ut ne amplius in carne, ſed in ſolo ſpiritu ſit.

39. Nunc videamus ad quæ nos vocet, ut ex illo audiamus, quæ Dei ſit cognoſcendi ratio: quamquam quæ dicturus eſt, omnium, ut putat, Chriſtianorum captum ſuperant. *Audiant illi*, inquit, *ſi tamen audire quid poſſunt.* Quid igitur philoſophus ille velit nos ex ſe diſcere conſiderandum eſt. Cum nos docere deberet, conviciis inceſſit; cumque initio dicendi

 audito-

προοιμιῳ των λογων την προς τυς ἀκουοντας, ὁ δε φησι τοις ἑως θανατυ ἀποτολμωσιν, ἱνα μη ἐξομοσωνται μηδε μεχρι φωνης τον χριςιανισμον, και παρεσκευασμενοις προς πασαν αἰκιαν, και παντα τροπον θανατυ, ὡς δειλον γενος. λεγει δ' ἡμας εἰναι και φιλοσωματον γενος, τυς φασκοντας, εἰ και χριςον ποτε κατα σαρκα ἐγνωκαμεν, ἀλλα νυν ὐκ ἐτι γινωσκομεν· και ὑτω προχειρως ὑπερ εὐσεβειας τιθεντας το σωμα, ὡς ὐδε το ἱματιον ἀποδυσαιτ' ἀν εὐχερως φιλοσοφος. φησιν ὑν προς ἡμας, ὁτι, ἐαν αἰσθησεσι μυσαντες ἀναβλεψητε νῳ, και σαρκος ἀποςραφεντες ὀφθαλμον τον της ψυχης ἐγειρητε, μονως ὑτω τον θεον ὀψεσθε· και οἰεται αὐτα, λεγω δη τα περι διττων ὀφθαλμων, ἀπο Ἑλληνων λαβων, μη προπεφιλοσοφησθαι παρ' ἡμιν. λεκτεον δ', ὁτι Μωϋσης, ἀναγραφων την κοσμοποιΐαν, εἰσαγει τον ἀνθρωπον προ μεν της παραβασεως, πη μεν βλεποντα, πη δε μη βλεποντα· βλεποντα μεν, ἐν τῳ λεγεσθαι περι της γυναικος, ὁτι εἰδεν ἡ γυνη, ὁτι καλον το ξυλον εἰς βρωσιν, και ὁτι ἀρεςον τοις ὀφθαλμοις ἰδειν, και ὡραιον ἐςι τυ κατανοησαι· μη βλεποντα δε, ὐ μονον ἐν τῳ λεγεσθαι ὡς περι τυφλων ὀφθαλμων ὑπο τυ ὀφεως τῃ γυναικι το, ᾔδει γαρ ὁ θεος, ὁτι ᾗ ἀν ἡμερᾳ φαγητε ἀπ' αὐτυ, διανοιχθησονται οἱ ὀφθαλμοι ὑμων· ἀλλα και ἐν τῳ, ἐφαγον, και διηνοιχθησαν οἱ ὀφθαλμοι των δυο. διηνοιχθησαν μεν ὐν αὐτων οἱ ὀφθαλμοι της αἰσθησεως, οὑς καλως ἠσαν μυσαντες, ἱνα μη περισπωμενοι ἐμποδιζωνται βλεπειν τῳ της ψυχης ὀφθαλμῳ. οὑς δε τεως εἰχον βλεποντας της ψυχης ὀφθαλμυς, και εὐφραινομενυς ἐπι τῳ θεῳ και τῳ παραδεισῳ αὐτυ, τουτους οἰμαι δια την ἁμαρτιαν ἐμυσαν. ὁθεν και ὁ σωτηρ ἡμων, το διττον τυτο των ὀφθαλμων ἐπιςαμενος εἰδος ἐν ἡμιν, φησι το, εἰς κριμα ἐγω εἰς τον κοσμον τυτον ἠλθον, ἱνα οἱ μη βλεποντες βλεπωσι, και οἱ βλεποντες τυφλοι γενωνται· μη βλεποντας μεν αἰνιττομενος τυς της ψυχης ὀφθαλμυς, οὑς ὁ λογος ποιει βλεπειν· βλεποντας δε, τυς των αἰσθησεων, τυτυς δε ἐτυφλυ ὁ λογος, ἱνα ἀπερισπαςως ἡ

auditoribus ſuam teſtari deberet benevolentiam, *meticuloſum genus* vocat homines, qui, ne vel una vocula Chriſtianiſmum ejurent, ad mortem uſque firmiter pugnant, parati quodvis ſupplicii mortiſque genus ſuſtinere. Nos quoque appellat *corpori addictum genus*, licet dicamus: *Etſi Chriſtum aliquando ſecundum carnem novimus, ſed nunc non amplius novimus*, & facilius pietatis cauſa corpus exuamus, quam philoſophus deponeret veſtem. Sic igitur nos alloquitur: *Tum tantum deos videbitis, cum, ſenſu compreſſo, mente ſurſum adſpicietis, averſo carnis oculo oculum animæ excitabitis:* & quia duplex illud oculorum genus e Græcis hauſit, putat id prius noſtris auctoribus in mentem non veniſſe. Reſpondendum illi eſt, a Moyſe, ubi deſcribit mundi creationem, induci hominem ante ſuum peccatum, modo videntem, modo non videntem; videntem quidem, ubi de muliere dicitur: *Vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis aſpectuque delectabile*, non videntem vero, non ſolum ubi ſerpens mulieri dicit, quaſi capti oculis fuiſſent: *Scit enim Deus quod qua die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri;* ſed & cum dicitur: *Comederunt & aperti ſunt oculi amborum.* Aperti ſunt igitur corporis oculi, quos pulchre clauſos tenuerant, ne ipſos diſtractos impedirent, quominus oculo animæ viderent; quos autem animæ oculos hactenus habuerant videntes & Dei ejuſque paradiſi contemplatione delectatos, hos meo quidem judicio propter peccatum clauſerunt. Unde Salvator etiam noſter duplicem hanc oculorum ſpeciem in nobis eſſe ſciens, *In judicium*, inquit, *ego in hunc mundum veni, ut, qui non vident, videant; & qui vident, cæci fiant.* Ubi per eos qui non vident, oculos animæ indicat quos ipſius doctrina facit perſpicaces; & per eos qui vident, ſignificat corporis oculos, quos eadem illa occæcat, ut anima ſine ulla diſtractione contempletur

[illegible] ἀν ᾖ [illegible]. παντος οὖν του κατα τροπον χριστια[illegible] της ψυχης ἐγηγερται ὀφθαλμος, και ὁ της αἰσ[illegible]· και ἀναλογον τῃ ἐγερσει του κρειττονος [illegible] και τῃ μυσει των ὀψεων της αἰσθησεως, νοει[illegible] θεωρειται ἑκαστῳ ὁ ἐπι πασι θεος, και ὁ υἱος αὐ[illegible] λογος και σοφια τυγχανων, και τα λοιπα.

[illegible] δε τοις ἐξετασθεισιν ὁ Κελσος ὡς προς παντας [illegible]ιανους ἀποτεινει λογον, ὁν τινα προς τους παντῃ ἀλλοτριους της Ιησου διδασκαλιας ὁμολογουντας εἰναι εἰ ἀρα λεγειν ἡρμοζεν. Οφιανοι γαρ ὡς και ἐν τοις ἀνωτερω ἐλεγομεν τον Ιησουν ἐξ ὁλων ἀρνουμενοι, ἡ εἰτινες ἀλλοι τα παραπλησια ἐκεινοις φρονουντες εἰσιν οἱ τα εἰδωλα προμνωμενοι, πλανοι και γοητες· και ἐκεινοι εἰσιν οἱ τα ὀνοματα των θυρωρων ἀθλιως ἐκμανθανοντες. ματην οὖν προς χριστιανους φησι το, κἀν ἡγεμονα της ὁδου ταυτης ζητῃτε, φευκτεοι μεν ὑμιν οἱ πλανοι και γοητες, και τα εἰδωλα προμνωμενοι. και μηδ' ἐπισαμενος ὁτι οἱ τοιουτοι οὐκ ἐλαττον Κελσου, ὡς γοητες, συν ἐκεινῳ κακως λεγουσι τον Ιησουν και πασαν την κατ' αὐτον θεοσεβειαν, φησι, φυρων ἡμας ἐν ἐκεινοις τῳ ἑαυτου λογῳ, ἱνα μη παντα πασιν ἡτε καταγελαστοι τους μεν ἀλλους, τους δεικνυμενους θεους, ὡς εἰδωλα βλασφημουντες· τον δε και αὐτων ὡς ἀληθως εἰδωλων ἀθλιωτερον, και μηδε εἰδωλον ἐτι, ἀλλ' ὀντως νεκρον, σεβοντες, και πατερα ὁμοιον αὐτῳ ζητουντες. ὁτι γαρ μη ἐπισαμενος τι μεν χριστιανοι λεγουσι, τι δε οἱ τοιουτους μυθους ἀναπλασαντες, ἀλλ' οἰομενος ἡμιν προσειναι τα ἐκεινοις προσαγομενα ἐγκληματα, ταυτα λεγει προς ἡμας οὐ προσοντα ἡμιν, δηλον ἐκ του· δια την μεν δη τοιανδε ἀπατην, και τους θαυμαστους ἐκεινους συμβουλους, και [illegible]τα δαιμονια ῥηματα, τα προς τον λεοντα, και τον ἀμφιβιον, και τον ὀνοειδη, και τους ἀλλους, και τους θεσπεσιους θυρωρους, ὡν τα ὀνοματα ἀθλιως ἐκμανθανοντες οἱ δυστηνοι κακως δαιμονατε, και ἀνασκολοπιζεσθε. και οὐκ οἰδε γε ὁτι οὐδεις των τον λεοντοειδη, και τον ὀνοειδη, και τον ἀμφιβιον νομιζοντων εἰναι θυρωρους της ἀνοδου, ἑως θανατου ἱσαται κἀν ὑπερ της φαινομενης

αὐτῳ

quæ oportet. Quiſquis igitur vere Chriſtianus eſt, huic erectus eſt oculus animæ, corporis vero clauſus: & quantum oculus melior erigitur oculique corporis occluduntur, tantum quiſque intelligit & intuetur ſummum Deum, & filium ejus, qui eſt verbum, ſapientia, & reliqua.

40. Poſt ea quæ modo diſcuſſimus, Celſus quaſi ad omnes Chriſtianos ſermonem dirigit; quem tamen, ſi habere volebat, conveniebat dirigi ad eos qui ſe a Jeſu doctrina prorſus alienos eſſe profitentur. Nam *impoſtores & præſtigiatores illi qui ſimulacra commendant*, Ophiani ſunt a quibus Chriſtum omnino rejici ſupra diximus, & ſiqui alii ſimilia illis docent. Illi ſunt, qui miſere nomina Janitorum diſcunt. Fruſtra igitur contra Chriſtianos ait: *Si quem hujus viæ ducem quæritis, fugiendi vobis ſunt impoſtores & præſtigiatores qui ſimulacra commendant.* Ac neſcius Jeſum & omnem ab illo inſtitutam religionem non minus ab illis, ut qui vere ſunt impoſtores, quam ab ipſo conviciis lacerari, & nos cum illis confundens: *Alioquin*, inquit, *perridiculi fueritis, qui alios deos eoſque conſpicuos ut idola execramini; iſtum vero, ſimulacrum ipſis ſimulacris miſerius, imo jam non ſimulacrum, ſed revera mortuum colitis ipſique ſimilem quæritis patrem.* Nam ignotum illi fuiſſe quid Chriſtiani, & quid hujuſmodi fabularum inventores dicant, eumque hæc dixiſſe nobis non convenientia, quia putavit nos illoſque iiſdem criminationibus obnoxios eſſe, patet ex his verbis: *Fraus illa, admirabiles illi conſiliarii, verba illa mirifica quibus Leonem, Amphibium, Aſiniformem alioſque interpellatis, divini illi Janitores quorum nomina miſere ediſcitis, cauſa ſunt cur infeliciter torti vitam in patibulo relinquatis.* At neſcit neminem eorum, qui monſtra illa leoninæ & aſininæ formæ & Amphibium exiſtimant viæ ad cœlum pertingentis eſſe janitores, conſtanter uſque ad mortem defendere quam inveniſſe

αὐτῳ ἀληθειας. ἀλλα το ὑφ᾽ ἡμων δι᾽ εὐσεβειας, ἱν᾽ ὑτως εἰπω, ὑπερβολην γινομενον, παρεχοντων ἑαυτυς παντι τροπῳ θανατυ, και το ἀνασκολοπιζεσθαι, ἐκεινοις προσαγει τοις μηδεν τυτων πασχυσιν· ἡμιν δε, τοις ἀνασκολοπιζομενοις δι᾽ εὐσεβειαν, ὀνειδιζει την ἐκεινων περι τον λεοντοειδη και τον ἀμφιβιον, και τα λοιπα μυθοποιΐαν. ὑ δια Κελσον τοινυν φευγομεν τον περι λεοντοειδυς και των λοιπων λογον· ὑδε γαρ την ἀρχην τοιυτον τι παρειληφαμεν· ἀλλ᾽ ἀκολυθουντες τῃ διδασκαλιᾳ Ιησυ τα ἐναντια ἐκεινοις λεγομεν, ὑ συγκατατιθεμενοι τῳ τοιονδε εἰναι τῳ προσωπῳ τον Μιχαηλ, και τοιονδε ἑτερον τινα των προκατειλεγμενων.

Τινι δε και ἐπεσθαι ἡμας ὁ Κελσος βυλεται, ὡς ὑκ ἀπορησοντας παλαιων ἡγεμονων και ἱερων ἀνδρων, καταvοητεον. ἀναπεμπει ἡμας ἐπι ἐνθεους ὡς λεγει ποιητας, και σοφους, και φιλοσοφυς, μη τιθεις αὐτων ὀνοματα· και τυς ὀδηγυς δειξειν ἐπαγγελλομενος, ἀοριςως ἀποφαινεται τυς ἐνθευς ποιητας, και σοφυς, και φιλοσοφυς. εἰ δ᾽ ἐτιθει τα ὀνοματα ἑκαςυ τυτων· και ἀγωνιζεσθαι εὐλογον ἡμιν ἐφαινετο, ὁτι τυφλωττοντας περι την ἀληθειαν ὁδηγυς ἡμιν διδωσιν, ἱνα σφαλωμεν· ἡ, εἰ και μη πανυ τυφλωττοντας, περι πολλα γε της ἀληθειας δογματα ἐσφαλμενυς. εἰτ᾽ ὑν Ορφεα βυλεται ἐνθεον εἰναι ποιητην, εἰτε Παρμενιδην, εἰτ᾽ Εμπεδοκλεα, εἰτε και αὐτον Ομηρον, ἡ και Ησιοδον· δεικνυτω ὁ βυλομενος, πως βελτιον ὁδευσυσιν οἱ τοιυτοις ὁδηγοις χρωμενοι, και ὠφελυνται περι των κατα τον βιον, παρα τυς καταλιποντας δια την Ιησυ τυ χριςυ διδασκαλιαν παντα ἀγαλματα και ἱδρυματα, ἀλλα και πασαν Ιυδαϊκην δεισιδαιμονιαν, και προς μονον ἀναβλεποντας δια τυ λογυ τυ θευ τον πατερα τυ λογυ θεον. τινες δε και οἱ σοφοι, ἡ οἱ φιλοσοφοι, παρ᾽ ὡν βυλεται πολλα και θεια ἀκυσαι ἡμας ὁ Κελσος, καταλιποντας θεραποντα θευ Μωϋσεα, και προφητας τυ των ὁλων δημιυργυ, ἀληθως ἐνθεως μυρια ὁσα εἰρηκοτας· και αὐτον ἐπιλαμψαντα τῳ γενει των ἀν-

θρωπων,

putat veritatem. Sed quod a nobis nimio, ut ita loquar, pietatis ſtudio fit, cum ſcilicet nos omni mortis generi crucisque ſupplicio exponimus, id illis tribuit qui nihil ſimile perferunt: nobis autem, qui pietatis cauſa cruci affigimur, illorum de portento leoninæ formæ, de Amphibio cæteriſque rebus fabulam objicit. Quod igitur a doctrina de angelo leonina ſpecie & a cæteris illorum ineptiis abhorremus, hujus rei Celſus nobis non eſt auctor; neque enim ab initio hujuſmodi quidpiam accepimus; ſed ſi non aſſentimur Michaelem aut alium ex recenſitis eſſe hac aut illa forma, in cauſa eſt Jeſu doctrina quam ſequimur ex qua contraria illis dicere diſcimus.

41. Conſideremus nunc ecquos velit Celſus nobis præire duces, ut ne nobis veteres & ſacri deficiant. Nos ablegat ad poëtas, ut ait, divinitus afflatos, ad ſapientes, ad philoſophos, quorum nomina non denotat. Pollicitus ſe duces monſtraturum eſſe generatim indicat poëtas numine afflatos, ſapientes, philoſophos. Si unius cujuſque nomen attuliſſet, noſtri officii eſſe duxiſſemus demonſtrare, ab ipſo nobis cæcos erga veritatem duces dari, ut in errorem inducamur; aut ſi non omnino cæci ſunt, eos tamen a veritate in multis dogmatis aberraſſe. Sive igitur Orpheus, ſive Parmenides, ſive Empedocles, ſive Homerus ipſe, aut etiam Heſiodus ille ſit quem poëtam divinitus inſpiratum eſſe vult, oſtendat qui voluerit, quomodo qui ducibus illis utuntur, ii meliorem viam ſequantur & rectius mores componant, quam qui, ſimulacris omnibus ſtatuiſque Jeſu doctrinæ poſthabitis, relicta etiam Judaica ſuperſtitione, per Verbum Dei ad ſolum Deum Verbi Patrem oculos tollunt. Ecqui ſunt autem illi ſive ſapientes, ſive philoſophi, a quibus multa eaque divina vult nos audire Celſus, eoſque anteponere Moyſi Dei cultori, conditoris omnium Prophetis, qui

vere

θρωπων, και καταγγειλαντα ὁδον θεοσεβειας, και μηδενα το ὁσον ἐφ᾽ ἑαυτῳ ἀγευστον καταλιποντα των ἰδιων μυστηριων, ἀλλα δι᾽ ὑπερβαλλουσαν φιλανθρωπιαν ἐχοντα μεν διδοναι τοις συνετωτεροις θεολογιαν, ἐπαραι την ψυχην ἀπο των τηδε πραγματων δυναμενην· οὐδεν δ᾽ ἡττον συγκαταβαινοντα και ταις ὑποδεεστεραις ἑξεσιν ἰδιωτων ἀνδρων και ἁπλουστερων γυναικων, οἰκετων τε, και ἁπαξαπλως των ὑπο μηδενος ἠ Ιησου μονου βεβοηθημενων προς το ὡς ἐνεχωρει βελτιον αὐτους βιουν, μετα δογματων ὡν ἐδυναντο περι θεου χωρειν;

Εἶτα μετα ταυτα, ὡς ἐπι ἐνεργεστερον διδασκαλον των θεολογιας πραγματων, ἀναπεμπει ἡμας ἐπι τον Πλατωνα, παρατιθεμενος αὐτου τας ἀπο του Τιμαιου λεξεις οὑτως ἐχουσας, τον μεν οὐν ποιητην και πατερα τουδε του παντος εὑρειν τε ἐργον, και εὑροντα λεγειν εἰς παντας ἀδυνατον. εἰτ᾽ ἐπιφερει τουτοις, λεγων, ὁρατε ὁπως ζητειται θεοπροποις ἀληθειας ὁδος, και ὡς ἡδει Πλατων, ὁτι ταυτῃ βηναι πασιν ἀδυνατον. ἐπειδη δε τουτου χαριν ἐξηυρηται σοφοις ἀνδρασιν, ὡς ἀν του ἀκατονομαστου και πρωτου λαβοιμεν τινα ἐπινοιαν, διαδηλουσαν αὐτον ἠ τῃ συνθεσει τῃ ἐπι τα ἀλλα, ἠ ἀναλυσει ἀπ᾽ αὐτων, ἠ ἀναλογιᾳ, το ἀλλως ἀῤῥητον θελων διδαξαι, θαυμασαιμι δ᾽ ἀν εἰ ἀκολουθησαι δυνησεσθε, παντελως τῃ σαρκι ἐνδεδεμενοι, και μηδεν καθαρον βλεποντες. μεγαλοφυως μεν και οὐκ εὐκαταφρονητως την ἐκκειμενην λεξιν ὁ Πλατων προφερεται. ὁρα δε εἰ μη φιλανθρωποτερον ὁ θειος λογος εἰσαγει τον ἐν ἀρχῃ προς τον θεον, θεον λογον γενομενον σαρκα· ἱνα εἰς παντας δυνατος ἠ φθανειν ὁ λογος, ὁν και τον εὑροντα εἰς παντας ἀδυνατον λεγειν φησιν ὁ Πλατων. Πλατων μεν οὐν λεγετω τον ποιητην και πατερα τουδε του παντος ἐργον εἰναι εὑρειν, οὐκ ἀδυνατον ἐμφαινων εἰναι τῃ ἀνθρωπινῃ φυσει το εὑρειν κατ᾽ ἀξιαν τον θεον· ἠ εἰ μη κατ᾽ ἀξιαν, ἀλλ᾽ ἐπι πλειον γε και παρα τους πολλους· ὁπερ εἰ ἠν ἀληθες, και θεος κατ᾽ ἀληθειαν εὑρητο

Πλα-

vere divinitus afflati innumera dixerunt; illi etiam qui hominum generi illuxit, qui divini cultus adnunciavit viam, qui quantum in ſe eſt neminem relinquit myſteriorum ſuorum expertem, ſed propter immenſam humanitatem prudentioribus quidem theologiam largitur eorum animis a præſentibus negotiis attollendis parem, infirmioribus vero hominum imperitorum, ſimpliciorum fœminarum, & vernarum viribus ſe attemperat, uno verbo omnibus, qui a nemine alio quam a ſolo Jeſu auxilium acceperunt ad melius vivendum quantum facultas ferebat, dogmatibus de Deo inſtructi quæ capere poterant?

42. Poſt hæc nos remittit ad Platonem tanquam ad efficaciorem rerum theologicarum doctorem, ejuſque hæc e Timæo verba recitat: *Hujus univerſitatis architectum ac patrem invenire difficile, & poſtquam inveneris notum omnibus facere poſſibile.* Quibus adjicit: *Videtis quomodo divinis viris quæſita ſit veritatis via, & quam ſciret Plato omnibus hac via incedere impoſſibile. Quoniam vero ea cauſa ſapientibus viris inventa eſt, ut aliquam innominati & primi caperemus notionem, quæ vel compoſitione ex aliis, vel reſolutione ab iiſdem, vel analogia ipſum repræſentet; id quod alioquin eſt inexplicabile, docere volo, mirabor autem ſi ſequi potueritis, utpote carni addicti nihilque purum cernentes.* Fateor ſublimem atque adeo mirandam hanc eſſe Platonis ſententiam. At vide an non divina ſcriptura ſuppeditet majoris humanitatis argumentum in Deo Verbo quod cum eſſet *apud Deum in principio, factum eſt caro;* ut ad omnes pervenire poſſet illa doctrina, quam qui invenerit omnibus notam facere Plato ait impoſſibile. Plato igitur dicat creatorem & patrem hujus univerſi inventu eſſe difficilem, innuens fieri poſſe, ut humana natura Deum pro ejus dignitate inveniat; ſin minus, ſaltem ut multum accedat & vulgo perfectius cognoſcat: (quod tamen ſi ita eſſet, ſique Deus a

Plato-

Πλατωνι, ἠ τινι των Ελληνων· ὀυκ ἀλλο τι ἐσεβον και θεον ἐκαλουν, και προσεκυνουν, ἠτοι τουτον καταλιποντες· ἠ συμπαραλαμβανοντες τα μη συμπαραληπτα τῳ τηλικουτῳ θεῳ· ἡμεις δε ἀποφαινομεθα, ὁτι ὀυκ αὐταρκης ἡ ἀνθρωπινη φυσις ὁπωσποτανουν ζητησαι τον θεον, και εὑρειν αὐτον καθαρως, μη βοηθηθεισα ὑπο του ζητουμενου· εὑρισκομενου τοις ὁμολογουσι, μετα το παρ' αυτους ποιειν, ὁτι δεονται αὐτου, ἐμφανιζοντος ἑαυτον οἱς ἀν κρινῃ ευλογον εἰναι ὀφθηναι, ὡς πεφυκε θεος μεν ἀνθρωπῳ γινωσκεσθαι, ἀνθρωπου δε ψυχη ἐτι ὀυσα ἐν σωματι γιγνωσκειν τον θεον.

Αλλα και λεγων ὁ Πλατων, ὁτι τον εὑροντα ἀδυνατον ἐςιν εἰς παντας λεγειν τον ποιητην και πατερα του παντος, ἀῤῥητον μεν και ἀκατονομαςον ὀυ φησιν αὐτον εἰναι, ῥητον δ' ὀντα εἰς ὀλιγους υνδαθαι λεγεσθαι. εἰθ', ὡσπερ ἐπιλαθομενος ὠν παρεθετο Πλατωνος λεξεων, ὁ Κελσος φησιν ἀκατονομαςον εἰναι θεον τουτοις, ἐπειδη δε τουτου χαριν ἐξηυρηνται σοφοις ἀνδρασιν, ὡς ἀν του ἀκατονομαςου και πρωτου λαβοιμεν τινα ἐπινοιαν. ἡμεις δε ὀυ μονον τον θεον, ἀῤῥητον εἰναι φαμεν, ἀλλα και ἑτερα των μετ' αὐτον· ἁπερ βιασαμενος ὁ Παυλος σημηναι φησι το, ἠκουσα ἀῤῥητα ῥηματα, ἁ ὀυκ ἐξον ἀνθρωπῳ λαλησαι, τῳ ἠκουσεν ἀντι του συνηκε χρησαμενος, ἀναλογον τῳ, ὁ ἐχων ὠτα ἀκουειν ἀκουετω. τον ποιητην δη και πατερα του παντος ἡμεις φαμεν ἐργον ἰδειν. βλεπεται δε ὀυ μονον κατα το, μακαριοι οἱ καθαροι τῃ καρδιᾳ, ὁτι αὐτοὶ τον θεον ὀψονται· ἀλλα και κατα το λεγομενον ὑπο της εἰκονος του ἀορατου θεου ἐν τῳ, ὁ ἑωρακως ἐμε ἑωρακε τον πατερα τον πεμψαντα με. ἐν τουτοις γαρ ὀυδεις ἀν νουν ἐχων φησειεν, ὁτι ἀναφερων ταυτα ὁ Ιησους ἐπι το αἰσθητον αὐτου και βλεπομενον τοις ἀνθρωποις σωμα εἰπε το, ὁ ἑωρακως ἐμε ἑωρακε τον πατερα τον πεμψαντα με· ἐσονται γαρ κατα τουτο ἑωρακοτες τον πατερα θεον και παντες οἱ λεγοντες, ςαυρου, ςαυρου αὐτον, και ὁ ἐξουσιαν κατα του ἀνθρωπινου αὐτου Πιλατος λαβων· ὁπερ

ἐςιν

Platone aut a quolibet e Græcis vere fuiſſet inventus, non aliud quid coluiſſent, non alium vocaſſent & adoraſſent Deum, illum relinquendo, vel cum illo conſociando res, quæ tanto Deo conſociari non poterant); nos autem affirmamus Deum a natura humana nullo modo quæri aut pure inveniri poſſe, niſi adjuvetur ab eo quem quærit, quique invenitur iis, qui poſtquam quidquid in ſe eſt fecerunt, ſe illo opus habere confitentur qui ſe notum facit iis, a quibus æquum judicat ſe videri, quantum Deus ab homine cognoſci, quantum humana anima adhuc corpori alligata Deum cognoſcere poteſt.

43. Præterea cum ait Plato, fieri non poſſe ut qui conditorem patremque hujus univerſi invenit, de eo ſermonem accommodate ad omnes faciat; ejus non eſt ſententia, Deum revera eſſe ineffabilem nec ejus nomen dici poſſe, ſed paucos eſſe coram quibus de eo dici poſſit. Deinde Celſus, quaſi oblitus verborum quæ e Platone adduxerat, aſſerit Deum iſtis ineffabilem eſſe. *Quoniam vero*, inquit, *propterea inventa eſt viris ſapientibus, ut aliquam innominati & primi caperemus notionem.* At nos non modo Deum ineffabilem eſſe cenſemus, ſed etiam alia quæ ipſo inferiora ſunt. Hæc Paulus exprimere conatus eſt his verbis: *Audivi arcana verba, quæ non licet homini loqui;* ubi *audire* idem eſt ac *intelligere*, quemadmodum in hoc loco, *Qui habet audiendi, audiat.* Dicimus etiam nos videre conditorem & patrem hujus Univerſi eſſe difficile. Videtur tamen, quod probat non ſolum iſtud, *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt*; ſed etiam hoc ab *imagine inviſibilis Dei* dictum, *Qui vidit me, vidit & Patrem qui me miſit.* Ibi enim nemo ſana mente dixerit Jeſum ad ſenſibile ſuum & hominibus conſpicuum corpus retuliſſe hæc: *Qui vidit me, vidit & Patrem qui me miſit.* Alioquin & qui clamabant, *crucifige, crucifige eum*, & Pilatus qui po-

teſta-

ἐςιν ἀτοπον. ὁτι δε το, ὁ ἑωρακως ἐμε ἑωρακε τον πατερα τον πεμψαντα με, ȣκ ἐπι την κοινοτεραν ἐκδοχην ἀναφερεται· δηλον ἐκ τȣ εἰρησθαι τῳ Φιλιππῳ, τοσȣτον χρονον μεθ' ὑμων εἰμι, και ȣκ ἐγνωκας με, Φιλιππε; τȣτο δ' εἰρηκεν αὐτῳ ἀξιωσαντι και λεγοντι, δειξον ἡμιν τον πατερα, και ἀρκει ἡμιν. νοησας τις ȣν πως δει ἀκȣειν περι μονογενȣς θεȣ υἱȣ τȣ θεȣ, τȣ πρωτοτοκȣ πασης κτισεως, καθοτι ὁ λογος γεγονε σαρξ. ὀψεται πως ἰδων τις την εἰκονα τȣ ἀορατȣ θεȣ γνωσεται τον πατερα και ποιητην τȣδε τȣ παντος.

Κελσος μεν ȣν ἠτοι τῃ συνθεσει τῃ ἐπι τα ἀλλα, ἀναλογον τῃ παρα τοις γεωμετραις καλȣμενῃ συνθεσει, ἡ τῃ ἀπο των ἀλλων ἀναλυσει, ἡ και ἀναλογιᾳ ἀναλογον τῃ παρα τοις αὐτοις ἀναλογιᾳ, οἰεται γιγνωσκεσθαι τον θεον, ἐπι τα προθυρα εἰ ἀρα τȣ ἀγαθȣ δυναμενȣ τινος ȣτως ἐλθειν· ὁ δε τȣ θεȣ λογος εἰπων, ȣδεις ἐγνω τον πατερα εἰ μη ὁ υἱος, και ᾧ ἀν ὁ υἱος ἀποκαλυψῃ, θειᾳ τινι χαριτι, ȣκ ἀθεει ἐγγινομενῃ τῃ ψυχῃ, ἀλλα μετα τινος ἐνθȣσιασμȣ, ἀποφαινεται γιγνωσκεσθαι τον θεον. και γαρ εἰκος, μειζονα μεν ἡ κατα τον ἀνθρωπινην φυσιν εἰναι την γνωσιν τȣ θεȣ· (διο και τα τοσαυτα παρ' ἀνθρωποις ἐςι περι θεȣ σφαλματα·) χρηςοτητι δε και φιλανθρωπιᾳ τȣ θεȣ, και παραδοξῳ και θειοτερᾳ χαριτι, φθανειν την τȣ θεȣ γνωσιν ἐπι τȣς προγνωσει θεȣ προκαταληφθεντας, ὁτι ἀξιως βιωσȣσι τȣ ἐγνωσμενȣ, ȣδαμως παραχαραττοντες την εἰς αὐτον εὐσεβειαν, ȣτε ἀν ὑπο των ἀγνοȣντων ὁ, τι ποτε ἐςιν εὐσεβεια, και παν ὁ, τι ποτ' ȣν μαλλον ἀναπλαττοντων εἰναι την εὐσεβειαν ἡ ὁπερ ἐςιν ἡ εὐσεβεια, την ἐπι θανατῳ ἀπαγωνται, ȣτε ἀν καταγελαςοτατοι εἰναι νομιζωνται. ὁρων δ', οἰμαι, ὁ θεος και την ἀλαζονειαν, ἡ την προς τȣς ἀλλȣς ὑπεροψιαν, των μεγαλα μεν φρονȣντων ἐπι τῳ ἐγνωκεναι τον θεον, και ἀπο φιλοσοφιας τα θεια μεμαθηκεναι, παραπλησιως

δε

teſtatem in humanam ejus naturam acceperat, Deum Patrem vidiſſent: quod abſurdum eſt. Deinde iſtud, *Qui vidit me, vidit & Patrem qui me miſit*, non eſſe vulgatiori ſenſu intelligendum, palam ex eo eſt, quod Philippo dictum fuit, *Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognoviſti me, Philippe?* quod illi dictum eſt, poſtquam poſtulaverat & dixerat: *Oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis.* Quiſquis igitur noverit quomodo iſta verba, *Verbum caro factum eſt*, intelligenda ſint de unigenito Dei filio Deo, primogenito omnis creaturæ; ille etiam ſciet, quomodo, qui viderit inviſibilis Dei imaginem, is hujus Univerſi conditorem & patrem cognoſcet.

44. Celſus quidem putat Deum cognoſci aut componenda ejus notione ex aliarum rerum notionibus, ut geometræ faciunt per ſuam quam vocant *Compoſitionem;* aut illa ab aliis ſeparanda, aut analogia quæ illis iiſdem in uſu eſt; & ſic ſaltem aditum ad ſummum bonum patefieri poſſe. Sed Verbum Dei, cum ait, *Nemo novit patrem niſi filius, & cui filius revelaverit*, Deum divina quadam gratia animæ non ſine ſingulari Dei beneficio, ſed divino quodam afflatu ingenerata cognoſci declarat. Eſt enim probabile Dei cognitionem vires humanæ naturæ ſuperare, (quod quidem apud homines tot erroribus de Deo locum dedit,) ſed Dei bonitate & ejus in homines amore, mirifica & divinore gratia concedi iis, quos Deus præſcientia prævidit vitam victuros cognito ipſo dignam, & pietatem in ipſum nunquam adulteraturos, etiamſi mors intentaretur ab iis, qui quid ſit pietas ignari quidvis aliud pietatem eſſe fingunt ac pietas eſt; etiamſi perridiculi eſſe viderentur. Deus, opinor, cum videret quam arroganter alios contemnerent illi, qui quamvis Deum cognoviſſe & ex philoſophia res divinas didiciſſe ſe jactitarent, ad ſimulacra tamen & ad eorum templa atque ad tantopere de-

cantata myſteria perinde ac imperitiſſimi concurrebant; *ſtulta mundi*, ſimpliciſſimos Chriſtianorum elegit, qui modeſtius multis philoſophis puriuſque viverent, ut pudefaceret ſapientes illos, qui res inanimes, quaſi dii eſſent aut deorum imagines, alloqui non erubeſcebant. Ecquis enim prudens riſu non proſequatur hominem, qui, poſt auditas ex philoſophia tot tamque ſublimes de Deo diisve diſputationes, ſimulacra reſpicit & vel eis preces offert, vel iis contemplandis ad eum preces dirigit, quem mente concipit & ad quem ab eo quod videtur, & merum ſignum eſt, aſcendere oportere exiſtimat? At Chriſtianus etiam idiota pro certo habet quemvis mundi locum eſſe hujus Univerſi partem, cum Dei templum ſit omnis mundus. In quovis loco preces offerens, clauſis ſenſuum, erectis animæ oculis, totum hunc mundum tranſcendit, nec in cœli convexis gradum ſiſtit, ſed ad locum qui ultra cœlos eſt cogitatione perveniens & quaſi extra mundum, duce Dei Spiritu, egreſſus, Deo fert preces, idque non de rebus vulgaribus. Nam a Jeſu doctus eſt nihil humile, hoc eſt, nihil ſenſibile quærere, ſed ſola magna, vere divina, & quæ a Deo conceſſa ad eam, quæ apud ipſum eſt, beatitudinem perducunt per filium ejus Verbum qui Deus eſt.

45. Videamus etiam an quæ ait ſe nos docturum aſſequi poſſimus, ubi dicit nos undecumque eſſe *carni devinctos*, qui tamen ſi recte vivamus & Jeſu doctrinæ morem geramus, audimus iſtud: *Vos non eſtis in carne, ſed in ſpiritu, ſi ſpiritus Dei habitat in vobis.* Addit ibidem *nihil a vobis purum videri*, qui tamen enixius adnitimur, ne vel cogitatione tenus vitiorum inquinemur ſuggeſtione, quique ut Deum poſſimus videre *mundo corde*, cui ſoli contemplatio Dei conceditur, inter precandum dicimus: *Cor mundum crea in me, Deus, & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.*

[illegible] νοητον, ὁρατον· μετα ὑσιας μεν ἀληθεια, [illegible] πλανη. περι ἀληθειαν μεν ὑν ἐπιςημη, [illegible] δοξα· και νοητυ μεν ἐςι νοησις, ὁρατυ [illegible] γινωσκει δε νοητον μεν νυς, ὁρατον δε ὀφθαλμος. [illegible] τοις ὁρατοις ἡλιος, ὑτ᾽ ὀφθαλμος ὠν, ὑτ᾽ ὀψις, [illegible] ὀφθαλμῳ τε τυ ὁρᾳν αἰτιος, και ὀψει τυ δἰ αὐτον [illegible]σθαι, και ὁρατοις τυ ὁρασθαι, πασιν αἰσθητοις τυ γινεσθαι, και μηαὐτος αὑτῳ τυ βλεπεσθαι· τυτο ἐν τοις νοητοις ἐκεινος, ὁσπερ ὑτε νους, ὑτε νοησις, ὑτ᾽ ἐπιςημη. ἀλλα νῳ τε τυ νοειν αἰτιος, και νοησει τυ δἰ αὐτον εἰναι, και ἐπιςημῃ τυ δἰ αὐτον γιγνωσκειν, και νοητοις ἁπασι, και αὐτῃ ἀληθειᾳ και αὐτῃ ὑσιᾳ, τυ εἰναι· παντων ἐπεκεινα ὠν, ἀῤῥητῳ τινι δυναμει, νοητος. ταυτ᾽ εἰρηται μεν ἀνθρωποις νουν ἐχυσιν· εἰ δε τι αὐτων και ὑμεις συνιετε, εὐ ὑμιν ἐχει. και πνευμα, εἰ τι οἰεσθε κατιον ἐκ θευ προαγγελλειν τα θεια, τυτ᾽ ἀν εἰη το πνευμα το ταυτα κηρυττον, ὑ δη πλησθεντες ἀνδρες παλαιοι πολλα κἀγαθα ἠγγειλαν· ὡν εἰ μη δυνασθε ἐπαΐειν, σιωπατε, και την ἑαυτων ἀμαθιαν ἐγκαλυπτετε, και μη λεγετε τυφλωττειν τυς βλεποντας, και χωλυς εἰναι τυς τρεχοντας, αὐτοι παντῃ τας ψυχας ἀποκεχωλευμενοι και ηκρωτηριασμενοι, και τῳ σωματι ζωντες, τυτεςι τῳ νεκρῳ.

Προς ταυτα δ᾽ ἡμεις φησομεν οἱ μελετησαντες μηδενι ἀπεχθανεσθαι των καλως λεγομενων, κἀν οἱ ἐξω της πιςεως λεγωσι καλως, μη προσφιλονεικειν αὐτοις, μηδε ζητειν ἀνατρεπειν τα ὑγιως ἐχοντα, ὁτι οἱ μεν διαλοιδορυμενοι τοις κατα δυναμιν εἰς τον των ὁλων θεον εὐσεβειν θελυσιν, ἀποδεχομενον ἰδιωτων την εἰς αὐτον πιςιν, και συνετωτερων την μετα λογυ εἰς αὐτον εὐσεβειαν, μετ᾽ εὐχαριςιας ἀναπεμποντων εὐχας τῳ δημιυργῳ τυ παντος, και ἀναπεμποντων αὐτας, ὡς δἰ ἀρχιερεως τυ την εἰλικρινη θεοσεβειαν ἀνθρωποις παραςησαντος· και καλυντες αὐτυς κεχωλευμενυς τας ψυχας και ἠκρωτηριασμενυς, λεγοντες δε και σωματι ζωντας τῳ νεκρῳ τυς μελετωντας

ἀπο

Quæ autem dicit, hujusmodi ſunt: *Subſtantia & generatio, illa intelligibilis, hæc viſibilis. Subſtantiam veritas, generationem comitatur error. Veritatem pro re objecta ſcientia habet; ex veritate & errore naſcitur opinio. Quod intelligibile eſt ad intelligentiam, quod viſibile ad viſum pertinet. Intelligibile mens, viſibile oculus cognoſcit. Quemadmodum igitur in rebus viſibilibus ſol, neque oculus eſt, neque viſus; ſed oculo cauſa eſt cur videat, viſui cur fiat, rebus viſibilibus cur cernantur, omnibus ſenſibilibus cur ſint, ſibi ipſi cur videatur; ſic in rebus intelligibilibus ille qui nec mens eſt, nec intelligentia, facit ut mens intelligat, ut intelligentia per ipſum fiat, ut ſcientia per ipſum cognoſcat, ut intelligibilia omnia, veritas ipſa, ipſa ſubſtantia ſit; quibus omnibus ſuperior, eſt arcana quadam virtute intelligibilis. Atque hæc dicta ſint intelligentibus; quorum ſi quid & vos capitis, bene eſt: & ſi judicatis ſpiritum aliquem a Deo deſcendiſſe ad res divinas adnunciandum, hic ſpiritus ſane eſt ille qui hæc prædicat, & quo viri veteres repleti multa & præclara docuerunt. Harum rerum ſi nihil aſſequi poteſtis, tacete, veſtram occultate ignorantiam, nec dicite cæcos eſſe qui vident, & qui currunt eſſe claudos: cum vos ipſi animis prorſus claudicetis, & mutilati ſitis, & ſolo corpore hoc eſt parte veſtri mortua vivatis.*

46. Ad hæc nos, qui ſtudemus pulchre dictis, etiamſi auctores a noſtra fide alieni ſint, non adverſari, non lites ſerere, non evertere quæ ſana ſunt, reſpondebimus eos qui convitiis proſcindunt illos qui conantur pro viribus ſummum colere Deum, cui probatur & idiotarum in ipſum fides, & ratione comitata pietas prudentiorum cum gratiarum actione hujus Univerſi conditori preces offerentium, idque per ſummum ſacerdotem ſinceræ pietatis inter homines doctorem; qui dicunt hujusmodi homines *animis claudicare & mutilos eſſe;* qui aſſerunt *eos mortuo corpore vivere* quibus cordi eſt ex animo dicere, In carne enim viven-

... το, ἐν σαρκὶ γὰρ ζῶντες ὐ κατὰ
... τὰ γὰρ ὅπλα τῆς ςρατείας ἡμῶν
... ʃυνατὰ τῷ θεῷ· ὁρατῶσαν, μὴ κατ'
... ἀνθρώπυς εὐχομένυς εἶναι θεῦ,
... χωλὰς κατασκευάζωσι, καὶ τὸν ἔσω
... ἀκρωτηριάζωσιν, ἀποκόπτοντες αὐτῦς,
... ʃυσφημιῶν, τῦς καλῶς βιοῦν ἐθέλοντας,
... τὸ εὐςαθὲς, ἐνεσπαρμένα φυσικῶς ὑπὸ τῦ
... τῇ λογικῇ φύσει. οἱ ʃὲ πρὸς ἑτέρους μαθόντες
... λόγυ, καὶ ποιοῦντες, καὶ τὸ λοιʃορύμενοι
... ʃιωκόμενοι ἀνέχεσθαι, ʃυσφημύμενοι παρα-
... ʃνοι ἂν εἶεν οἱ τὰς τῆς ψυχῆς βάσεις ὀρθώσαντες,
... τὴν ψυχὴν καθαίροντες καὶ εὐτρεπίζοντες· ὐχ
... μόναις ὐσίαν ἀπὸ γενέσεως χωρίζωσι, καὶ νοη-
... ὁρατῦ, καὶ τὴν μὲν ἀλήθειαν τῇ ὐσίᾳ συνάπτω-
... ʃὲ μετὰ γενέσεως πλάνην παντὶ τρόπῳ φεύγωσι·
... ντες, ὡς ἔμαθον, ὐ τὰ γενέσεως, ἅπερ ἐςὶ βλε-
... α, καὶ ʃιὰ τῦτο πρόσκαιρα, ἀλλὰ τὰ κρείττονα·
... ὐσίαν αὐτὰ τις βύλεται καλεῖν· εἴτε ʃιὰ τὸ νοητὰ
... γχάνειν, ἀόρατα· εἴτε ʃιὰ τὸ ἔξω αἰσθήσεως εἶναι αὐ-
... τὴν φύσιν, μὴ βλεπόμενα. οὕτω ʃὲ τοῖς τῆς γενέσεως
ὁρῶσιν οἱ τῦ Ἰησῦ μαθηταὶ, ὥςε οἱονεὶ ἐπιβάθρᾳ χρῆσ-
θαι αὐτοῖς πρὸς τὴν κατανόησιν τῆς τῶν νοητῶν φύσεως·
τὰ γὰρ ἀόρατα τῦ θεῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμυ, τουτέςι τὰ
νοητὰ, τοῖς ποιήμασι νούμενα, ἐν τῷ νοεῖσθαι, καθορᾶ-
ται. καὶ ὐχ ἵςανταί γε, ἀναβάντες ἀπὸ τῶν τῦ κόσμυ
κτισμάτων, ἐν τοῖς ἀοράτοις τῦ θεῦ· ἀλλὰ γὰρ ἱκανῶς
ἐκείνοις ἐγγυμνασάμενοι, καὶ συνιέντες αὐτὰ, ἀναβαίνυ-
σιν ἐπὶ τὴν ἀΐʃιον ʃύναμιν τῦ θεῦ, καὶ ἁπαξαπλῶς τὴν
θειότητα αὐτῦ· ἐπιςάμενοι ὅτι ὁ μὲν φιλάνθρωπος θεὸς
τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸ ἑαυτῦ γνωςὸν ἐφανέρωσεν ὐ μόνον τοῖς
ἀνακειμένοις αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ τισὶ τῶν ἔξω τῆς εἰλικρινῦς
θεοσεβείας καὶ εἰς αὐτὸν εὐσεβείας· τινὲς ʃὲ τῶν θεῦ
προνοίᾳ ἀναβεβηκότων ἐπὶ τὴν τῶν τηλικύτων γνῶσιν ὐκ
ἄξια τῆς γνώσεως ʃρῶντες ἀσεβῦσι, καὶ τὴν ἀλήθειαν
ἐν ἀʃικίᾳ κατέχουσιν· ὐτ' ἀπολογίας ἔτι χώραν ἐπὶ τῇ
γνώσει

viventes non ſecundum carnem militamus: *nam arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt*, *ſed potentia Deo*; reſpondebimus, inquam, eos cavere debere, ne eo ipſo quod maledicunt hominibus Dei eſſe cupientibus, ſuas ipſorum animas claudas reddant & ſuum interiorem hominem mutilent; ſi quidem ſuis in alios recte vivere volentes calumniis, ab illo reſecant æquitatem & moderationem a conditore inſitas naturæ, quæ rationis eſt particeps. Qui autem inter alia didicerunt a divino Verbo, idque exſequuntur, *maledicentibus benedicere*, *perſecutionem pati & ſuſtinere*, *blaſphemari & obſecrare*, illi ſunt qui greſſus animæ dirigunt, & totam animam purificant atque ornant: non ut verbis tantum ſubſtantiam a generatione diſtinguant & intelligibile a viſibili, & veritatem ſubſtantiæ conjungant, & errorem generationi adjunctum modis omnibus fugiant: contemplantur enim, ut didicerunt, non res a generatione ortas, quæ videntur & propterea temporaneæ ſunt, ſed multo præſtantiores; ſive illas vocare velis ſubſtantiam; ſive inviſibilia, quia intelligibilia ſunt; ſive ea quæ non videntur, quia eorum natura extra ſenſum eſt. Sic & ad res a generatione ortas attendunt Jeſu diſcipuli, ſed illis tanquam gradu utuntur, ut ad intelligendam rerum intelligibilium naturam perveniant. Nam *inviſibilia Dei*, hoc eſt intelligibilia, *a creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta* mente *conſpiciuntur*. Non tamen in iis Dei inviſibilibus conſiſtunt, cum a rebus hujus mundi creatis mentem erigunt: ſed poſtquam in iis ſe ſatis exercuerunt & illa intellexerunt, enituntur uſque ad *ſempiternam ejus virtutem*, uno verbo ad ejus divinitatem: ſcientes Deum ſuo in homines amore veritatem & quod *ſui notum eſt manifeſtaſſe* non iis modo qui ipſi ſe conſecrant, ſed etiam quibuſdam a germana pietate & religione alienis, quoſdam autem eorum qui Dei providentia ad tantarum rerum notitiam

γνωσιν των τηλικȣτων ἐχειν δυναμενοι παρα τῳ θεῳ.

Μετα ταυτα τοινυν, προς ἁ κατα δυναμιν, ἀπηντησαμεν, φησι προς ἡμας, ποσῳ δ' ἠν ὑμιν ἀμεινον, ἐπειδη γε καινοτομησαι τι ἐπεθυμησατε, περι ἀλλον τινα των γενναιως ἀποθανοντων, και θειον μυθον δεξασθαι δυναμενων, σπȣδασαι; φερε, εἰ μη ἠρεσκεν Ηρακλης, και Ασκληπιος, και οἱ παλαι δεδοξασμενοι, Ορφεα εἰχετε, ἀνδρα ὁμολογȣμενως ὁσιῳ χρησαμενον πνευματι, και αὐτον βιαιως ἀποθανοντα. ἀλλ' ἰσως ὑπ' ἀλλων προειληπΤο. Αναξαρχον γουν, ὁς εἰς ὁλμον ἐμβληθεις, και παρανομωτατα συντριβομενος. εὐ μαλα κατεφρονει της κολασεως, λεγων, πτισσε, πτισσε τον Αναξαρχȣ θυλακον, αὐτον γαρ ȣ πτισσεις. θειȣ τινος ὡς ἀληθως πνευμαΤος ἡ Φωνη. ἀλλα και τȣτῳ φθασανΤες τινες ηκολȣθησαν φυσικοι. ȣκουν ΕπικΤητον; ὁς, τȣ δεσποτȣ ςρεβλȣντος αὐτȣ το σκελος, ὑπομειδιων ἀνεκπληκτως ἐλεγε, κατασσεις· και καταξανΤος, ȣκ ἐλεγον, εἰπεν, ὁτι κατασσεις; τι τοιȣτον ὁ ὑμετερος θεος κολαζομενος ἐφθεγξατο; ὑμεις δε κἀν Σιβυλλαν, ἡ χρωνΤαι Τινες ὑμων, εἰκοΤως ἀν μαλλον προεςησασθε ὡς τȣ θεȣ παιδα· νυν δε παρεγγραφειν μεν εἰς τα ἐκεινης πολλα και βλασφημα εἰκη δυνασθε·

dent nihil ſacrum ex manibus artificum exire poſſe. Currunt & ii qui pietatem doctrinæ Jeſu conſentaneam colunt, donec ad ſtadii metam progreſſi firmato & ſincero animo dicant: *Bonum certamen certavi, curſum conſummavi: de reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ.* Ac ſic unuſquiſque noſtrum currit, *non ut in incertum;* & ſic cum vitio confligit, *non ut aerem verberans*, ſed eos qui ſubditi ſunt *Principi poteſtatis hujus aeris, ſpiritui qui nunc operatur in filios diffidentiæ.* Jam vero dicat Celſus nos *corpore mortuo vivere*, nos inquam quibus dictum eſt, *Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini; ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis;* quique iſtud audivimus: *Si ſpiritu vivimus, ſpiritu & ambulemus.* Atque utinam factis noſtris convincere poſſimus eum mentiri, cum nos ait corpore mortuo vivere.

53. Poſt illa quæ quoad vires tulerunt refutavimus, his nos compellat verbis: *Quanto vobis ſatius erat, ſi quidem novarum rerum deſiderio tenebamini, aliquem eorum conſectari, qui generoſam oppetiere mortem, & in quos fabula, quæ divinitatem eis tribueret, non male conveniret? Age, ſi minus placebat Hercules, Æſculapius, & alii antiquis temporibus celebrati, Orpheum habebatis, virum divino ſpiritu afflatum, ut fatentur omnes, eumque morte violenta extinctum. Fortaſſe illum ante elegerant alii. Sed Anaxarchus ſe offerebat, qui injectus in mortarium & contritus crudeliſſime, ludos faciebat ſupplicium:* „Tunde, *inquiebat*, Tunde Anaxarchi va„ginam, ipſum enim non tundis.“ *Quæ vox eſt profecto divini cujuſdam ſpiritus. Sed erant & alii Phyſici qui ejus diſciplinam ſectarentur. Numquid non Epictetum habebatis? qui, cum herus ei crus torqueret, ſubridens & hac re nihil commotus,* Perfringes, *inquit; cumque ille perfregiſſet,* Dixin hoc futurum? *Quid ſimile Deus veſter in ſupplicio dixit? Et Sibyllam, cujus auctoritate quidam e veſtris utuntur, ſi Dei filiam eſſe dixiſſetis,*

δυναϲθε· τον δε βιῳ μεν ἐπιῤῥητοτατῳ, θανατῳ δε οἰκτιϲῳ χρηϲαμενον, θεον τιθεϲθε. ποϲῳ ϐδε ἐπιτηδειοτερος ἦν ὑμιν Ιωνας ἐπι τῃ κοιλιᾳ κητϐς, ἢ Δανιηλ ὁ ἐκ των θηριων, ἢ οἱ των δε ἐτι τερατωδεϲεροι;

Επει ϐν ἀναπεμπει ἡμας ἐπι τον Ηρακλεα, ἀπομνημονευμα των λογων αὐτϐ ἡμιν παραϲηϲατω, και περι της παρ᾽ Ομφαλῃ ἀϲεμνϐ δϐλειας αὐτϐ ἀπολογηϲαϲθω· δεικνυτω δε, εἰ θειας τιμης ἀξιος ἦν ὁ τϐ γεωργϐ βιᾳ και ληϲρικως λαβων τον βουν, και καταθοινηϲαμενος, και ἡδεις ἐφ᾽ οἱς ἐκεινος καταρωμενος ἐλεγε προς αὐτον ἐϲθιοντα· ὡς και μεχρι ϐδε ἱϲορειϲθαι τον Ηρακλεος δαιμονα λαμβανειν μετα των ἀρων την θυϲιαν. καλει δ᾽ ἡμας ἐπι την περι Αϲκληπιϐ ταυτολογιαν, προειρηκοτας και περι αὐτϐ· ἀλλ᾽ ἡμεις ἐκεινοις ἀρκϐμεθα. τι δε και θαυμαϲας Ορφεως, ὁμολογϐμενως φηϲιν αὐτον ὁϲιῳ χρηϲαμενον πνευματι, καλως βεβιωκεναι; θαυμαζω δε, εἰ μη και Κελϲος δια μεν την προς ἡμας φιλονεικιαν, και ἱνα Ιηϲϐν ἐξευτελιϲῃ, νυν ὑμνει Ορφεα· ὁτε δ᾽ ἐνετυγχανεν αὐτϐ τοις ὡς περι θεων ἀϲεβεϲι μυθοις, ϐκ ἀπεϲρεφετο τα ποιηματα, ὡς μαλλον των Ομηρϐ ἀξια ἐκβαλλεϲθαι της καλης πολιτειας· και γαρ πολλῳ χειρονα περι των νομιζομενων εἰπε θεων Ορφευς ἢ Ομηρος. γενναιος μεν ϐν ὁ Αναξαρχος, λεγων τῳ της Κυπρϐ τυραννῳ Αριϲοκρεοντι, πτιϲϲε, πτιϲϲε τον Αναξαρχϐ θυλακον· μονογενες δε τϐτο περι Αναξαρχϐ ἰϲαϲι θαυμαζομενον Ελληνες· ἐφ᾽ ᾡ εἰ και, ὡς Κελϲος, ἀξιως ἐχρην τινας ϲεβειν ἀνθρωπον δι᾽ ἀρετην· ϐκ ἦν εὐλογον ἀναγορευεϲθαι τον Αναξαρχον θεον. και ἐπι Επικτητον δε ἡμας ἀναπεμπει, θαυμαϲας το εὐγενως μεν αὐτῳ λελεγμενον, ϐ μην ὡϲε παραβληθηναι αὐτϐ τον ἐπι τῃ καταξει τϐ ϲκελϐς λογον τοις παραδοξοις τϐ Ιηϲϐ ἐργοις και λογοις ἀπιϲουμενοις ὑπο Κελϲϐ· δια το και δυναμει λελεχθαι θειᾳ, μεχρι δευρο ἐπιϲρεφοντας ϐ των ἁπλϐϲερων τινας μονον, ἀλλα και πολλϐς των ϲυνετωτερων.

Επει

probabilius fuiſſet. Nunc autem, cum in ejus ſcriptis multa impia temere inſerueritis, Deum eſſe vultis eum, qui vitam infamem morte miſerabili finivit. Quanto aptior erat Jonas in ceti ventre concluſus, aut Daniel faucibus ferarum ereptus, aut alii iſtis adhuc prodigioſiores?

54. Sed quoniam nos ad Herculem remittit, aliquid igitur ejus dictis commemoret, & turpis ejus apud Omphalen ſervitutis patrocinium ſuſcipiat. Probet eum divino cultu eſſe dignum, qui bovem vi & latronis more ereptum agricolæ devorans, delectabatur injuriis, quibus ille execrans comedentem onerabat: ita ut uſque hodie dicatur genio Herculis victima cum execrationibus offerri. Æſculapium nobis rurſus proponit, quamvis de illo jam ante dixerimus: ſed jam dicta ſufficiant. Quid autem Orpheum admirans, eum ait omnium conſenſu ſancto ſpiritu afflatum eſſe & recte vixiſſe? Multum fallor, ſi Celſus non eo celebrat Orpheum, ut nobiſcum contendat & Jeſum deprimat; cum vero impias illius de diis fabulas legit, non carmina deteſtatus fuerit ut magis quam Homeri verſus, digna, quæ ex rite inſtituta Republica exterminentur. Orpheus enim longe pejora quam Homerus, de diis carmina conſcripſit. Generoſus fateor, ille Anaxarchus fuit, qui Ariſtocreonti Cypri Tyranno, *Tunde*, inquiebat, *tunde Anaxarchi vaginam:* ſed id unum de Anaxarcho Græci norunt, quod admiratione dignum ſit: & quamvis hominis virtutem alii, ut Celſus, magni facere debuerint, Anaxarchum idcirco pro Deo haberi non erat conſentaneum. Ad Epictetum quoque nos mittit, admirans quam generoſo dicto fracturam ſui cruris exceperit: quod tamen dictum ejuſmodi non eſt, ut cum excellentibus dictis factiſque Jeſu a Celſo deſpectis conferri poſſit: nam illos Jeſu ſermones divina poteſtas comitabatur, & adhuc non ſimpliciores modo, ſed etiam intelligentiores non parvo numero convertunt.

Επει δε φησι μετα τον καταλογον των τοσυτων ανδρων το, τι τοιυτον ὁ ὑμετερος θεος κολαζομενος ἐφθεγξατο; ειποιμεν ἀν προς αὐτον ὁτι ἡ παρα ταις μαςιξι και ταις πολλαις αἰκιαις αὐτυ σιωπη παντος τυ ἐν Ελλησιν, ἐν περιςασεσι τυγχανοντος, φθεγξαμενυ μαλλον ενεφηνε καρτεριαν και ὑπομονην· εἰ γε κἀν τυτῳ πιςευειν ὁ Κελσος βυλεται ευγνωμονως ἀναγεγραμμενῳ ὑπο φιλαληθων ἀνδρων, των και τα παραδοξα ἀψευδως εἰρηκοτων, και την παρα ταις μαςιξι σιωπην αὐτυ ἐκεινοις συναριθμησαντων. ἀλλα και ἐμπαιζομενος, και ἐνδυομενος την κοκκινην χλαμυδα, και τον ἀκανθινον ςεφανον τῃ κεφαλῃ περιτιθεμενος, και τον καλαμον λαμβανων ἐπι της χειρος αντι σκηπτρυ, ἀκρα πραοτητι ἐχρησατο, μηδεν μηδ' ἀγεννες, μηδ' ἀγανακτητικον εἰπων προς αὐτυς, τοσαυτα κατ' αὐτυ τολμησαντας. υκ ἠν ὐν, κατα τον ἀπο καρτεριας παρα ταις μαςιξι σιωπησαντα, και ἀπο πραοτητος παντα ὑπομενοντα τα παρα των ἐμπαιζοντων προσαγομενα, εἰρηκεναι ἀπο ἀγεννειας ὡς οἰονται τινες και το, πατερ, εἰ δυνατον, το ποτηριον παρελθετω τυτο ἀπ' ἐμυ· πλην υχ ὡς ἐγω θελω, ἀλλ' ὡς συ. ἐχει μεν ὐν λογον ἡ δοκυσα ὑποπαραιτησις εἰναι τυ καλυμενυ ποτηριυ, ὁν ἐν ἀλλοις ἐπι πλειον ἐξητασαμεν και ἀποδεδωκαμεν. ἱνα δ' ἀπλυςερον ἀκυσωμεν τυ λελεγμενυ, ὁρα εἰ μη μετα της προς θεον ευσεβειας και ἡ ευχη εἰρηται, παντος υτινοσουν το περιςατικον υ προηγυμενον εἰναι νομιζοντος, ἀλλ' ὑπομενοντος το μη προηγυμενως συμβαινον, ὁταν καιρος καλῃ. ἀλλα και υκ ἐνδεδωκοτος ἠν, ευαρεςυμενυ δε τοις συμβαινυσι, και προτιμωντος τα ἀπο προνοιας περιςατικα, ἡ λεγυσα φωνη; πλην υ τι ἐγω θελω, ἀλλα τι συ.

Εἰτ' υκ οἰδ' ὁπως ἐβυλετο ἡμας μαλλον Σιβυλλαν ἀναγορευσαι παιδα θευ, ἡ Ιησυν, ἀποφηναμενος, ὁτι παρενεγραψαμεν εἰς τα ἐκεινης πολλα και βλασφημα· και μη ἀποδειξας μηδ' ὁ, τι παρενεγραψαμεν· ἀπεδειξε δ' ἀν, εἰ τα ἀρχαιοτερα καθαρωτερα ἐδεικνυε, και υκ ἐχοντα ἁπερ οἰεται παρεγγεγραφθαι· μη ἀποδειξας δε μηδ'

ὁτι

55. Addit tot virorum enumerationi: *Quid ſimile Deus veſter in ſupplicio dixit?* Reſpondemus, ejus in verberibus ignominiiſque ſilentium majoris conſtantiæ patientiæque fuiſſe, quam quidquid Græci calamitatibus preſſi dixerunt: ſi tamen id credere vult Celſus, quod a viris optimæ fidei ſcriptum eſt, qui tum Jeſu miracula vere memorarunt, tum illis ejus in ſupplicio ſilentium adnumeravere. Sed & eadem uſus eſt manſuetudine, & cum ludibrio habitus eſt, & cum indutus eſt coccineam chlamydem, & cum ejus caput ſpinea circumdatum eſt corona, & cum arundinem loco ſceptri ſumſit in manus; nec quicquam ignavum aut ſtomachoſum illi excidit adverſus eos, qui tanta adverſus ipſum auderent. Qui igitur raræ fortitudine tacuit in ſupplicio, qui omnia ſibi a his deriſoribus inflicta manſuete ſuſtinuit, is non præ ignavia, ut opinantur nonnulli, dixit iſtud: *Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte. Verumtamen non ut ego volo, ſed ſicut tu.* Eſt & alia ratio cur iſtum, ut vocat, calicem deprecari viſus fuerit, quam alibi fuſius examinavimus & explicavimus. Verum ut hanc deprecationem ſimplicius intelligamus, vide an non pia in Deum illa ſit oratio; cum nemo ſuas calamitates antecedenti cauſæ tribuat, ſed ſuſtinendum eſſe exiſtimet, cum tempus poſtulat, id quod non ex antecedente cauſa accidit. Deinde non ſuccumbentis, ſed calamitates libenti animo ferentis, & immiſſos ſibi a Providentia caſus reverentis fuit hæc vox: *Verumtamen non ut ego volo, ſed ſicut tu.*

56. Subdit, neſcio quomodo, non melius factuos fuiſſe, ſi *Sibyllam Dei filiam* appellaſſemus potius quam Jeſum; affirmatque *a nobis multa eaque impia in ejus ſcriptis inſerta eſſe:* nec tamen indicat quid inſertum a nobis fuerit. Quod feciſſet, ſi puriora monſtraſſet exemplaria, ubi non viderentur ea quæ inſerta fuiſſe exiſtimat. Imo ne oſtendit quidem illa

 eſſe

ὅτι βλασφημα ἐϛι ταυτα· εἶτα παλιν ἐ δις, ἐδε τρις, ἀλλα δη πολλακις ἐπιῤῥητοτατον εἰπε τον Ιησε βιον· ἐ ϛας καθ᾽ ἑκαϛον των ἐν τῳ βιῳ αὐτε πεπραγμενων, και νομιζομενων εἰ αι ἐπιῤῥητοτατων· ἱνα τετ᾽ εἰπων δοξῃ μη μονον αναποδεικτως ἀποφαινεσθαι, ἀλλα και λοιδορειν ὃν ἐκ ἐπιϛαται. εἰ γαρ τα εἰδη τε ἐπιῤῥητοτατε βιε ἐν ταις πραξεσιν αὐτε φαινομενα αὐτῳ ἐκτιθεμενος ἠν, κἀν ἠγωνισαμεθα προς ἑκαϛον των δοκεντων εἰναι αὐτῳ ἐπιῤῥητοτατων. το δε και θανατῳ οἰκτιϛῳ κεχρησθαι τον Ιησεν, δυναιτ᾽ ἀν λεγεσθαι και περι Σωκρατες, και περι Αναξαρχε, ὁ προ βραχεος ἐμνημονευσε, και περι ἀλλων μυριων. ἠ οἰκτιϛος μεν ἐϛιν ὁ Ιησε θανατος, ἐχι δε και ὁ ἐκεινων; ἠ ὁ ἐκεινων μεν ἐκ οἰκτιϛὸς, ὁ δε τε Ιησε οἰκτιϛος; ὁρᾳς ἐν και ἐνταυτα, ὁτι σκοπος ἠν τῳ Κελσῳ το διαλοιδορεισθαι προς τον Ιησουν, κινεμενῳ, οἰμαι, ὑπο τινος πνευματος, καταλυθεντος ὑπο τε Ιησε, και καθαιρεθεντος· ἱνα μηκετι ἐχῃ κνισσας και αἱματα, οἱς τρεφομενον ἠπατα της ἐν τοις ἐπι γης ἀγαλμασι ζητουντας θεον, και μη ἀναβλεποντας εἰς τον ἐπι πασιν ἀληθως θεον.

Εἰθ᾽ ἑξης, ὡσπερει σκοπον ἐχων το συμπληρουν βιβλιον, ἐβελετο ἡμας μαλλον τον Ιωναν νομισαι θεον, ἠπερ Ιησουν· Ιωναν, τον κηρυξαντα μετανοιαν μιᾳ πολει τῃ Νινευϊ, προκρινων Ιησε τε κηρυξαντος μετανοιαν ὁλῳ τῳ κοσμῳ, και μαλλον ἐκεινε ἀνυσαντος. και τον μεν ἐν τῃ κοιλιᾳ τε κητες τερατιως ποιησαντα και παραδοξως τρεις ἡμερας και τρεις νυκτας ἐβελετο ἡμας ἀναγορευσαι θεον· τον δ᾽ ἀναδεξαμενον ὑπερ ἀνθρωπων ἀποθανειν, ἐκ ἠθελε Κελσος, μαρτυρεμενον ὑπο τε θεε δια των προφητων ἀξιον εἰναι της δευτερευεσης μετα τον θεον των ὁλων, δι᾽ ἁ ἐποιησεν ἐν ἐρανῳ και ἐπι γης ἀνδραγαθηματα, τιμης. και Ιωνας μεν, φευγων, ἱνα μη κηρυξῃ το προϛεταγμενον ὑπο τε θεε, κατεποθη ὑπο τε κητες· Ιησες δε, ἐπει ἐδιδαξεν ἁπερ ὁ θεος ἐβελετο, τον ὑπερ ἀνθρωπων θανατον ἀνεδεξατο. ἑξης δε φησιν, ὁτι ἐδει μαλλον τον Δανιηλ, ἀναβαντα ἀπο των λεοντων, προσκυνεισθαι

eſſe impia. Deinde rurſus non bis, non ter, ſed ſæpius infamem dixit Jeſu vitam: quamvis in ſingulis rebus geſtis, quas infames vocat, minime immoretur; ita ut hoc dicens non ſolum affirmare nulla ratione, ſed etiam in ignotum convitia jacere videatur. Quod ſi quas infamiæ ſpecies in factis Jeſu animadvertit, declaraſſet, ad ſingula eorum quæ ipſi viſa fuerant infamia, reſpondere conati fuiſſemus. Jam vero extinctum fuiſſe Jeſum miſerabili morte, id objici poteſt contra Socratem & Anaxarchum cujus paulo ante meminit, & contra ſexcentos alios. An Jeſu mors eſt miſerabilis, non autem illorum? aut illorum non miſerabilis fuit, Jeſu autem fuit? Atque hinc etiam vides Celſo propoſitum fuiſſe convitiis onerare Jeſum. Opinor, movebat illum ſpiritus aliquis ita debellatus a Jeſu atque profligatus, ut non habeat amplius nidorem & ſanguinem, quibus antea nutritus in fraudem inducebat eos qui Deum hic in ſtatuis quærentes, ad ſummum verumque Deum oculos non attollebant.

57. Poſtea, quaſi ut volumen amplificet, ait *Jonam potius, quam Jeſum, Deum a nobis exiſtimari debuiſſe*: quo Jonam, qui uni urbi Ninive pœnitentiam prædicavit, Jeſu præfert, a quo idem univerſo mundo adnunciatum eſt & felicius perfectum. Qui tres dies noctesque in ventre ceti prodigialiter ſervatus eſt, eum a nobis Deum nuncupari voluiſſet; noluiſſet autem Celſus eum, qui hominum cauſa mortem pertulit, cui teſtimonium Deus per prophetas perhibet, qui præclara in cœlo & terra edidit facinora, dignum eſſe qui ſecundos a ſummo Deo honores occupet. Ac Jonas quidem, quia quod a Deo juſſum fuerat prædicare recuſaret, abſorptus eſt a ceto; Jeſus autem hominum gratia mortem pertulit, poſtquam docuerat quæ Deus voluit. Deinde ait magis a nobis Danielem a leonibus illæſum adorari oportuiſſe, quam

νεισθαι ὑφ' ἡμων, ἡπερ τον Ιησουν, την ἀγριοτητα πασης ἀντικειμενης δυναμεως καταπατησαντα, και ἡμιν δοντα ἐξεσιαν πατειν ἐπανω ὀφεων, και σκορπιων, και ἐπι πασαν την δυναμιν τε ἐχθρε. ἐιτα μη ἐχων ἀλλως λεγειν φησιν, ἡ οἱ τωνδε ἐτι τερατωδεςεροι, ἁμα ἱνα λοιδορηση τον Ιωναν και τον Δανιηλ· το γαρ ἐν Κελσῳ πνευμα εὐλογειν δικαιους ἐκ ἡπιςατο.

Μετα ταυτα δε ἰδωμεν και την ἑξης αὐτε λεξιν ἐτως ἐχεσαν, ἐςιν αὐτοις και τοιονδε παραγγελμα, τον ὑβριζοντα μη ἀμυνεσθαι· κἀν τυπτη, φησι, την ἑτεραν γναθον, συ δε και την ἀλλην παρεχε. ἀρχαιον και τετο εὐ μαλα προσθεν εἰρημενον, ἀγροικοτερον δ' αὐτο ἀπεμνημονευσαν. ἐπει και Πλατωνι πεποιηται Σωκρατης Κριτωνι διαλεγομενος ταδε, ἐδαμως ἀρα δει ἀδικειν· ἐ δητα. ἐδ' ἀδικεμενον ἀρα ἀνταδικειν, ὡς οἱ πολλοι οἰονται· ἐπειδη γε ἐδαμως δει ἀδικειν. ἐ φαινεται. τι δαι δη; κακεργειν δει, ὠ Κριτων, ἡ ἐ; ἐ δει δη πε, ὠ Σωκρατες. τι δε; ἀντικακεργειν κακως πασχοντα, ὡς οἱ πολλοι φασι, δικαιον ἡ ἐ δικαιον; ἐδαμως· το γαρ πε κακως ποιειν ἀνθρωπες, τε ἀδικειν ἐδεν διαφερει. ἀληθη λεγεις· ἐτε ἀρα ἀνταδικειν δει, ἐδε κακως ποιειν ἐδενα ἀνθρωπων, εδ' ἀν ὁ, τιουν πασχη ὑπ' αὐτων. ταυτα φησιν ὁ Πλατων· και αὐθις ταδε, σκοπει ἐν δη και συ εὖ μαλα, ποτερον κοινωνεις και συνδοκει σοι· και ἀρχωμεθα ἐντευθεν βελευομενοι, ὡς ἐ δε ποτε ὀρθως ἐχοντος ἐτε τε ἀδικειν ἐτε τε ἀνταδικειν· ἐτε κακως πασχοντα ἀμυνεσθαι ἀντιδρωντα κακως· ἡ ἀφιςασαι, και ἐ κοινωνεις της ἀρχης. ἐμοι μεν γαρ και παλαι ἐτω, και νυν ἐτι δοκει. Πλατωνι μεν ἐν ἐτως ἡρεσεν· ἡν δε και προσθεν ἐτι θειοις ἀνδρασι δεδογμενα. ἀλλα των δε μεν περι, και των ἀλλων, ὁσα παραφθειρουσιν, ἀρκειτω τα εἰρημενα· και ὁτῳ φιλον ἐπι πλειον τι αὐτων ζητειν, εἰσεται.

Jeſum, qui feritatem omnis adverſariæ poteſtatis proculcavit, & *dedit nobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones & ſuper omnem virtutem inimici.* Deinde cum alios dicere non haberet, *Aut alii*, inquit, *adhuc iſtis prodigioſiores*: nempe ut ſimul Jonæ & Danieli injuriam faciat. Nam ſpiritus, qui in Celſo eſt, neſcit juſtis bene dicere.

58. Quæ ſequuntur apud Celſum, nunc conſideremus. Ea ſic habent: *Eſt & illis hujuſmodi ſententia, non ulciſcendum eſſe qui infert injuriam. Si quis tibi, inquiunt, maxillam alteram percuſſerit, præbe illi & alteram. Vetus eſt iſtud & eleganter jam olim enunciatum, quod ruſticius iſti reddiderunt. Sic enim Plato Socratem cum Critone colloquentem facit:* „Nunquam igitur facienda injuria eſt. Non profecto. Neque injuria repellenda eſt injuria, ut multi putant; ſiquidem nullo modo facienda ſit injuria. Non videtur. Quid ergo? Criton, damnum inferre licet, an non? Nunquam licet, o Socrates. Quid? damnum inferenti damnum inferre juſtum-ne eſt, ut affirmant multi, an non? Nullo modo. Nam hominibus male facere & injuriam facere unum & idem ſunt. Vera loqueris. Neque igitur injuriam injuria rependere, neque male ulli hominum facere licet, quælibetcumque ab illis paſſus fueris.“ *Hæc Plato. Et iterum:* „Vide igitur & tu etiam atque etiam an ejuſdem ſententiæ ſimus, itane tibi videatur, & inde deliberandi ducamus initium, rectum non eſſe facere injuriam, aut injuriam injuria ulciſci, aut damno affectum damno afficere; an recedas, & initium iſtud mecum non aſſentiaris. Ego autem jam dudum & adhuc ita cenſeo.“ *Sic igitur Platoni viſum eſt, & eadem jam olim a divinis viris tradita fuerant. Sed de iis & aliis quæ depravant, hæc ſufficiant. Qui plura deſideravit, facile ipſe cognoſcet.*

Προς τουτο δη, και προς παντα όσα ἐκοινοποιησεν ὁ Κελσος, μη δυνηθεις αὐτων ἀντιβλεψαι τῃ ἀληθοτητι, φασκων αὐτα και παρ᾽ Ελλησιν εἰρησθαι, τοιαυτα λεκτεον· εἰ ὠφελιμον ἐςι το δογμα, και το βουλημα αὐτου ὑγιες, εἰρηται δε Ελλησι μεν παρα Πλατωνι, ἡ τινι των Ελληνων σοφων· Ιουδαιοις δε παρα Μωυσῃ, ἡ τινι των προφητων· χριςιανοις δε ἐν τοις ἀναγραφεισιν Ιησου λογοις ἡ λελεγμενοις παρα τινι των ἀποςολων αὐτου· οὐ νομιςεον κατηγορεισθαι το λεγομενον παρα Ιουδαιοις ἡ παρα χριςιανοις ἐκ του και παρ᾽ Ελλησιν αὐτα εἰρησθαι· και μαλιςα, ἐαν ἀποδεικνυηται τα Ιουδαιων πρεσβυτερα των Ελληνικων. οὐδε παλιν ὑπο του καλλους της Ελληνικης φρασεως λεγομενον το αὐτο, παντως κρειττον εἰναι νομιςεον του εὐτελεςερον ἀπαγγελλομενου και ἁπλουςεραις λεξεσι παρα Ιουδαιοις ἡ χριςιανοις· και τοι γε ἡ πρωτη Ιουδαιων λεξις, ἡ οἱ προφηται χρησαμενοι καταλελοιπασιν ἡμιν βιβλια, Εβραιων διαλεκτῳ και σοφῃ συνθεσει των ἐν τῃ διαλεκτῳ κατ᾽ ἐκεινους ἀναγεγραπται. εἰ δε χρη και την των δογματων ταυτοτητα, κἀν παραδοξος ὁ λογος εἰναι δοκῃ, δειξαι βελτιον εἰρημενην παρα τοις Ιουδαιων προφηταις, ἡ τοις λογοις χριςιανων· ουτω τον λογον κατασκευαςεον, ἀπο τινος του περι τας τροφας και την σκευασιαν αὐτων παραδειγματος. ἐςω τι ὑγιαινον βρωμα, και ἰσχυος τοις ἐσθιουσιν ἐμποιητικον, τουτο δε ουτω μεν σκευασθεν, και τοιοισδε ἡδυσμασιν ἀρτυθεν, λαμβανετωσαν οὐχ οἱ μη μανθανοντες ἀγροικοι, και ἐν ἐπαυλεσιν ἀνατεθραμμενοι, και πενητες τα τοιαδε ἐσθιειν, ἀλλ᾽ οἱ πλουσιοι και ἁβροδιαιτοι μονοι· οὐκ ἐκεινως δε και ὡς δοκει τοις νομιζομενοις καθαριωτεροις σκευασθεν, ἀλλ᾽ ὡς μεμαθηκασιν ἐσθιειν οἱ πενητες, και οἱ ἀγροικοτεροι, και οἱ πολλοι των ἀνθρωπων, ἐσθιετωσαν μυριαδες ὁλαι. εἰ οὐν και διδωτο ἀπο μεν της τοιασδε σκευασιας τους νομιζομενους καθαριωτερους μονους ὑγιαζεσθαι, οὐδενος των πολλων προσβαλλοντος τοις τοιοισδε βρωμασιν, ἀπο δε της τοιασδε τα πληθη των ἀνθρωπων ὑγιεινοτερον διαγειν· τινας μαλλον, του κοινωνικου ἑνεκεν, ἀποδεξομεθα των ὑγιεινων βρωματων

χαριν;

59. Ad hoc, & ad omnia quæcumque Celſus, cum eorum veritatem inficiari non poſſet, negavit nobis eſſe propria, & a Græcis dicta fuiſſe contendit, reſpondendum eſt, ſi dogma ſit utile ſanaque ejus mens, ſive apud Græcos a Platone aut quibuſdam e ſapientibus Græcis, ſive apud Judæos a Moyſe aut quibuſdam Prophetis, ſive apud Chriſtianos in ſcriptis Jeſu ſermonibus, aut quibuſdam ex ejus Apoſtolis reperiatur dictum; non propterea reprehendenda eſſe quæ Judæi aut Chriſtiani dixerunt, quod eadem Græci dixerint: præſertim ſi demonſtretur Judæorum ſcripta Græcanicis vetuſtiora eſſe. Neque etiam exiſtimare oportet dictionis Græcanicæ elegantiam facere, ut res ab illis expreſſa melior illa eadem ſit, quam Judæi aut Chriſtiani humilius & ſimplicioribus verbis efferunt: quanquam prima Judæorum dictio qua Prophetæ uſi ſunt in ſcribendis quos nobis reliquerunt libris, propriis Hebraïcæ linguæ ornamentis ſapientique compoſitione non caret. Quin ſi oſtendam oportet eadem dogmata melius a Judæorum Prophetis aut Chriſtianis enunciata fuiſſe, quanquam iſtud incredibile videtur, ſic probo tamen ducto exemplo e cibis & illorum apparatione. Ponamus ſanum aliquem cibum & roborandis veſcentibus accommodatum: hunc autem certo quodam modo paratum & quibuſdam ſalſamentis conditum comedant non qui ejuſmodi alimenta numquam guſtarunt, non ruſtici, in tuguriis educati, pauperes, ſed ſoli divites & ſplendidis menſis aſſueti. Rurſus idem ille cibus condiatur, non illo modo & ut placet iis qui delicati habentur, ſed quomodo norunt pauperes, agreſtiores, hominum vulgus. Illo veſcatur infinita propemodum hominum multitudo. Jam ſi detur cibum hoc modo paratum ſolis delicatis prodeſſe, a nullis aliis guſtari; alio autem quodam modo conditum maximo hominum numero conferre ad ſanitatem;

χαριν; ἀρα γε τȣς τοις λογιοις χρησιμως αὐτα σκευαζοντας, ἠ τȣς τοις πληθεσι; την ἰσην γαρ δεδοσθω ὑγιειαν και εὐεξιαν ἐγγινεσθαι ἀπο των ȣτωσι σκευασθεντων, ἠ ȣτωσι· ἀλλα φανερον, ὁτι αὐτο το φιλανθρωπον και το κοινωνικον ὑποβαλλει, κοινωφελεϛερον εἰναι ἰατρον τον της των πολλων ὑγιειας προνοησαμενον, ἠπερ τον της ὀλιγων μονον.

Εἰ νενοηται δη το παραδειγμα· μεταβιβαϛεον αὐτο ἐπι την ποιοτητα της των λογικων ζωων λογικης τροφης. και ὁρα εἰ μη Πλατων μεν, και οἱ Ἑλληνων σοφοι, ἐν οἱς λεγȣσι καλως, παραπλησιοι εἰσι τοις προνοησαμενοις ἰατροις των καθαριωτερων εἰναι νομιζομενων μονων, τȣ πληθους δε των ἀνθρωπων καταφρονησασιν· οἱ δε ἐν Ιȣδαιοις προφηται, και οἱ τȣ Ιησȣ μαθηται, οἱ μακραν χαιρειν εἰποντες τῃ ποικιλῃ των λεξεων συνθεσει, και τῃ ὡς ὠνομασεν ἡ γραφη σοφιᾳ ἀνθρωπων, και σοφιᾳ κατα σαρκα, την γλωσσαν ἀνισσομενῃ, ὁμοιωθειεν ἀν τοις την αὐτην των βρωματων ποιοτητα ὑγιεινοτατην προνοησαμενοις συνθεσει λεξεων σκευασαι και εὐτρεπισαι φθανȣσῃ ἐπι τα πληθη των ἀνθρωπων, και ξενιζȣσῃ την διαλεκτον αὐτων, μηδε δια τȣ ξενισμȣ ἀποςρεφȣσῃ ἀκȣειν ὡς ἀσυνηθων των τοιωνδε διαλεξεων. και γαρ εἰπερ προκειται τῳ, ἱν' ȣτως ὀνομασω, λογικῳ βρωματι, ἀνεξικακον και πρᾳον ποιησαι τον ἐμφαγοντα· πως ȣ βελτιον συνεσκευασμενος ἀν εἰη ὁ λογος, ὁ πληθη ἀνεξικακων και πρᾳων κατασκευαζων, ἠ προκοπτοντων γε ἐπι ταυτας τας ἀρετας, παρα τον πανυ ὀλιγȣς και εὐαριθμητȣς, ἱνα και τȣτο δοθῃ, ἀνεξικακȣς και πρᾳȣς ποιουντα; ὡσπερ δε ὁ τȣς Αἰγυπτιαζοντας ἠ τȣς Συραζοντας ὠφελειν ὑγιεσι δογμασι βȣλομενος Ἑλλην τυγχανων, προνοησατο ἀν μαθειν τας των ἀκȣομενων διαλεκτȣς, και ὡς Ἑλληνες ὀνομαζȣσι βαρβαριζειν μαλλον ὑπερ της Αἰγυπτιων και Συρων βελτιωσεως, ἠ Ἑλλην μενων μηδεν δυνασθαι χρησιμον λεγειν Αἰγυπτιοις και Συροις· ȣτως ἡ προνοȣμενη θεια φυσις ȣ των πεπαιδευσθαι νομιζομενων μονον τα

Ἑλλη-

tem; ecquos, boni publici cauſa, ſanorum ciborum conditores probabimus? Illos-ne qui ſolis nobilibus, an qui multitudini utiles parant? Volo cibos illos perinde eſſe ſanos & boni ſucci, licet hoc aut illo modo condiantur; tamen evidens eſt, idque ſuggerit humanitas & boni publici ſtudium, utiliorem eſſe medicum qui multorum, quam qui paucorum ſanitati providet.

60. Jam vero ſi exemplum intellectum fuit, transferendum illud eſt ad qualitatem rationabilis alimenti, quod animantibus ratione præditis convenit. Tum vide an non Plato & ſapientes Græci, ubi bene dicunt, ſint illis medicis ſimiles, qui ſolis nobilibus conſulentes, vulgus hominum deſpicatui habent; Judæorum vero Prophetæ & Jeſu diſcipuli, repudiata illa verſicolori verborum compoſitione, ſapientia hominum, ut ſcriptura vocat, & ſapientia ſecundum carnem, quæ ſapientia obſcure loqui amat, referant illos qui cibos ſaluberrima eſſe qualitate curant, dum verborum compoſitione utuntur, quæ captui multitudinis parata & attemperata ſit, non verba peregrina affectant, neque illa quaſi inſoliti ſermonis affectatione auditores avertunt. Et ſane cum eo ſpectet rationabilis cibus, ſi ſic loqui fas eſt, ut patientem & manſuetum faciat eum qui ipſo veſcitur, quomodo ſermo ille non eſſet melius apparatus, cujus virtute multi patientes & manſueti redduntur aut in illis virtutibus progreſſus faciunt, quam ille qui paucos admodum & facile numerabiles patientes & mites efficit, ut dem vel paucos effici. Quemadmodum enim ſi quis Græcus Ægyptios aut Syros dogmatibus juvare vellet, ante omnia diſcere curaret futurorum auditorum linguam, & barbare, ut Græci dicunt, loqui mallet ad virtutem Ægyptiis & Syris perſuadendam, quam ſervata propria lingua, nihil Ægyptiis aut Syris prodeſſe; ſic divina natura, cum

Græcis

Ελληνων, ἀλλα και των λοιπων Ελληνων, συγκατεβη τῃ ἰδιωτειᾳ τȣ πληθȣς των ἀκροωμενων· ἱνα ταις συνηθεσιν αὐτοις χρησαμενος λεξεσι προκαλεσηται ἐπι ἀκροασιν το των ἰδιωτων πληθος, δυναμενον ἐξ εὐχερους μετα την ἁπαξ γενομενην εἰσαγωγην φιλοτιμησασθαι προς το και βαθυτερα των κεκρυμμενων νοηματων ἐν ταις γραφαις καταλαβειν. και τῳ τυχοντι γαρ δηλον ταυτας ἀναγινωσκοντι, ὁτι πολλα βαθυτερον τȣ αὐτοθεν ἐμφαινομενȣ ἐχειν δυναται νουν τοις ἀνατιθεισιν αὐτȣς τῃ ἐξετασει τȣ λογȣ, σαφηνιζομενον κατα την ἀναλογιαν της εἰς τον λογον σχολης, και εἰς την ἀσκησιν αὐτȣ προθυμιας.

Οὐκουν κατεσκευασται, ὁτι ὡς φησι Κελσος ἀγροικοτερον εἰπων ὁ Ιησȣς, τῳ τυπτοντι σε εἰς την σιαγονα παρεχε και την ἀλλην, και τῳ θελοντι σοι κριθηναι, και τον χιτωνα σȣ λαβειν, ἀφες και το ἱματιον, βιωφελεστερον κεκινηκε τον λογον και παρεστησεν ȣτως εἰπων, ἠ ὡς ἐν τῳ Κριτωνι Πλατων, ȣ μηδ' ἀκȣειν ἰδιωται δυνανται, ἀλλα μολις οἱ τα ἐγκυκλια προ της σεμνης Ελληνων φιλοσοφιας μεμαθηκοτες. κατανοητεον δε και, ὁτι ȣ παραφθειρεται ὁ περι ἀνεξικακιας νους ὑπο της των λεξεων εὐτελειας, ἀλλα και ἐν τȣτῳ συκοφαντει τον λογον ὁ Κελσος λεγων· ἀλλα των δε μεν περι, και ἀλλων, ὁσα παραφθειρȣσιν, ἀρκειτω τα εἰρημενα· και ὁτῳ φιλον ἐπι πλεον τι αὐτων ζητειν, εἰσεται.

Φερε δε, ἰδωμεν και τα ἑξης, ἐν οἱς ταυτα φησι· ςωμεν δ' ἐκειθεν· ȣκ ἀνεχονται νεως ὁρωντες, και βωμȣς, και ἀγαλματα. ȣδε γαρ Σκυθαι τȣτο, ȣδε λιβυων οἱ Νομαδες, ȣδε Σηρες οἱ ἀθεοι, ȣδ' ἀλλα ἐθνη τα δυσαγεστατα και ἀνομωτατα. ὁτι δε και Περσαι ȣτως νομιζȣσιν, Ηροδοτος ἐν τοισδε ἱςορει· Περσας δε οἰδα νομοισι τοισδε χρεομενȣς. ἀγαλματα μεν, και βωμȣς, και ναους ȣκ ἐν νομῳ ποιευμενȣς ἱδρυεσθαι, ἀλλα και τοισι ποιεȣσι μωριην ἐπιφερȣσιν· ὡς μεν ἐμοι δοκεει, διοτι ȣκ ἀνθρωποφυεας ἐνομισαν τȣς θεȣς, καθαπερ οἱ Ελληνες, εἰναι. και μην και Ηρακλειτος ὡδε πως ἀποφαινεται, και τοις ἀγαλμασι τȣτεοισιν εὐχονται, ὁκοιον εἰ τις τοις

δομοισι

Græcis non eruditione claris tantum, ſed etiam reliquis provideret, ſe ignorantiæ multitudinis attemperavit; ut conſuetis utens verbis ad audiendum alliceret imperitum vulgus, quod poſt iſtam introductionem facile poſſet etiam altiora ſenſa in ſcripturis occultata intellectu aſſequi. Etenim vel homini e vulgo ſcripturas legenti manifeſtum fit, multa in iis eſſe altioris ſententiæ quam quæ primum deprehenditur, ſi modo illis perſcrutandis nos dedimus, & altiorem illam ſententiam eo evidentiorem fieri, quo plus operæ ac ſtudii in ea exquirenda impenditur.

61. Ex his efficitur id quod ruſticius, ut Celſo videtur, dixit Jeſus: *Percutienti te in maxillam, præbe illi & alteram: & ei qui vult tecum judicio contendere & tunicam tuam tollere, dimitte & pallium*, plus utilitatis ad vitam attuliſſe, ſic enunciatum, quam idem in Critone dictum a Platone, quem nedum intelligere poſſint idiotæ, vix illum intelligunt ii, qui liberalibus diſciplinis inſtructi ad celebrem Græcorum philoſophiam accedunt. Conſiderandum præterea præceptum de patientia humilibus verbis non depravari; proinde meram eſſe Celſi calumniam quod ait: *Sed de iis & aliis, quæ depravant, hæc ſufficiant. Quiſquis plura deſideraverit, facile ipſe cognoſcet.*

62. Age nunc, videamus quæ ſequuntur. Sic ille: *Nunc ad alia. Ferre non poſſunt templa, aras, ſimulacra. Sed neque Scythæ, neque Nomades in Lybia, neque Seres nullius Dei cultores, neque gentes aliæ impiæ & barbaræ. In hac Perſas verſari ſententia, teſtatur Herodotus his verbis:* „Scio Perſas his uti legibus: ſimulacra, aras, templa conſtrui nulla eorum lex jubet, imo apud eos habentur ſtulti qui hæc conſtruunt. Cujus rei ratio eſt mea quidem ſententia, quod deos ex hominibus ortos non arbitrentur, ut Græci. *Heraclitus quoque ſic alicubi loquitur.* Et illis ſimulacris preces offerunt, quaſi ſi quis cum

„ parie-

δομοισι λεσχηνευοιτο, ουτε γιγνωσκων θεους, ουδ' ἡρωας, οἱ τινες εισι. τι γουν σοφωτερον του Ηρακλειτου ἡμας διδασκουσιν; ὁ μεν γε μαλα ἀπορρητως ὑποσημαινει, ἠλιθιον το τοις ἀγαλμασιν εὐχεσθαι, ἐαν μη γιγνωσκῃ τις θεους και ἡρωας, οἱ τινες εἰσιν· Ηρακλειτος μεν ουτως· οἱ δε ἀντικρυς τα ἀγαλματα ἀτιμαζουσιν. εἰ μεν ὁτι λιθος, ἡ ξυλον, ἡ χαλκος, ἡ χρυσος, ὁν ὁ δεινα ἡ ὁ δεινα εἰργασατο, ουκ ἀν εἰη θεος, γελοια ἡ σοφια. τις γαρ και ἀλλος, εἰ μη παντη νηπιος, ταυτα ἡγειται θεους, ἀλλα μη θεων αναθηματα, και ἀγαλματα; εἰ δ' ὁτι μηδε θειας εἰκονας ὑποληπτεον, ἀλλην γαρ εἰναι θεου μορφην, ὡσπερ και Περσαις δοκει· λεληθασιν αὐτοι σφας αὐτους ἐλεγχοντες, ὁταν φωσιν, ὁτι ὁ θεος ἐποιησε τον ἀνθρωπον ἰδιαν εἰκονα, το δε εἰδος ὁμοιον ἑαυτῳ. ἀλλα συνθησονται μεν, εἰναι ταυτα ἐπι τιμῃ τινων, ἡ ὁμοιων ἡ ἀνομοιων το εἰδος· ουτε δε θεους εἰναι, οἱς ταυτα ἀνακειται, ἀλλα δαιμονας· ουδε χρηναι θεραπευειν δαιμονας, ὁςις σεβει θεον.

Και προς ταυτα δε λεκτεον· ὁτι, εἰπερ Σκυθαι, και Λιβυων οἱ Νομαδες, και Σηρες, ους φησιν ἀθεους εἰναι ὁ Κελσος, και ἀλλα ἐθνη δυσαγεςατα και ἀνομωτατα, ἀλλα και Περσαι, ουκ ἀνεχονται νεως ὁρωντες, και βωμους, και ἀγαλματα· ου παρα τουτο ἰσον ἐςι το μη ἀνεχεσθαι τουτων ἐκεινους τῳ και ἡμας μη ἀνεχεσθαι αὐτων. ἐξεταςεον γαρ τα δογματα, ἀφ' ὡν ὁρμωμενοι ουκ ἀνεχονται ναων και ἀγαλματων, οἱ μη ἀνεχομενοι γε αὐτων· ἱν', εἰ μεν ἀπο ὑγιων δογματων ουκ ἀνεχεται, ἐπαινηται ὁ μη ἀνεχομενος· εἰ δ' ἀπο ἐσφαλμενων, ψεγηται. δυνατον γαρ το αὐτο ἀπο διαφορων δογματων γινεσθαι. οἱον ἐπι παραδειγματος, ἐκκλινουσι το μοιχευειν οἱ τα του Κιτιεως Ζηνωνος φιλοσοφουντες, ἀλλα και οἱ τα Επικουρου, τινες δε και των παντελως ἰδιωτων. ἀλλ' ὁρα, ὁση διαφωνια ἐςι περι της του μοιχευειν ἐκκλισεως των τοσουτων. οἱ μεν, δια το κοινωνικον και παρα φυσιν εἰναι τῳ λογικῳ ζωῳ, νοθευειν την ὑπο των νομων ἑτερῳ προκαταληφθεισαν γυναικα, και φθειρειν τον ἀλλου

„ parietibus colloquium haberet, ignarus quid ſint „ dii, quid ſint Heroes." *Et quid illi nos docent Heraclitea ſententia ſapientius? Ille clam ſubindicat ſtultum eſſe preces ferre ſimulacris, niſi cognoſcatur quid ſint dii, quid Heroes. Sic Heraclitus, illi vero nulla exceptione ſimulacra contemnunt. Si ideo, quod nec lapis, nec lignum, nec æs, nec aurum quod hic aut ille expolivit, Deus eſſe poſſit, ridicula hæc ſapientia. Ecquis enim niſi prorſus deſipiat, hæc deos eſſe judicet, non vero dona diis conſecrata eorumque ſimulacra? Sin putant neque imagines eſſe deorum, ſiquidem alia ſit deorum forma, id quod & Perſis viſum eſt, ſe ipſi imprudentes condemnant. Aiunt enim Deum hominem feciſſe propriam imaginem, & forma ſibi ipſi ſimilem. Sed concedent quidem ſimulacra illa quorumdam cultui deſtinata eſſe, ſive illi ſimiles, ſive diſſimiles forma ſint. At negabunt deos eſſe quibus illa eriguntur, & dæmones eſſe affirmabunt, dicentque nefas eſſe Dei cultori ullum dæmonibus cultum tribuere.*

63. Ad hæc dicendum, ſi Scythæ, Nomades in Lybia, Seres, quibus ait Celſus nullos eſſe Deos, ſi aliæ gentes impiæ & barbaræ, ſi Perſæ ipſi non templa, non ſimulacra ferunt; non idcirco eandem illis eſſe res hujusmodi non ferendi rationem, atque nobis. Inquirendum enim eſt quibus dogmatis ad rejicienda templa & ſimulacra impulſi fuerint ii, qui illa non ferunt: ut, ſi quis propter ſana dogmata non illa fert, laudetur; ſi propter falſa, vituperetur. Fieri enim poteſt ut diverſa dogmata rei ejuſdem cauſa ſint. Exempli gratia, vitant adulterium Philoſophi qui Zenonem Citienſem ſectantur; vitant & quibus Epicurus placet magiſter; nonnulli etiam omnino idiotæ. Sed vide quam diverſa ratione illi omnes ab adulterio abſtineant. Alii boni publici ſtudio, & quia naturæ repugnat ab animante rationis participe fœminam adulterari legibus conjunctam alteri, & alterius hominis corrumpi domum: Epicuri vero diſci-

ἀλλα ἀνθρωπȣ σωον· οἱ δε ἀπο Επικȣρȣ ȣ̓ δια τȣτο ȣ̓ μοιχευȣσιν, ὁτι ἀπεχονται τȣ μοιχευειν, ἀλλα δια το νομισαι τελος την ἡδονην, πολλα δ' ἀπανταν κωλυτικα της ἡδονης τῳ εἰξαντι μιᾳ τη τȣ μοιχευειν ἡδονῃ, και ἐσθ' ὁτε φυλακας, ἡ φυγας, ἡ θανατȣς· πολλακις δε προ τȣτων και κινδυνους, κατα το ἐπιτηρειν την τȣ ἀνδρος ἐξοδον ἀπο της οἰκιας, και των τα ἐκεινȣ φρονουντων· ὡστε εἰ καθ' ὑποθεσιν μοιχευοντα οἱον τ' ἠν λαθειν και τον ἀνδρα της γυναικος, και τȣς οἰκειȣς παντας αὐτȣ, και τȣς περι δοξης ἐκ τȣ μοιχευειν ἀδοξει· κἀν ἐμοιχευσε δια την ἡδονην ὁ Επικȣρειος. εἰ δε και ὁ ἰδιωτης ποτε, παρον μοιχευειν, ȣ̓ μοιχευει, εὑρεθειη ἀν ἐνιοτε δια τον ἐνεστωτα ἐκ τȣ νομȣ φοβον και τας κολασεις μη μοιχευων· και ȣ̓ δια το θηρασθαι πλειονας ἡδονας ὁ τοιȣτος ἀπεχοιτ' ἀν τȣ μοιχευειν. ὁρας ȣ̓ν ὁτι το ἐν εἰναι νομιζομενον ἐργον, ἡ της μοιχειας ἀποχη, παρα τας προθεσεις των ἀπεχομενων ȣ̓ ταὐτον, ἀλλα διαφορον γινεται· ἡ γαρ ἀπο ὑγιων δογματων, ἡ ἀπο μοχθηρων και ἀσεβεστατων των ἐν τῳ Επικȣρειῳ ἡ τῳ τοιῳδ' ἰδιωτῃ.

Ωσπερ ȣ̓ν το ἐν τȣτο πραγμα, ἡ της μοιχειας ἀποχη, ἐν εἰναι δοκȣσα, πολλα ἁλισκεται τυγχανȣσα, παρα τα διαφορα δογματα και τας προθεσεις· ȣ̓τω και των μη ἀνεχομενων παρα βωμοις, και ναοις, και ἀγαλμασι σεβειν το θειον, Σκυθαι μεν, ἡ Λιβυων οἱ Νομαδες, ἡ Σηρες οἱ ἀθεοι, ἡ Περσαι, ἀπο δογματων τȣτο πραττȣσιν ἀλλων, ἡ ὡν Χριστιανοι και Ιȣδαιοι ȣ̓κ ἀνεχονται της τοιαυτης ὑπολαμβανομενης εἰς το θειον θεραπειας. ȣ̓δεις ἐκεινων, δια το ἐκκλινειν και κατασπαν και καταγειν την περι το θειον θρησκειαν ἐπι την τοιαυτην ὑλην ȣ̓τωσι ἐσχηματισμενην, ȣ̓κ ἀνεχεται βωμων και ἀγαλματων· ȣ̓δε δια το διειληφεναι περι δαιμονων, ὁτι τοιοισδε παρακαθεζονται σχημασι και χωριοις, ἡτοι ὑπο τινων μαγγανειων κατακλιθεντες, ἡ και ἀλλως δυνηθεντες προκαταλαβειν ἑαυτοις τοπȣς, ἐν οἱς της των θυομενων ἀποφορας λιχνως μεταλαμβανοντες παρανομον ἡδονην και παρανομως θηρασονται. Χριστιανοι δε και Ιȣδαιοι δια το, κυριον

τον

puli non ea cauſa adulterio abſtinent, cum illo abſtinent; ſed quod ſummum bonum in voluptate poſitum exiſtiment, multaque voluptati ejus officere, qui uni adulterii voluptati cedit: qualia ſunt carcer, fuga mors, ſæpe etiam ante illas pœnas & pericula, dum obſervat mariti & aliorum qui illi favent, e domo exitum: ita ut ſi ſupponas adulterum marito, domeſticis ejus, illiſque apud quos ob ejuſmodi facinus male audiret, latere poſſe, etiam Epicureus voluptatis cauſa perpetraret adulterium. Ad idiotam quod attinet, ſiquando cum adulteri bella eſt occaſio, ſibi ab adulterio temperat, in cauſa eſt plerumque non plurium voluptatum captatio, ſed legum ſuppliciorumque metus. Vides igitur factum, quod unum videtur, cujuſmodi eſt adulterii abſtinentia, non idem tamen, ſed diverſis hominum voluntatibus, quæ vel a ſanis vel ab improbis & impiis oriuntur principiis, cujuſmodi ſunt in Epicureo aut illo idiota.

64. Quemadmodum igitur unum illud factum, abſtinentia ſcilicet adulterii, licet videatur eſſe unum, deprehenditur tamen eſſe multiplex, prout diverſa ſunt dogmata & voluntates; ita qui in aris, in templis, in ſimulacris colere divinitatem non ſuſtinent, ut Scythæ, Nomades in Lybia, Seres quibus Deus non eſt, Perſæ, ad reſpuendum illum cultum aliis dogmatis moventur, ac illis, quibus Chriſtiani & Judæi recuſant hujuſmodi cultu proſequi divinitatem. Nemo enim illorum odio habet aras & ſimulacra, quod cultum divinitatis deprimere & in materiam illo modo elaboratam transferre vereatur; neque quod putet Dæmones inſidere in quibuſdam ſimulacris & locis, ubi magicis carminibus retineantur, aut poſſe aliis modis quædam loca occupare in quibus victimarum nidore paſti illicitam illicite voluptatem venentur. Sed Judæi & Chriſtiani propter

του Θεου σου φοβηθηση, και αὐτῳ μονῳ λατρευσ
δια το, ὐκ ἐσονται σοι θεοι ἑτεροι πλην ἐμυ· και
ποιησεις σεαυτῳ εἰδωλον, ὐδε παν ὁμοιωμα, ὁσα ἐν
ρανῳ ἀνω και ὁσα ἐν τῃ γῃ κατω, και ὁσα ἐν τῳ ὑδ
κατω της γης, ὑ προσκυνησεις αὐτοις, ὐδε μη λα
αὐτοις· και δια το, κυριον τον Θεον σου προσκυνησ
αὐτῳ μονῳ λατρευσεις, και ἀλλα πλειονα τυτοι
πλησια, ὐ μονον ἐκτρεπονται νεως, και βωμ
ἀγαλματα· ἀλλα και ἐπι το ἀποθνησκειν, ὁτε δ
μως ἐρχονται ὑπερ τυ μη μολυναι την περι τυ
ὁλων ὑπολη⎨ιν δια τινος τοιυτυ παρανομηματο

Εἰρηται δε ἐν τοις ἀνωτερω περι Περσων προ
μεν αὐτους μη ἱδρυσθαι, σεβειν δε τον ἡλιον κα
Θευ δημιυργηματα· ὁπερ ἡμιν ἀπηγορευται, δ
μενοις μη λατρευειν τῃ κτισει παρα τον κτισαντ
εἰδεναι μεν, ὁτι ἡ κτισις ἐλευθερωθησεται ἀπο
λειας της φθορας εἰς την ἐλευθεριαν της δοξης τω
τυ Θευ· και, ὁτι ἡ ἀποκαραδοκια της κτισεως
καλυ⎨ιν των υἱων τυ Θευ ἀπεκδεχεται· και, ὁτ
ταιοτητι ἡ κτισις ὑπεταγη, ὐχ ἑκυσα, ἀλλα δια
ταξαντα ἐπ' ἐλπιδι· και μη μην και δειν τα ἐπ
λειᾳ της φθορας, και ἐπι τῃ ματαιοτητι ὑποτετ
και ἐπ' ἐλπιδι κρειττονι ταυτα πραττοντα, ἐν χω
θευ τυ ἀνενδευς, ἡ τυ υἱυ αὐτυ και πρωτοτοκυ πα
σεως. ἀρκει τοινυν προς ἐκεινοις και ταυτα περι τ
ἐθνυς, βωμυς και ἀγαλματα ἐκτρεπομενων, λ
των δε τῃ κτισει παρα τον κτισαντα. ἐπει δε και
κελσυ παρεθετο λεξιν, ὑφηγησαμενος αὐτη
μαινυσαν, ἠλιθιον εἰναι το τοις ἀγαλμασιν εὐχε
μη γιγνωσκῃ τις θευς και ἡρωας, οἱ τινες εἰσι· λεκ
γιγνωσκειν μεν ἐςι θεον, και τον μονογενη αὐτυ, κα
τιμημενυς ὑπο Θευ τῃ θεος προσηγοριᾳ, και με
της θεοτητος αὐτυ, ἑτερυς ὀντας παρα παντας
των ἐθνων, οἱ τινες εἰσι δαιμονια· ὐ μην δυνατ
γιγνωσκειν τον Θεον, και τοις ἀγαλμασιν εὐχεσθ

iſtud: *Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſervies*; item propter illud: *Non erunt tibi dii alii præter me*; &, *Non facies tibi idolum, neque omnem ſimilitudinem quæ eſt in cœlo deſuper, & quæ in terra deorſum, & quæ in aquis ſub terra deorſum: non adorabis ea, neque coles*; & propter hoc: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies*, & propter alia plura ſimilia, non ſolum templa, aras, & ſimulacra adominantur, ſed etiam parati ſunt mori ubi ſe dederit occaſio, ut ſuam Dei ſummi notionem ab aliqua ejuſmodi impietate intaminatam ſervent.

65. De Perſis jam ſupra diximus, ab illis non templa quidem conſtrui, ſed Solem tamen & Dei opera adorari. Id quod vetitum nobis eſt, ut qui docti ſumus non creaturam adorare, ſed Creatorem, & *creaturam liberatum iri a ſervitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei*; & *exſpectationem creaturæ revelationem filiorum Dei exſpectare*, & *vanitati creaturam ſubjectam eſſe non volentem, ſed propter eum qui ſubjecit in ſpe*; proinde res corruptioni ſervitutis ſubjacentes & vanitati ſubjectas & melioris conditionis ſpe ſic permanentes adorari non oportere pro Deo, qui nulla re indiget, aut pro filio ejus & *primogenito omnis creaturæ*. Atque hæc ſupradictis de Perſarum gente aras quidem & ſimulacra averſante, ſed creaturam loco creatoris colente addidiſſe ſatis fuerit. Quoniam vero & Heracliti verba recitavit, quibus ſubindicari ait, *ſtultum eſſe preces ferre ſimulacris, niſi notum ſit quid ſint Dii, quid Heroes*: dicendum, facile cognoſci poſſe diſcrimen quod inter Deum, Unigenitum ejus, dignatos a Deo Dei appellatione, participes ejus divinitatis, & omnes Deos gentium qui Dæmonia ſunt, intercedit; ſed Deum cognoſci ſimul & ſimulacris cultum tribui non poſſe.

Και ȣ̓ μονον το ευχεσθαι τοις ἀγαλμασιν ἠλιθιον ἐςιν, ἀλλα γαρ και το συμπεριφερομενον τοις πολλοις προσποιεισθαι τοις ἀγαλμασιν ευχεσθαι· ὁποιον ποιȣσιν οἱ τα ἀπο τȣ Περιπατȣ φιλοσοφουντες, και οἱ τα Επικȣρȣ ἢ Δημοκριτȣ ἀσπαζομενοι. ȣ̓δεν γαρ νοθον χρη ἐνυπαρχειν τη ψυχη τȣ ἀληθως εἰς το θειον εὐσεβȣς. ȣ̓ τιμωμεν δε τα ἀγαλματα και δια το μη, το ὁσον ἐφ' ἡμιν, καταπιπτειν εἰς ὑποληψιν την περι τȣ εἰναι τα αγαλματα θεȣς ἑτερȣς. διο και ἐγκαλȣμεν Κελσῳ και πασι τοις ὁμολογȣσι μη εἰναι ταυτα θεȣς, ὁτι των δοκουντων εἰναι σοφων και ἡ φαινομενη περι τα ἀγαλματα τιμη, οἱς και ἀκολȣθουντες οἱ πολλοι ȣ̓ μονον κατα συμπεριφοραν σεβειν αὐτα νομιζοντες, ἁμαρτανȣσιν, ἀλλα γαρ και καταπιπτοντες τη ψυχη ἐπι το νομιζειν ταυτα εἰναι θεȣς, και μηδ' ἀνεχομενοι ἀκȣειν, ὁτι ȣ̓κ εἰσι ταυτα θεοι τα ὑπ' αὐτων προσκυνȣμενα. Κελσος μεν ȣ̓ν φησιν αὐτα μη ἡγεισθαι θεȣς, ἀλλα θεων ἀναθηματα· μη ἀποδεικνυς, πως ȣ̓κ ἀνθρωπων εἰσι ταυτα ἀναθηματα, ἀλλ', ὡς ὠνομασεν, αὐτων των θεων. σαφες γαρ, ὁτι ἐςιν ἀνθρωπων πεπλανημενων περι το θειον ταυτα ἀναθηματα. ἀλλ' ȣ̓δε θειας εἰκονος ὑπολαμβανομεν εἰναι τα ἀγαλματα, ἁτε μορφην ἀορατȣ και ἀσωματȣ μη διαγραφοντα θεȣ. ἐπει δε ὑπολαμβανει ἡμας ὁ Κελσος τοις ἐναντιοις περιπιπτειν, ὁτε φαμεν μη εἰναι ἀνθρωπομορφον το θειον, και ὁτε πιςευομεν, ὁτι ὁ θεος ἐποιησε τον ανθρωπον ἰδιαν εἰκονα, και ἐν εἰκονι θεȣ ἐποιησεν αὐτον· λεκτεον, ὡς και ἐν τοις ἀνωτερω εἰρηται, ὁτι το, κατ' εἰκονα θεȣ, ἐν ψυχη λογικη, τη ποια κατ' ἀρετην, σωζεσθαι φαμεν. και ἐνθα μεν τοι ὁ Κελσος, μη ἰδων διαφοραν εἰκονος θεȣ, και τȣ κατ' εἰκονα θεȣ, φησιν ἡμας λεγειν ὁτι ὁ θεος ἐποιησε τον ἀνθρωπον ἰδιαν εἰκονα και εἰδος ὁμοιον ἑαυτῳ· εἰρηται δε ἐν τοις ἀνωτερω και προς ταυτα.

Εἰθ' ἑξης φησι περι χριςιανων, ὁτι συνθησονται μεν εἰναι ταυτ' ἐπι τιμη τινων, ἢ ὁμοιων, ἢ ἀνομοιων το εἰδος·

ȣ̓τε

66. Neque ſolum ſtultum eſt ſimulacris preces ferre, verum etiam ad id ſimulandum trahi exemplo multitudinis: quod faciunt Peripateticæ Philoſophiæ ſectatores, & qui Epicuri aut Democriti placita amplectuntur. Nihil enim in anima hominis vera pietate Deum colentis ineſſe debet adulterinum. Eſt nobis & alia cauſa cur ſimulacris nullum honorem habeamus, nimirum ne quantum in nobis eſt in hanc labamur opinionem, ſimulacra alios Deos eſſe. Quocirca vitio vertimus Celſo aliiſque ſimulacra Deos non eſſe confitentibus, quod ſapientes habiti cultum ſimulacris deferre videantur. Eorum enim exemplo multi peccant qui non ſolum hæc ſibi colenda eſſe putant ut ſe conſuetudini accommodent, ſed etiam mente in hanc incidunt opinionem, illa eſſe Deos: quo fit ut aud re non poſſint, Deos illa non eſſe quæ ab ipſis adorantur. Ait quidem Celſus ſe *illa Deos non exiſtimare, ſed dona Diis conſecrata.* At non oſtendit, quomodo illa non ſint potius conſecrata hominibus, quam Diis, ut loquitur. Conſtat enim illa dona eſſe hominum, qui de divinitate in errore verſantur. Neque enim credimus ſimulacra eſſe divinæ imaginis, ut quæ Dei inviſibilis & incorporei formam non referant. Quod Celſus putat nos a nobis ipſis diffidere cum negamus divinitatem eſſe humana forma, & nihilominus credimus Deum feciſſe hominem ſuam imaginem, & in imagine Dei feciſſe illum; id refellendum ut ſupra; nempe in anima rationis participe & ad virtutem formata impreſſum ſervari imaginis Dei characterem: ubi etiam Celſus cum non intelligeret quid differant hæc duo, eſſe imaginem Dei, & creari ſecundum imaginem Dei, nos facit dicentes, *Deum feciſſe hominem ſuam imaginem, & forma ſimilem ſibi.* Sed & de his jam ſupra dictum eſt.

67. Poſt hæc Celſus de Chriſtianis ait: *Facile conceſſerint ea eſſe cultui aliquorum conſecrata, ſive illi ſimiles,*

[illegible] δε θεȣς εἶναι, οἷς ταυτ' ἀνακειται, ἀλλα δαιμονας· [illegible] θεραπευειν δαιμονας, ὁςις σεβει θεον. και εἰ [illegible] γε τον περι δαιμονων λογον, και ὧν ἑκαςος αὐ[illegible], εἰτε καλȣμενος ὑπο των περι ταυτα δεινων, εἰτε και [illegible] ἐπιδιδȣς ἑαυτον ᾗ βȣλεται και δυναται [illegible] και διειληφει τον περι δαιμονων λογον, πολυν [illegible] [illegible]ελαττον τῃ ἀνθρωπινῃ φυσει· ȣ̓κ ἂν ἐνεκαλε[illegible] φασκȣσιν, ὁτι ȣ̓ χρη θεραπευειν δαιμονας, ὁςις [illegible] τον ἐπι πασι θεον. και τοσȣτον γε ἀποδεομεν τȣ̃ θεραπευειν δαιμονας, ὡςε και ἀπελαυνειν αὐτȣς εὐχαις, και τοις ἀπο των ἱερων γραμματων μαθημασιν, ἀπο των ἀνθρωπινων ψυχων, και ἀπο των τοπων, ἐν οἷς αὐτȣς ἱδρυκασιν· ἐσθ' ὁτε δε και ἀπο των ζωων. πολλακις γαρ ἐπι τῃ λυμῃ και των τοιȣτων ἐνεργȣσι τινα οἱ δαιμονες.

Δια δε τα ἀνωτερω πολλα περι τȣ Ιησȣ ἡμιν εἰρημενα, ȣ̓ χρη νυν παλιλλογειν προς το, ὁτι μεν ȣ̓ν αὐτοι διελεγχονται σαφως ȣ̓ θεον, ἀλλ' ȣ̓δε δαιμονα, ἀλλα νεκρον σεβοντες· τȣτο μεν αὐτικα δια τȣτο παραλιποντες, ἰδωμεν τας ἑξης τȣ Κελσȣ λεξεις, ἐν αἷς φησι, προτερον δε ἐρησομαι, δια τι δαιμονας ȣ̓ θεραπευτεον; ȣ̓ παντα μεν τοι κατα γνωμην διοικειται τȣ θεȣ; και πασα ἐξ ἐκεινȣ προνοια; και ὁ, τι περ ἂν ἐν τοις ὁλοις εἰτε θεȣ ἐργον, εἰτ' ἀγγελων, εἰτ' ἀλλων δαιμονων, εἰτε ἡρωων, παντα ταυτα ἐχει νομον ἐκ τȣ μεγιςȣ θεȣ; τεταχται δε ἐφ' ἑκαςα δυναμιν λαχων, ὁςις ἠξιωται; τȣτον ȣ̓ν, τον ἐκειθεν ἐξȣσιας τετυχηκοτα, ȣ̓ θεραπευει δικαιως ὁ σεβων τον θεον· ȣ̓τε γαρ οἱον τε, φησι, δȣλευειν τον αὐτον πλειοσι κυριοις. ὁρα δη και ἐν τȣτοις ὁσα συναρπαζει, δεομενα ȣ̓κ εὐκαταφρονητȣ ἐξετασεως, ἀλλα και ἐπιςημης βαθυτερων και ἀποῤῥητοτερων περι της των ὁλων πραγματων διοικησεως. το γαρ, παντα κατα γνωμην διοικεισθαι τȣ θεȣ, πως λεγεται, ἐξεταςεον· και ποτερον το διοικεισθαι, φθανει και ἐπι τα ἁμαρτανομενα ἢ μη. εἰ μεν γαρ φθανει το διοικεισθαι και ἐπι τα ἁμαρτανομενα ȣ̓

ſive diſſimiles forma ſint; non vero eſſe Deos, quibus hæc eriguntur, ſed eſſe dæmones; nec fas eſſe Dei cultori ullum dæmonibus cultum tribuere. Si noviſſet dæmonum naturam, & quæ eorum unuſquiſque facit, ſive vocetur ab illius artis peritis, ſive ſponte agat quod vult & poteſt; ſi perceptam habuiſſet de dæmonibus doctrinam, altam ſane & naturæ humanæ intellectu difficilem; probro non dediſſet nobis, quod negamus colendos eſſe dæmones ei qui ſummum Deum adorat. Imo tantum abeſt ut cultum dæmonibus deferamus, ut etiam illos & precibus & aliis modis quos ſcripturæ ſacræ nobis ſuppeditant, ejiciamus ex hominum animabus, ex locis ubi conſidunt, aliquando etiam ex animantium corporibus. Sæpe enim quædam dæmones faciunt, quæ etiam animantibus perniciem afferant.

68. Quoniam vero ſuperius permulta de Jeſu a nobis dicta ſunt, non opus eſt ut eadem nunc repetamus quo reſpondeatur ad iſtud: *Manifeſte convincuntur nec Deum, nec dæmona colere, ſed mortuum.* Quamobrem hoc prætermiſſo videamus quid deinceps Celſus dicat: *Ac primum quæſierim cur colendi non ſint dæmones? Nonne omnia pro Dei nutu adminiſtrantur, & ex illo omnis eſt providentia? Nonne quidquid ſit ſive a Deo, ſive ab Angelis, ſive ab aliis dæmonibus, ſive ab Heroibus, id omne legem a ſummo Deo præſcriptam habet? Nonne rebus ſingulis cum poteſtate præfectus eſt quicumque hoc munere dignatus eſt? Non igitur qui Deum colit, is juſte illum colit, cui a Deo conceſſa poteſtas eſt. Non enim,* inquit, *fieri poteſt ut idem pluribus dominis ſerviat.* Vide & hic quot ſibi ut conceſſa ſumat, quæ tamen ſeria inveſtigatione indigent altaque & retruſa cognitione rerum quæ ad hujus univerſi adminiſtrationem pertinent. Inquirendum enim quo ſenſu omnia dicantur pro Dei nutu adminiſtrari, pertineat-ne hæc adminiſtratio etiam ad peccata, an non. Nam ſi illa

δομοιτι λεσχηνευοιτο, ὑτε γιγνωσκων θεὑς, ὑδ' ἡρωας, οἱ τινες εἰσι. τι γουν σοφωτερον τὑ Ηρακλειτὑ ἡμας διδασκὑσιν; ὁ μεν γε μαλα απορρητως ὑποσημαινει, ἠλιθιον το τοις ἀγαλμασιν εὐχεσθαι, ἐαν μη γιγνωσκῃ τις θεους και ἡρωας, οἱ τινες εἰσιν· Ηρακλειτος μεν ὑτως· οἱ δε ἀντικρυς τα ἀγαλματα ἀτιμαζὑσιν. εἰ μεν ὁτι λιθος, ἠ ξυλον, ἠ χαλκος, ἠ χρυσος, ὁν ὁ δεινα ἠ ὁ δεινα εἰργασατο, ὑκ ἀν εἰη θεος, γελοια ἡ σοφια. τις γαρ και ἀλλος, εἰ μη παντῃ νηπιος, ταυτα ἡγειται θεους, ἀλλα μη θεων αναθηματα, και ἀγαλματα; εἰ δ' ὁτι μηδε θειας εἰκονας ὑποληπτεον, ἀλλην γαρ εἰναι θεὑ μορφην, ὡσπερ και Περσαις δοκει· λεληθασιν αὐτοι σφας αὐτὑς ἐλεγχοντες, ὁταν φωσιν, ὁτι ὁ θεος ἐποιησε τον ἀνθρωπον ἰδιαν εἰκονα, το δε εἰδος ὁμοιον ἑαυτῳ. ἀλλα συνθησονται μεν, εἰναι ταυτα ἐπι τιμῃ τινων, ἠ ὁμοιων ἠ ἀνομοιων το εἰδος· ὑτε δε θεὑς εἰναι, οἱς ταυτα ἀνακειται, ἀλλα δαιμονας· ὑδε χρηναι θεραπευειν δαιμονας, ὁςις σεβει θεον.

Και προς ταυτα δε λεκτεον· ὁτι, εἰπερ Σκυθαι, και Λιβυων οἱ Νομαδες, και Σηρες, ὑς φησιν ἀθεους εἰναι ὁ Κελσος, και ἀλλα ἐθνη δυσαγεςατα και ἀνομωτατα, ἀλλα και Περσαι, ὑκ ἀνεχονται νεως ὁρωντες, και βωμὑς, και ἀγαλματα· ὑ παρα τὑτο ἰσον ἐςι το μη ἀνεχεσθαι τὑτων ἐκεινὑς τῳ και ἡμας μη ἀνεχεσθαι αὐτων. ἐξεταςεον γαρ τα δογματα, ἀφ' ὡν ὁρμωμενοι ὑκ ἀνεχονται ναων και ἀγαλματων, οἱ μη ἀνεχομενοι γε αὐτων· ἱν', εἰ μεν ἀπο ὑγιων δογματων ὑκ ἀνεχεται, ἐπαινηται ὁ μη ἀνεχομενος· εἰ δ' ἀπο ἐσφαλμενων, ψεγηται. δυνατον γαρ το αὐτο ἀπο διαφορων δογματων γινεσθαι. οἱον ἐπι παραδειγματος, ἐκκλινὑσι το μοιχευειν οἱ τα τὑ Κιτιεως Ζηνωνος φιλοσοφουντες, ἀλλα και οἱ τα Επικὑρὑ, τινες δε και των παντελως ἰδιωτων. ἀλλ' ὁρα, ὁση διαφωνια ἐςι περι της τὑ μοιχευειν ἐκκλισεως των τοσὑτων. οἱ μεν, δια το κοινωνικον και παρα φυσιν εἰναι τῳ λογικῳ ζωῳ, νοθευειν την ὑπο των νομων ἑτερῳ προκαταληφθεισαν γυναικα, και φθειρειν τον

ἀλλὑ

„ parietibus colloquium haberet, ignarus quid ſint „ dii, quid ſint Heroes." *Et quid illi nos docent Heraclitea ſententia ſapientius? Ille clam ſubindicat ſtultum eſſe preces ferre ſimulacris, niſi cognoſcatur quid ſint dii, quid Heroes. Sic Heraclitus, illi vero nulla exceptione ſimulacra contemnunt. Si ideo, quod nec lapis, nec lignum, nec æs, nec aurum quod hic aut ille expolivit, Deus eſſe poſſit, ridicula hæc ſapientia. Ecquis enim niſi prorſus deſipiat, hæc deos eſſe judicet, non vero dona diis conſecrata eorumque ſimulacra? Sin putant neque imagines eſſe deorum, ſiquidem alia ſit deorum forma, id quod & Perſis viſum eſt, ſe ipſi imprudentes condemnant. Aiunt enim Deum hominem feciſſe propriam imaginem, & forma ſibi ipſi ſimilem. Sed concedent quidem ſimulacra illa quorumdam cultui deſtinata eſſe, ſive illi ſimiles, ſive diſſimiles forma ſint. At negabunt deos eſſe quibus illa eriguntur, & dæmones eſſe affirmabunt, dicentque nefas eſſe Dei cultori ullum dæmonibus cultum tribuere.*

63. Ad hæc dicendum, ſi Scythæ, Nomades in Lybia, Seres, quibus ait Celſus nullos eſſe Deos, ſi aliæ gentes impiæ & barbaræ, ſi Perſæ ipſi non templa, non ſimulacra ferunt; non idcirco eandem illis eſſe res hujusmodi non ferendi rationem, atque nobis. Inquirendum enim eſt quibus dogmatis ad rejicienda templa & ſimulacra impulſi fuerint ii, qui illa non ferunt: ut, ſi quis propter ſana dogmata non illa fert, laudetur; ſi propter falſa, vituperetur. Fieri enim poteſt ut diverſa dogmata rei ejuſdem cauſa ſint. Exempli gratia, vitant adulterium Philoſophi qui Zenonem Citienſem ſectantur; vitant & quibus Epicurus placet magiſter; nonnulli etiam omnino idiotæ. Sed vide quam diverſa ratione illi omnes ab adulterio abſtineant. Alii boni publici ſtudio, & quia naturæ repugnat ab animante rationis participe fœminam adulterari legibus conjunctam alteri, & alterius hominis corrumpi domum: Epicuri vero diſci-

ἀλλου ἀνθρωπου οἰκον· οἱ δε ἀπο Επικουρου ου δια τουτο ου μοιχευουσιν, ὁτε ἀπεχονται του μοιχευειν, ἀλλα δια το νενομικεναι τελος την ἡδονην, πολλα δ' ἀπανταν κωλυτικα της ἡδονης τῳ εἰξαντι μιᾳ τη του μοιχευειν ἡδονῃ, και ἐσθ' ὁτε φυλακας, ἡ φυγας, ἡ θανατους· πολλακις δε προ τουτων και κινδυνους, κατα το ἐπιτηρειν την του ἀνδρος ἐξοδον ἀπο της οἰκιας, και των τα ἐκεινου φρονουντων· ὡς εἰ καθ' ὑποθεσιν μοιχευοντα οἱον τ' ἠν λαθειν και τον ἀνδρα της γυναικος, και τους οἰκειους παντας αὐτου, και τους παρ' οἱς τις ἐκ του μοιχευειν ἀδοξει· κἀν ἐμοιχευσε δια την ἡδονην ὁ Επικουρειος. εἰ δε και ὁ ἰδιωτης ποτε, παρον μοιχευειν, ου μοιχευει, εὑρεθειη ἀν ἐνιοτε δια τον ἐνεςωτα ἐκ του νομου φοβον και τας κολασεις μη μοιχευων· και ου δια το θηρασθαι πλειονας ἡδονας ὁ τοιουτος ἀπεχοιτ' ἀν του μοιχευειν. ὁρας ουν ὁτι το ἐν εἰναι νομιζομενον ἐργον, ἡ της μοιχειας ἀποχη, παρα τας προθεσεις των ἀπεχομενων ου ταὐτον, ἀλλα διαφορον γινεται· ἡ γαρ ἀπο ὑγιων δογματων, ἡ ἀπο μοχθηρων και ἀσεβεςατων των ἐν τῳ Επικουρειῳ ἡ τῳ τοιῳδ' ἰδιωτῃ.

Ωσπερ ουν το ἐν τουτο πραγμα, ἡ της μοιχειας ἀποχη, ἐν εἰναι δοκουσα, πολλα ἁλισκεται τυγχανουσα, παρα τα διαφορα δογματα και τας προθεσεις· ουτω και των μη ἀνεχομενων παρα βωμοις, και ναοις, και ἀγαλμασι σεβειν το θειον, Σκυθαι μεν, ἡ Λιβυων οἱ Νομαδες, ἡ Σηρες οἱ ἀθεοι, ἡ Περσαι, ἀπο δογματων τουτο πραττουσιν ἀλλων, ἡ ὡν χριςιανοι και Ιουδαιοι ουκ ἀνεχονται της τοιαυτης ὑπολαμβανομενης εἰς το θειον θεραπειας. ουδεις ἐκεινων, δια το ἐκκλινειν και κατασπαν και καταγειν την περι το θειον θρησκειαν ἐπι την τοιαυτην ὑλην ουτωσι ἐσχηματισμενην, ουκ ἀνεχεται βωμων και ἀγαλματων· ουδε δια το διειληφεναι περι δαιμονων, ὁτι τοιοισδε παρακαθεζονται σχημασι και χωριοις, ἠτοι ὑπο τινων μαγγανειων κατακλιθεντες, ἡ και ἀλλως δυνηθεντες προκαταλαβειν ἑαυτοις τοπους, ἐν οἱς της των θυομενων ἀποφορας λιχνως μεταλαμβανοντες παρανομον ἡδονην και παρανομως θηρασωνται. χριςιανοι δε και Ιουδαιοι δια το, κυριον

τον

puli non ea cauſa adulterio abſtinent, cum illo abſtinent; ſed quod ſummum bonum in voluptate poſitum exiſtiment, multaque voluptati ejus officere, qui uni adulterii voluptati cedit: qualia ſunt carcer, fuga mors, ſæpe etiam ante illas pœnas & pericula, dum obſervat mariti & aliorum qui illi favent, e domo exitum: ita ut ſi ſupponas adulterum marito, domeſticis ejus, illiſque apud quos ob ejuſmodi facinus male audiret, latere poſſe, etiam Epicureus voluptatis cauſa perpetraret adulterium. Ad idiotam quod attinet, ſiquando cum adultera bella eſt occaſio, ſibi ab adulterio temperat, in cauſa eſt plerumque non plurium voluptatum captatio, ſed legum ſuppliciorumque metus. Vides igitur factum, quod unum videtur, cujuſmodi eſt adulterii abſtinentia, non idem tamen, ſed diverſis hominum voluntatibus, quæ vel a ſanis vel ab improbis & impiis oriuntur principiis, cujuſmodi ſunt in Epicureo aut illo idiota.

64. Quemadmodum igitur unum illud factum, abſtinentia ſcilicet adulterii, licet videatur eſſe unum, deprehenditur tamen eſſe multiplex, prout diverſa ſunt dogmata & voluntates; ita qui in aris, in templis, in ſimulacris colere divinitatem non ſuſtinent, ut Scythæ, Nomades in Lybia, Seres quibus Deus non eſt, Perſæ, ad reſpuendum illum cultum aliis dogmatis moventur, ac illis, quibus Chriſtiani & Judæi recuſant hujuſmodi cultu proſequi divinitatem. Nemo enim illorum odio habet aras & ſimulacra, quod cultum divinitatis deprimere & in materiam illo modo elaboratam transferre vereatur; neque quod putet Dæmones inſidere in quibuſdam ſimulacris & locis, ubi magicis carminibus retineantur, aut poſſe aliis modis quædam loca occupare in quibus victimarum nidore paſti illicitam illicite voluptatem venentur. Sed Judæi & Chriſtiani propter

ſtud: *Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſervies;* tem propter illud: *Non erunt tibi dii alii præter me;* t, *Non facies tibi idolum, neque omnem ſimilitudinem uæ eſt in cœlo deſuper, & quæ in terra deorſum, & quæ n aquis ſub terra deorſum: non adorabis ea, neque coles;* t propter hoc: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi oli ſervies,* & propter alia plura ſimilia, non ſolum empla, aras, & ſimulacra adominantur, ſed etiam arati ſunt mori ubi ſe dederit occaſio, ut ſuam Dei ummi notionem ab aliqua ejuſmodi impietate intamiatam ſervent.

65. De Perſis jam ſupra diximus, ab illis non empla quidem conſtrui, ſed Solem tamen & Dei pera adorari. Id quod vetitum nobis eſt, ut qui octi ſumus non creaturam adorare, ſed Creatorem, t *creaturam liberatum iri a ſervitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei;* & *exſpectationem creaturæ evelationem filiorum Dei exſpectare,* & *vanitati creatuam ſubjectam eſſe non volentem, ſed propter eum qui ſubjeit in ſpe;* proinde res corruptioni ſervitutis ſubjacenes & vanitati ſubjectas & melioris conditionis ſpe ſic ermanentes adorari non oportere pro Deo, qui nula re indiget, aut pro filio ejus & *primogenito omnis reaturæ.* Atque hæc ſupradictis de Perſarum gente ras quidem & ſimulacra averſante, ſed creaturam oco creatoris colente addidiſſe ſatis fuerit. Quoiam vero & Heracliti verba recitavit, quibus ſubndicari ait, *ſtultum eſſe preces ferre ſimulacris, niſi noum ſit quid ſint Dii, quid Heroes:* dicendum, facile ognoſci poſſe diſcrimen quod inter Deum, Unigeitum ejus, dignatos a Deo Dei appellatione, paricipes ejus divinitatis, & omnes Deos gentium qui Dæmonia ſunt, intercedit; ſed Deum cognoſci ſimul t ſimulacris cultum tribui non poſſe.

Και ου μονον το εὐχεσθαι τοις ἀγαλμασιν ἠλιθιον ἐστιν, ἀλλα γαρ και το συμπεριφερομενον τοις πολλοις προσποιεισθαι τοις ἀγαλμασιν εὐχεσθαι· ὁποιον ποιουσιν οἱ τα ἀπο του Περιπατου φιλοσοφουντες, και οἱ τα Επικουρου ἠ Δημοκριτου ἀσπαζομενοι. οὐδεν γαρ νοθον χρη ἐνυπαρχειν τη ψυχη του ἀληθως εἰς το θειον εὐσεβους. οὐ τιμωμεν δε τα ἀγαλματα και δια το μη, το ὁσον ἐφ᾽ ἡμιν, καταπιπτειν εἰς ὑποληψιν την περι του εἰναι τα ἀγαλματα θεους ἑτερους. διο και ἐγκαλουμεν Κελσῳ και πασι τοις ὁμολογουσι μη εἰναι ταυτα θεους, ὁτι των δοκουντων εἰναι σοφων και ἡ φαινομενη περι τα ἀγαλματα τιμη, οἱς και ἀκολουθουντες οἱ πολλοι ου μονον κατα συμπεριφοραν σεβειν αὐτα νομιζοντες, ἁμαρτανουσιν, ἀλλα γαρ και καταπιπτοντες τη ψυχη ἐπι το νομιζειν ταυτα εἰναι θεους, και μηδ᾽ ἀνεχομενοι ἀκουειν, ὁτι οὐκ εἰσι ταυτα θεοι τα ὑπ᾽ αὐτων προσκυνουμενα. Κελσος μεν οὐν φησιν αὐτα μη ἡγεισθαι θεους, ἀλλα θεων ἀναθηματα· μη ἀποδεικνυς, πως οὐκ ἀνθρωπων εἰσι ταυτα ἀναθηματα, ἀλλ᾽, ὡς ὠνομασεν, αὐτων των θεων. σαφες γαρ, ὁτι ἐστιν ἀνθρωπων πεπλανημενων περι το θειον ταυτα ἀναθηματα. ἀλλ᾽ οὐδε θειας εἰκονος ὑπολαμβανομεν εἰναι τα ἀγαλματα, ἁτε μορφην ἀορατου και ἀσωματου μη διαγραφοντα θεου. ἐπει δε ὑπολαμβανει ἡμας ὁ Κελσος τοις ἐναντιοις περιπιπτειν, ὁτε φαμεν μη εἰναι ἀνθρωπομορφον το θειον, και ὁτε πιστευομεν, ὁτι ὁ θεος ἐποιησε τον ἀνθρωπον ἰδιαν εἰκονα, και ἐν εἰκονι θεου ἐποιησεν αὐτον· λεκτεον, ὡς και ἐν τοις ἀνωτερω εἰρηται, ὁτι το, κατ᾽ εἰκονα θεου, ἐν ψυχη λογικη, τη ποια κατ᾽ ἀρετην, σωζεσθαι φαμεν. και ἐνθα μεν τοι ὁ Κελσος, μη ἰδων διαφοραν εἰκονος θεου, και του κατ᾽ εἰκονα θεου, φησιν ἡμας λεγειν ὁτι ὁ θεος ἐποιησε τον ἀνθρωπον ἰδιαν εἰκονα και εἰδος ὁμοιον ἑαυτῳ· εἰρηται δε ἐν τοις ἀνωτερω και προς ταυτα.

Εἰθ᾽ ἑξης φησι περι χριστιανων, ὁτι συνθησονται μεν εἰναι ταυτ᾽ ἐπι τιμη τινων, ἠ ὁμοιων, ἠ ἀνομοιων το εἰδος·

οὐτε

66. Neque ſolum ſtultum eſt ſimulacris preces ferre, verum etiam ad id ſimulandum trahi exemplo multitudinis: quod faciunt Peripateticæ Philoſophiæ ſectatores, & qui Epicuri aut Democriti placita amplectuntur. Nihil enim in anima hominis vera pietate Deum colentis ineſſe debet adulterinum. Eſt nobis & alia cauſa cur ſimulacris nullum honorem habeamus, nimirum ne quantum in nobis eſt in hanc labamur opinionem, ſimulacra alios Deos eſſe. Quocirca vitio vertimus Celſo aliiſque ſimulacra Deos non eſſe confitentibus, quod ſapientes habiti cultum ſimulacris deferre videantur. Eorum enim exemplo multi peccant qui non ſolum hæc ſibi colenda eſſe putant ut ſe conſuetudini accommodent, ſed etiam mente in hanc incidunt opinionem, illa eſſe Deos: quo fit ut aud.re non poſſint, Deos illa non eſſe quæ ab ipſis adorantur. Ait quidem Celſus ſe *illa Deos non exiſtimare, ſed dona Diis conſecrata.* At non oſtendit, quomodo illa non ſint potius conſecrata hominibus, quam Diis, ut loquitur. Conſtat enim illa dona eſſe hominum, qui de divinitate in errore verſantur. Neque enim credimus ſimulacra eſſe divinæ imaginis, ut quæ Dei inviſibilis & incorporei formam non referant. Quod Celſus putat nos a nobis ipſis diffidere cum negamus divinitatem eſſe humana forma, & nihilominus credimus Deum feciſſe hominem ſuam imaginem, & in imagine Dei feciſſe illum; id refellendum ut ſupra: nempe in anima rationis participe & ad virtutem formata impreſſum ſervari imaginis Dei characterem: ubi etiam Celſus cum non intelligeret quid differant hæc duo, eſſe imaginem Dei, & creari ſecundum imaginem Dei, nos facit dicentes, *Deum feciſſe hominem ſuam imaginem, & forma ſimilem ſibi.* Sed & de his jam ſupra dictum eſt.

67. Poſt hæc Celſus de Chriſtianis ait: *Facile conceſſerint ea eſſe cultui aliquorum conſecrata, ſive illi ſimiles,*

ὀτι δε θεως ἐιναι, οἱς ταυτ᾽ ἀνακειται, ἀλλα δαιμονας· ὀυτε χρηναι θεραπευειν δαιμονας, ὁςις σεβει θεον. και ει ἠπιςατο γε τον περι δαιμονων λογον, και ὡν ἑκαςος αὐτων ἐνεργει, ειτε καλȣμενος ὑπο των περι ταυτα δεινων, ειτε και ἑκουσιως ἐπιδιδȣς ἑαυτον ᾗ βȣλεται και δυναται ἐνεργεια· και διειληφει τον περι δαιμονων λογον, πολυν ὀντα και δυσληπτον τῃ ἀνθρωπινῃ φυσει· ȣκ ἀν ἐνεκαλεσεν ἡμιν φασκȣσιν, ὁτι ȣ χρη θεραπευειν δαιμονας, ὁςις σεβει τον ἐπι πασι θεον. και τοσȣτον γε ἀποδεομεν τȣ θεραπευειν δαιμονας, ὡςε και ἀπελαυνειν αὐτȣς εὐχαις, και τοις ἀπο των ἱερων γραμματων μαθημασιν, ἀπο των ἀνθρωπινων ψυχων, και ἀπο των τοπων, ἐν οἱς αὐτȣς ἱδρυκασιν· ἐσθ᾽ ὁτε δε και ἀπο των ζωων. πολλακις γαρ ἐπι τῃ λυμῃ και των τοιȣτων ἐνεργȣσι τινα οἱ δαιμονες.

Δια δε τα ἀνωτερω πολλα περι τȣ Ιησȣ ἡμιν εἰρημενα, ȣ χρη νυν παλιλλογειν προς το, ὁτι μεν ȣν αὐτοι διελεγχονται σαφως ȣ θεον, ἀλλ᾽ ȣδε δαιμονα, ἀλλα νεκρον σεβοντες· τȣτο μεν αὐτικα δια τȣτο παραλιποντες, ιδωμεν τας ἑξης τȣ Κελσȣ λεξεις, ἐν αἱς Φησι, προτερον δε ἐρησομαι, δια τι δαιμονας ȣ θεραπευτεον; ȣ παντα μεν τοι κατα γνωμην διοικειται τȣ θεȣ; και πασα ἐξ ἐκεινȣ προνοια; και ὁ, τι περ ἀν ἐν τοις ὁλοις ειτε θεȣ ἐργον, ειτ᾽ ἀγγελων, ειτ᾽ ἀλλων δαιμονων, ειτε ἡρωων, παντα ταυτα ἐχει νομον ἐκ τȣ μεγιςȣ θεȣ; τεταχται δε ἐφ᾽ ἑκαςα δυναμιν λαχων, ὁςις ἠξιωται; τȣτον ȣν, τον ἐκειθεν ἐξȣσιας τετυχηκοτα, ȣ θεραπευει δικαιως ὁ σεβων τον θεον· ȣτε γαρ οἱοντε, φησι, δȣλευειν τον αὐτον πλειοσι κυριοις. ὁρα δη και ἐν τȣτοις ὁσα συναρπαζει, δεομενα ȣκ εὐκαταφρονητȣ ἐξετασεως, ἀλλα και ἐπιςημης βαθυτερων και ἀποῤῥητοτερων περι της των ὁλων πραγματων διοικησεως. το γαρ, παντα κατα γνωμην διοικεισθαι τȣ θεȣ, πως λεγεται, ἐξεταςεον· και ποτερον το διοικεισθαι, φθανει και ἐπι τα ἁμαρτανομενα ἡ μη. ει μεν γαρ φθανει το διοικεισθαι και ἐπι τα ἁμαρτανομενα ȣ

μονον

ſive diſſimiles forma ſint; non vero eſſe Deos, quibus hæc eriguntur, ſed eſſe dæmones; nec fas eſſe Dei cultori ullum dæmonibus cultum tribuere. Si noviſſet dæmonum naturam, & quæ eorum unuſquiſque facit, ſive vocetur ab illius artis peritis, ſive ſponte agat quod vult & poteſt; ſi perceptam habuiſſet de dæmonibus doctrinam, altam ſane & naturæ humanæ intellectu difficilem; probro non dediſſet nobis, quod negamus colendos eſſe dæmones ei qui ſummum Deum adorat. Imo tantum abeſt ut cultum dæmonibus deferamus, ut etiam illos & precibus & aliis modis quos ſcripturæ ſacræ nobis ſuppeditant, ejiciamus ex hominum animabus, ex locis ubi conſidunt, aliquando etiam ex animantium corporibus. Sæpe enim quædam dæmones faciunt, quæ etiam animantibus perniciem afferant.

68. Quoniam vero ſuperius permulta de Jeſu a nobis dicta ſunt, non opus eſt ut eadem nunc repetamus quo reſpondeatur ad iſtud: *Manifeſte convincuntur nec Deum, nec dæmona colere, ſed mortuum.* Quamobrem hoc prætermiſſo videamus quid deinceps Celſus dicat: *Ac primum quæſierim cur colendi non ſint dæmones? Nonne omnia pro Dei nutu adminiſtrantur, & ex illo omnis eſt providentia? Nonne quidquid fit ſive a Deo, ſive ab Angelis, ſive ab aliis dæmonibus, ſive ab Heroibus, id omne legem a ſummo Deo præſcriptam habet? Nonne rebus ſingulis cum poteſtate præfectus eſt quicumque hoc munere dignatus eſt? Non igitur qui Deum colit, is juſte illum colit, cui a Deo conceſſa poteſtas eſt. Non enim,* inquit, *fieri poteſt ut idem pluribus dominis ſerviat.* Vide & hic quot ſibi ut conceſſa ſumat, quæ tamen ſeria inveſtigatione indigent altaque & retruſa cognitione rerum quæ ad hujus univerſi adminiſtrationem pertinent. Inquirendum enim quo ſenſu omnia dicantur pro Dei nutu adminiſtrari, pertineat-ne hæc adminiſtratio etiam ad peccata, an non. Nam ſi illa

μονον ἐν ἀνθρωποις, ἀλλα και δαιμοσι, και εἰτι ἀλλο των ἐξω σωματων πεφυκεν ἁμαρτανειν· ὁρατω την ἀτοπιαν ὁ τυτο λεγων, τυ παντα κατα γνωμην διοικεισθαι τυ θευ· ἀκολυθει γαρ τῳ λογῳ, και τα ἁμαρτανομενα, και παντα τα ἀπο κακιας, κατα γνωμην διοικεισθαι τυ θευ. ὁπερ ἐ ταὐτον ἐςι τῳ· ἐ κωλυοντος τυ θευ γινεται. εἰ δε κυριως τις ἀκουοι τυ διοικεισθαι, και διοικεισθαι μεν λεγοι τα ἀπο κακιας διοικυμενα· δηλονοτι παντα κατα γνωμην διοικειται τυ θευ, και ἐ παρανομει εἰς την διοικησιν τυ θευ πας ἁμαρτανων. το δ' ὁμοιον και περι προνοιας διαςαλτεον, και λεκτεον, ὁτι το, πασα ἐξ ἐκεινυ προνοια, σημαινει μεν τι ἀληθες, ὁτε ἡ προνοια σπυδαιον ἐςιν. εἰ δ' ἁπαξαπλως παντα τα γινομενα κατα προνοιαν εἰναι φησομεν, κἀν κακως τι γινηται, ψευδος ἐςαι το, πασα ἐξ ἐκεινυ προνοια· εἰ μη ἀρα και τα κατ' ἐπακολυθησιν των ἐκ προνοίας θευ, λεγοι τις εἰναι ἐκ προνοιας θευ. ἀποφαινεται δε και ὁ, τι περ ἀν ᾐ ἐν τοις ὁλοις, εἰτε θευ ἐργον, εἰτ' ἀγγελων, εἰτε ἀλλων δαιμονων, εἰτε ἡρωων, παντα ταυτα ἐχει νομον ἐκ τυ μεγιςυ θευ· και ὐκ ἀληθη γε λογον ἀποφαινεται. ὐδε γαρ τα παρανομουντα ἑπομενα νομῳ τῳ ἀπο μεγιςυ θευ παρανομει. παρανομειν δε ὁ λογος δεικνυσιν ὐ μονον ἀνθρωπυς φαυλυς, ἀλλα και τυς φαυλυς δαιμονας, και τυς φαυλυς ἀγγελυς.

Φαυλυς δε δαιμονας ὐ μονοι λεγομεν ἡμεις, ἀλλα και σχεδον παντες, ὁσοι δαιμονας τιθεασιν εἰναι. ὐ παντα ὐν ἐχει νομον ἐκ τυ μεγιςυ θευ. ὁσα γαρ παρ' ἰδιαν ἀπροσεξιαν, κακιαν, ἡ πονηριαν, ἡ ἀγνοιαν τυ καλυ, ἀποπεπτωκεν τυ θειυ νομυ, ὐκ ἐχει τον νομον τυ θευ, ἀλλ' ἱνα ὀνομασω καινῳ ὀνοματι, και τῳ κατα την γραφην, τον νομον ἐχει της ἁμαρτιας. κατα μεν ὐν τυς πολλυς των τιθεντων εἰναι δαιμονας, και οἱ φαυλοι δαιμονες ὐκ ἐχυσι τον ἀπο θευ νομον, ἀλλα παρανομυσι· κατα δε ἡμας, παντες δαιμονες, ἀποπεσοντες της ἐπι το ἀγα-

θον

adminiſtratio pertinet ad peccata non hominum tantum, ſed etiam dæmonum & ſi quid aliud corporis expers eſt peccato obnoxium; videat ille, qui hoc dicit, quam abſurdum ſit omnia Dei arbitrio diſpenſari: hinc enim conſequens eſt ut peccata omnia, & quidquid ex vitio naſcitur, pro Dei nutu adminiſtrentur: quod quidem non idem eſt ac ſi quis diceret hæc fieri non prohibente Deo. Nam ſi quis proprio ſenſu adminiſtrationem acceperit ac dixerit ea, quæ naſcuntur ex vitio, adminiſtrari, evidens eſt pro Dei nutu adminiſtrari omnia; proinde in Dei adminiſtrationem nihil peccare eum qui peccat. De providentia eadem eſt adhibenda diſtinctio. Nam hæc: *Omnis ex illo providentia*, aliquid verum ſignificant, cum providentiæ nihil niſi juſtum adſcribitur. Si vero generatim dixerimus quidquid fit, id ex providentia fieri, etiamſi malum ſit, falſum eſt *omnem ex illo eſſe providentiam*: niſi forte intelligatur, quæ ex operibus providentiæ Dei conſequuntur, ea ex providentia Dei fieri. Affirmat etiam, *quidquid ſit ſive a Deo, ſive ab Angelis, ſive ab aliis dæmonibus, ſive ab Heroibus, hæc omnia legem habere ſibi a Deo maximo præſcriptam.* Sed id quoque falſum eſt. Neque enim naturæ peccant, Dei legem ſequuntur cum peccant. Atqui Scriptura docet non ſolum homines, ſed & malos dæmones maloſque Angelos peccare.

69. Neque vero nos ſoli malos dæmones dicimus, ſed prope omnes illi quotquot dæmones eſſe credunt. Non omnia igitur legem a Deo maximo ſibi præſcriptam habent. Quiſquis enim ſive incogitantia, ſive vitio & malitia, ſive boni ignorantia a divina lege diſceſſit, is non Dei legem, ſed, ut novo & ſcripturis uſitato vocabulo utar, peccati legem habet. Itaque ex opinione multorum qui dæmones eſſe ſtatuunt, mali quoque dæmones a Deo non legem habent, ſed ab illa deſciſcunt: nos vero tribuimus id omnibus

dæmo-

προτερον ἐκ ὀντες δαιμονες· και ἐςιν εἰδος των φαυλων το των δαιμονων. διοπερ ἐ χρη θερα-πευειν δαιμονας, ὁςις σεβει θεον. δηλουται δε τα περι δαιμονας και ὑπο των καλουντων αὐτους ἐπι τοις ὀνο-μαζομενοις φιλτροις, ἠ μισητροις, ἠ ἐπι κωλυσεσι πρα-ξεων, ἠ ἀλλων τοιουτων μυριων· ἁπερ ποιουσιν οἱ δι᾽ ἐπῳ-δων και μαγγανειων μεμαθηκοτες καλειν και ἐπαγεσθαι οὑς θελουσι, διοπερ ἡ παντων δαιμονων θε-ραπεια ἀλλοτρια ἡμων ἐςι, των σεβοντων τον ἐπι πασι θεον. θεραπεια δαιμονων ἐςιν ἡ θεραπεια των νομιζο-μενων θεων· παντες γαρ οἱ θεοι των ἐθνων δαιμονια. δηλον δε και τουτο ἐκ του εἰς τα δοκουντα ἐνεργεςερα των ἱερων κατακλησεις περιεργους γεγονεναι, και κατα τας ἀρχας της ἱδρυσεως των τοιωνδε ξοανων και ναων τινας κατακλησεις οἱ τῃ των δαιμονων δια μαγ-γανειων θεραπεια σχολαζοντες πεποιηνται. διο δεδοκ-ται ἡμιν φευγειν ὡς ὀλεθρον την των δαιμονων θεραπειαν· δαιμονων δε θεραπειαν εἰναι φαμεν πασαν την νομιζο-μενην παρ᾽ Ἑλλησι παρα βωμοις και ἀγαλμασι και ναοις θεων θρησκειαν.

Εἰπε δε και το, τεταχθαι δε ἐφ᾽ ἑκαςῳ δυναμιν λα-χουν του μεγιςου θεου, ὁςις ἠξιωται ὁυτινοσουν ἐργου; δει-ται δε πανυ βαθυτερας ἐπιςημης, και δυναμενης πα-ραςησαι, ποτερον ποτε, ὡς οἱ δημιοι ἐν ταις πολεσι, και οἱ τεταγμενοι ἐπι των σκυθρωπων μεν, ἀναγκαιων δε ἐν ταις πολιτειαις πραγματων, ὀυτως εἰσι τεταγμενοι μοχθηροι δαιμονες ἐπι τινων ὑπο του διοικουντος τα ὁλα λογου θεου· ἠ, ὡσπερ οἱ ἐν ταις ἐρημιαις λῃςευοντες, και ἑνα τινα προςησαμενοι ἀρχειν αὐτων· ὀυτως οἱ δαιμονες, οἱονει κατα τοπους της γης συςηματα γενομενοι, ἀρχον-τα τινα ἑαυτοις πεποιηκασι, τον ἡγησομενον αὐτων εἰς τας πραξεις, ἁς εἱλοντο ὑπερ του κλεπτειν και λῃςευειν ἀν-θρωπων ψυχας. χρεια δε τῳ μελλοντι εἰς ταυτα λεγειν

dæmonibus, qui, cum olim tales non eſſent, dæmones facti ſunt, ex quo a via, quæ ad bonum perducit, aberravere: ita ut dæmones ſpecies ſint naturarum quæ a Deo exciderunt. Quapropter non oportet Dei cultorem dæmonibus cultum deferre. Eſt & alia dæmonum vim cognoſcendi ratio: nempe ſi conſideretur eos a quibuſdam vocari, ut amor aut odium inſpiretur, aut quædam actiones impediantur, aut innumera hujuſmodi alia fiant, quorum auctores ſunt ii, qui carminibus magiciſque incantationibus norunt invocare & arceſſere dæmones ſimul atque libitum eſt. Quare omnium dæmonum cultus alienus eſt a nobis ſummi Dei cultoribus, & cultus dæmonum cultus eſt eorum qui dii habentur: *Omnes* enim *dii gentium dæmonia.* Hoc etiam inde liquet, quod in ſacris quæ efficaciora videbantur arcanæ adhibitæ fuerint vocationes, etiam cum primum ſimulacra collocata ſunt & templa conſtructa. Quas evocationes fecerunt ii, qui artibus magicis utentes dæmonum cultui vacabant. Atque hinc eſt quod cultum dæmonum perinde ac perniciem fugiamus, cenſeamuſque ritus illos quibus ad aras, ſtatuas, & templa utuntur Græci, dæmonum eſſe cultum.

70. Dixit præterea: *Nonne ſingulis rebus præfectus eſt poteſtate a Deo accepta quiſquis quolibet opere dignus habitus eſt?* Sed hic opus eſt altiore ſcientia, qua definiri poſſit utrum quemadmodum in civitatibus carnifices & alii crudelibus quidem ſed neceſſariis muneribus addicti ſunt, ita mali dæmones muniis quibuſdam præfecti ſint a Verbo Dei quod adminiſtrat omnia; an, quemadmodum in deſertis locis latrones unum aliquem ſibi præficiunt, ſic dæmones quaſi agminatim in diverſis terræ regionibus collecti, ſibi ipſi principem conſtituerint cujus ductu ipſi ſurripiant & furentur hominum animas. Qui autem de iis bene diſſerere voluerit, ut Chriſtianos aliud quidpiam

præter

καλως, ἱνα περι χριςιανων ἀπολογησηΊαι, ἐκτρεπουμενων ἀλλο τι σεβειν παρα τον ἐπι πασι Θεον, και τον πρωτοτοκον πασης κτισεως λογον αὐτȣ και Θεον, διηγητασθαι και το, παντες, ὁσοι ἠλθον προ ἐμȣ, κλεπται εἰσι και λῃςαι, και ȣ̓κ ἠκȣσεν αὐτων τα προβατα· και το, ὁ κλεπτης ȣ̓κ ἐρχεΊαι, εἰ μη ἱνα κλεψῃ, και θυσῃ, και ἀπολεσῃ· και εἰ τι ἀλλο τȣτοις εἰρηται παραπλησιον ἐν τοις ἱεροις γραμμασιν· ὡσπερ και το, ἰδȣ, δεδωκα ὑμιν ἐξȣσιαν τȣ πατειν ἐπανω ὀφεων και σκορπιων, και ἐπι πασαν την δυναμιν τȣ ἐχθρȣ, και ȣ̓δεν ὑμας ȣ̓ μη ἀδικησει; και το, ἐπ' ἀσπιδα και βασιλισκον ἐπιβησῃ, και καταπατησεις λεοντα και δρακοντα. ἀλλ' ȣ̓δαμως ᾐδει ταυτα ὁ Κελσος. εἰ γαρ ᾐδει, ȣ̓κ ἀν εἰπε, και ὁ, τι περ ἀν ᾐ ἐν τοις ὁλοις εἰτε Θεȣ ἐργον, εἰτ' ἀγγελων, εἰτε δαιμονων, εἰτε ἡρωων· ταυτ' ἐχει νομον ἐκ τȣ μεγιςȣ Θεȣ; τεταχΊαι δε ἐφ' ἑκαςῳ δυναμιν λαχων, ὁςις ἠξιωΊαι; τȣτον ȣ̓ν, τον ἐκειθεν ἐξȣσιας τετυχηκοτα, ȣ̓ θεραπευσει δικαιως ὁ σεβων τον θεον. τȣτοις δ' ἐπιφερει το, ȣ̓ γαρ οἱοντε δȣλευειν τον αὐτον πλειοσι κυριοις· περι ȣ̓ ἐν τῳ ἑξης βιβλιῳ διαληψομεθα, ἀτε αυταρκη περιγραφην εἰληφοτος τȣ ἑβδομȣ τομȣ προς το συγγραμμα Κελσȣ ἡμιν γεγραμμενȣ.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΚΑΤΑ ΚΕΛΣΟΥ.

ΤΟΜΟΣ η.

Ηδη ἐφθασα ἐπι το συντελεσαι ἑπτα βιβλια, θελω δε ἀρξασθαι και ὀγδοȣ. Θεος δε και ὁ μονογενης αὐτȣ λογος παρεςαι ἡμιν, ἱνα γενναιως μεν τα Κελσȣ ψευδη διελεγχθῃ, ματην ἐπιγεγραμμενα ἀληθης λογος· δυνατως δε και το ὁσον ἐπι τοις ὑπαγορευομενοις τα χριςιανισμȣ ἀποδειχθῃ· εὐχομενοις το, ὑπερ χριςȣ πρεσβευομεν; ὡς τȣ Θεȣ παρακαλουντος δι' ἡμων, εἰπειν τῃ τȣ Παυλȣ διαθεσει, και πρεσβευσαι ὑπερ τȣ χριςȣ προς τȣς ἀνθρωπȣς, ὡς ὁ τȣ Θεȣ λογος ἐπι την προς ἑαυτον

præter ſummum Deum primogenitum omnis creaturæ Verbum ejus & Deum colere fugientes defendat, illum oportet enarrare iſtud: *Omnes quotquot venerunt ante me, fures ſunt & latrones, & non audierunt eos oves*; & hoc *Fur non venit niſi ut furetur & mactet & perdat*, & ſi quid aliud ſimile ſacris in ſcripturis dictum ſit, ut & iſtud: *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit*; & hoc aliud: *Super aſpidem & baſiliſcum amabulabis, & conculcabis leonem & draconem.* Sed nihil eorum noverat Celſus. Nam ſi nota illi eſſent, non dixiſſet: *Nonne quidquid fit in hac univerſitate ſive a Deo, ſive ab Angelis, ſive ab aliis dæmonibus, ſive ab Heroibus, hæc omnia legem a Deo maximo præſcriptam ſibi habent? Nonne rebus ſingulis præfectus eſt cum poteſtate quiſquis hoc munere dignatus eſt? Qui igitur Deum colit, non is juſte colit illum cui a Deo data poteſtas eſt.* Quibus addit: *Fieri enim non poteſt ut pluribus dominis ſerviatur.* Sed hac de re in libro ſequenti diſputabimus. Nam juſtam in molem crevit ſeptimus iſte liber, quem contra Celſi ſcriptum ſcripſimus.

ORIGENIS CONTRA CELSUM

LIBER VIII.

1. Jam eo perventum eſt ut ſeptem libros abſolverim; octavum nunc aggredi volo. Deus & unigenitus ejus Verbum adſit nobis, ut Celſi mendacia perperam inſcripta *verus ſermo*, ſtrenue refutentur & religionis Chriſtianæ veritas ſolide & quantum per materiam licebit demonſtretur. Precamur item ut quo animo Paulus, eodem & nos dicere poſſimus, *Pro Chriſto legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos*, & pro Chriſto legatione fungi erga homines, quemadmodum Dei Verbum ad amorem in ſe exhor-

tatur.

φιλιαν παρακαλει· βȣλομενος οἰκειωσαι δικαιοσυνῃ, και ἀληθειᾳ, και ταις λοιπαις ἀρεταις, τȣς προ της παραδοχης των Ιησȣ τȣ χριϛȣ δογματων ἐν σκοτῳ τῳ περι θεȣ, και ἀγνοιᾳ τῃ περι τȣ κτιϛαντος ἐνδιατριψαντας. και παλιν δε ἐρω, ὁτι ὁ θεος δῳη ἡμιν τον γενναιον και ἀληθη λογον, τον κυριον τον κραταιον και δυνατον ἐν πολεμῳ τῳ κατα της κακιας. ἠδη δε και ἐπι την ἑξης λεξιν Κελσȣ και τα προς αὐτην ὁδευτεον ἐϛιν ἡμιν.

Επηπορησε δε ἐν τοις προ τȣτων προς ἡμας, δια τι δαιμονας ȣ̓ θεραπευομεν· και προς ἁ εἰπε περι δαιμονων, ἀπηντησαμεν κατα το φαινομενον ἡμιν βȣλημα τȣ θειȣ λογȣ. εἰθ᾽ ἑξης ἐκεινοις ἡμας εἰσαγει λεγοντας προς την ἐπαπορησιν αὐτȣ, θελοντος ἡμας και τȣς δαιμονας θεραπευειν, ὁτι ȣ̓κ οἱοντε δȣλευειν τον αὐτον πλειοσι κυριοις. τȣτο δ᾽, ὡς οἰεται ϛασεως εἰναι φωνην, των ὡς αὐτος ὠνομασεν ἀποτειχιζοντων ἑαυτȣς και ἀπορρηγνυντων ἀπο των λοιπων ἀνθρωπων. νομιζει δε τȣς τȣτο λεγοντας, το ὁσον ἐφ᾽ ἑαυτοις, ἀποματτεσθαι το σφετερον παθος εἰς τον θεον. διο και ἐπι μεν ἀνθρωπων χωραν ἐχειν οἰεται, τον δȣλευοντα τινι μη ἀν εὐλογως και ἀλλῳ δȣλευειν ἀνθρωπῳ· ὡς βλαπτομενȣ τȣ ἑτερȣ ἀπο της διαφορȣ δȣλειας· μηδε τον φθασαντα συνομωμοκεναι τινι, συνομνυειν και ἑτερῳ· ὡς βλαπτοντα λογον ἐχειν το δȣλευειν ἁμα διαφοροις ἡρωσι και τοις τοιȣτοις δαιμοσιν. ἐπι δε θεȣ, προς ὁν ȣ̓τε βλαβη τις ȣ̓τε λυπη φανῃ, ἀλογον νομιζει το φυλαττεσθαι ὁμοιως τοις περι ἀνθρωπων, και ἡρωων, και τοιωνδε δαιμονων θεραπευειν θεȣς πλειονας. φησι δε και τον θεραπευοντα θεȣς πλειονας τῳ ἐν τι των τȣ μεγαλȣ θεραπευειν, φιλον και ἐν τȣτῳ ἐκεινῳ ποιειν· και προςιθησιν, ὁτι ȣ̓δ᾽ ἐξεϛι τιμασθαι τινι ᾧ μη ἐξ ἐκεινȣ τȣτο δεδοται. διοτι τιμων τις και σεβων, φησι, τȣς ἐκεινȣ παντας, ȣ̓ λυπει τον θεον, ȣ̓ παντες εἰσιν.

Ιδωμεν δη προ των ἑξης, εἰ μη εὐλογως ἀποδεχομεθα την, ȣ̓δεις δυναται δυσι κυριοις δȣλευειν, φωνην· ἢ

ἐπιφε-

tatur: quippe quod vult juſtitiæ, veritati cæteriſque virtutibus eos conciliare, qui, antequam Jeſu Chriſti dogmata reciperent, in tenebris & ignorantia Dei conditoris verſabantur. Iterum dicam, det nobis Deus fortem & verum ſermonem, Dominum illum qui *in bello* contra malitiam *fortis* eſt *& potens.* Nunc ad ea veniendum eſt quæ Celſus poſtea objicit, & ad ea reſpondendum.

2. Antea quæſivit a nobis quid cauſæ eſſet, cur dæmones non colamus, & ad illa, quæ dixit de dæmonibus, repoſuimus quod nobis viſum eſt verbo divino conſentaneum. Deinde ad ejus quæſtionem, qua nos ad cultum dæmonum incitare volebat, nos reſpondentes fecit, fieri non poſſe ut pluribus dominis ſerviatur. *Quæ vox*, ut putat, *ſeditionis eſt & hominum ſegregantium & reſcindentium ſe*, ut loquitur, *a reliquorum hominum ſocietate.* Ejus judicio, *qui hoc dicunt, ſuos illi in Deum affectus transferunt.* Quapropter id exiſtimat *apud homines quidem habere locum, ſervientem cuipiam male ſe alteri in ſervitutem dare, propterea quod ex diverſa ſervitute detrimentum alter patiatur; proinde qui ſe alicui obligarit, hunc alteri non debere ſe obligare; ſicque non poſſe diverſis heroibus, & ejuſmodi dæmonibus ſimul ſerviri, quin horum alterutri fiat injuria. Sed quod ſpectat ad Deum, in quem nec jactura ulla nec moleſtia cadit,* abſurdum judicat *eadem cautione plurium deorum cultum fugere, ac ſi cum hominibus, heroibus, & ejuſmodi dæmonibus ageretur.* Ait præterea *eum, qui plures deos colit, hoc ipſo quid Maximo acceptum facere, quod unum aliquid eorum, quæ ad illum pertinent, colat.* Addit *nefas eſſe cultum alicui deferre, cui iſtud a Deo datum non eſt. Quapropter*, inquit, *cultus omnibus delatus qui ad Deum pertinent, illi non diſplicet, quia omnes illius ſunt.*

3. Antequam ad ſequentia pergamus, videndum an non jure approbemus hoc effatum: Nemo poteſt

ἐπιφερεται το, ἡ γαρ τον ἑνα μισησει, και τον ἑτερον ἀγαπησει· ἡ ἑνος ἀνθεξεται, και τυ ἑτερυ καταφρονησει. και ἑξης αὐτῳ το, ὐ δυνασθε Θεῳ δυλευειν και Μαμμωνᾳ. καλει δ' ἡμας ἡ ἀπολογια εἰς βαθυτερον τινα και ἀποῤῥητον περι θεων και κυριων λογον. ἐπισαται γαρ ἡ θεια γραφη τον μεγαν εἰναι κυριον παρα παντας τυς θεους· ὠφεὶς θεους ὐ τυς προσκυνυμενυς ἐν τοις ἐθνεσιν ἐξακυομεν, ἀτε μαθοντες ὁτι παντες οἱ θεοι των ἐθνων δαιμονια· ἀλλα θευς, ὠν οἰδε τινα συναγωγην ὁ προφητικος λογος, και τον ἐπι πασι θεον τυτυς διακρινοντα, και διατασσομενον ἑκαςῳ το οἰκειον αὐτῳ ἐργον. ὁ θεος γαρ ἐςη ἐν συναγωγῃ θεων, ἐν μεσῳ δε θευς διακρινει. και γαρ ἐςι θεος θεων κυριος, ὁς δια τυ υἱυ ἐκαλεσε την γην ἀπο ἀνατολων ἡλιυ ἑως δυσμων. και προςασσομεθα ἐξομολογεισθαι τῳ θεῳ των θεων· μαθοντες και το, ὁ θεος ὐκ ἐςι νεκρων, ἀλλα ζωντων. ἁπερ δη λεγεται ὐ μονον δια των ἐκκειμενων, ἀλλα και δι' ἀλλων μυριων.

Τοιαυτα δε και περι κυριυ κυριων διδασκυσιν ἡμας ἐξεταζειν και φρονειν οἱ θειοι λογοι· ὁπυ μεν λεγοντες, ἐξομολογεισθε τῳ θεῳ των θεων, ὁτι εἰς τον αἰωνα το ἐλεος αὐτυ· ἐξομολογεισθε τῳ κυριῳ των κυριων, ὁτι εἰς τον αἰωνα το ἐλεος αὐτυ· ὁπυ δε, ὁτι ἐςιν ὁ θεος βασιλευς των βασιλευοντων, και κυριος των κυριευοντων. οἰδε δε ὁ λογος θευς τυς μεν τινας λεγομενυς, τυς δε και ὀντας, εἰτε λεγομενυς, εἰτε μη· το δ' αὐτο διδασκων και περι κυριων των ὀντων και μη, λεγει ὁ Παυλος, και γαρ εἰπερ εἰσι λεγομενοι θεοι, εἰτ' ἐν ὐρανῳ, εἰτ' ἐπι γης· ὡσπερ εἰσι θεοι πολλοι, και κυριοι πολλοι. εἰτ' ἐπει ὁ των θεων θεος καλει ἀπ' ἀνατολων και δυσμων ἐπι την ἑαυτυ μεριδα δια τυ Ιησυ οὑς βυλεται· κυριος δε ὠν ὁ Χριςος τυ θευ δεικνυσιν δι' ὠν ἐπεβη τοις παντων ὁριοις και προς ἑαυτον ἀπο παντων ὁριων καλει, ὁτι ἐςι παντων κυριευοντων διαφερων, δια τυτο ταυτα ἐπιςαμενος ὁ Παυλος φησι μεθ' ἁ παρεθεμην, ἀλλ' ἡμιν εἱς θεος ὁ πατηρ, ἐξ ὐ τα παντα, και εἱς κυριος Ιησυς Χριςος,

δι

duobus dominis ſervire: cui ſubjungitur: *Aut enim unum odio habebit, & alterum diliget, aut unum ſuſtinebit & alterum contemnet.* Et mox: *Non poteſtis Deo ſervire & Mammonæ.* Hujus effati defenſio poſtulat, ut in altam abſtruſamque de Diis & Dominis quæſtionem penetremus. Docet enim divina ſcriptura *magnum eſſe Dominum præ omnibus diis*: in quibus deos non intelligimus illos, qui in gentibus adorantur; (novimus namque *omnes deos gentium eſſe dæmonia:*) ſed deos, de quorum *ſynagoga* propheticæ literæ faciunt mentionem, & ſummum Deum, qui illos *dijudicat*, & eorum unicuique munus proprium aſſignat. Nam *Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos dijudicabit. Deus* enim eſt *deorum Dominus* qui per filium *vocavit terram a ſolis ortu uſque ad occaſum.* Jubemur etiam *Deo deorum confiteri*: didicimus præterea *Deum non eſſe mortuorum, ſed viventium.* Neque hæc ſola ſunt in hanc rem loca, ſexcenta alia referri poſſent.

4. Similia de Domino dominorum inquirere & ſapere nos docent divinæ literæ. Nunc enim ajunt: *Confitemini Deo deorum, quoniam in ſæculum miſericordia ejus: confitemini Domino dominorum, quoniam in ſæculum miſericordia ejus;* nunc vero: *Eſt Deus Rex Regum & Dominus Dominantium.* Novit etiam ſcriptura deos qui tales ſunt nomine tenus, & deos qui revera ſunt, ſive nomen habeant, ſive non. Idem de dominis qui ſunt & qui non ſunt Paulus ait: *Etſi ſunt qui dicantur dii, ſive in cœlo, ſive in terra: ut ſunt dii multi & Domini multi.* Deinde quoniam Deus deorum per Jeſum ab oriente & occaſu vocat quos vult ad ſuam hæreditatem; & Chriſtus Dei, qui eſt Dominus, inde ſe probat omnibus dominantibus præſtare, quod in omnium fines pervaſerit, & ex omnium finibus ſubditos ſibi adſciverit, idcirco Paulus poſt modo memorata: *Sed nobis,* inquit, *unus Deus Pater ex quo omnia; & unus Dominus Jeſus Chriſtus per quem omnia,*

μονον ἐν ἀνθρωποις, ἀλλα και δαιμοσι, και εἰτι ἀλλο των ἐξω σωματων πεφυκεν ἁμαρτανειν· ὁρατω την ἀτοπιαν ὁ τυτο λεγων, τυ παντα κατα γνωμην διοικεισθαι τυ θευ· ἀκολυθει γαρ τω λογω, και τα ἁμαρτανομενα, και παντα τα ἀποκακιας, κατα γνωμην διοικεισθαι τυ θευ. ὁπερ ὐ ταυτον ἐςι τω· ὐ κωλυοντος τυ θευ γινεται. εἰ δε κυριως τις ἀκουοι τυ διοικεισθαι, και διοικεισθαι μεν λεγοι τα ἀπο κακιας διοικυμενα· δηλονοτι παντα κατα γνωμην διοικειται τυ θευ, και ὐ παρανομει εἰς την διοικησιν τυ θευ πας ἁμαρτανων. το δ' ὁμοιον και περι προνοιας διαςαλτεον, και λεκτεον, ὁτι το, πασα ἐξ ἐκεινυ προνοια, σημαινει μεν τι ἀληθες, ὁτε ἡ προνοια σπυδαιον ἐςιν. εἰ δ' ἁπαξαπλως παντα τα γινομενα κατα προνοιαν εἰναι φησομεν, κἀν κακως τι γινηται, ψευδος ἐςαι το, πασα ἐξ ἐκεινυ προνοια· εἰ μη ἀρα και τα κατ' ἐπακολυθησιν των ἐκ προνοιας θευ, λεγοι τις εἰναι ἐκ προνοιας θευ. ἀποφαινεται δε και ὁ, τι περ ἀν ἡ ἐν τοις ὁλοις, εἰτε θευ ἐργον, εἰτ' ἀγγελων, εἰτε ἀλλων δαιμονων, εἰτε ἡρωων, παντα ταυτα ἐχει νομον ἐκ τυ μεγιςυ θευ· και ὐκ ἀληθη γε λογον ἀποφαινεται. ὐδε γαρ τα παρανομουντα ἑπομενα νομω τω ἀπο μεγιςυ θευ παρανομει. παρανομειν δε ὁ λογος δεικνυσιν ὐ μονον ἀνθρωπυς φαυλυς, ἀλλα και τυς φαυλυς δαιμονας, και τυς φαυλυς ἀγγελυς.

Φαυλυς δε δαιμονας ὐ μονοι λεγομεν ἡμεις, ἀλλα και σχεδον παντες, ὁσοι δαιμονας τιθεασιν εἰναι. ὐ παντα ὐν ἐχει νομον ἐκ τυ μεγιςυ θευ. ὁσα γαρ παρ' ἰδιαν ἀπροσεξιαν, κακιαν, ἡ πονηριαν, ἡ ἀγνοιαν τυ καλυ, ἀποπεπτωκεν τυ θειυ νομυ, ὐκ ἐχει τον νομον τυ θευ, ἀλλ' ἱνα ὀνομασω καινω ὀνοματι, και τω κατα την γραφην, τον νομον ἐχει της ἁμαρτιας. κατα μεν ὐν τυς πολλυς των τιθεντων εἰναι δαιμονας, και οἱ φαυλοι δαιμονες ὐκ ἐχυσι τον ἀπο θευ νομον, ἀλλα παρανομυσι· κατα δε ἡμας, παντες δαιμονες, ἀποπεσοντες της ἐπι το ἀγα-

θον

adminiſtratio pertinet ad peccata non hominum tantum, ſed etiam dæmonum & ſi quid aliud corporis expers eſt peccato obnoxium; videat ille, qui hoc dicit, quam abſurdum ſit omnia Dei arbitrio diſpenſari: hinc enim conſequens eſt ut peccata omnia, & quidquid ex vitio naſcitur, pro Dei nutu adminiſtrentur: quod quidem non idem eſt ac ſi quis diceret hæc fieri non prohibente Deo. Nam ſi quis proprio ſenſu adminiſtrationem acceperit ac dixerit ea, quæ naſcuntur ex vitio, adminiſtrari, evidens eſt pro Dei nutu adminiſtrari omnia; proinde in Dei adminiſtrationem nihil peccare eum qui peccat. De providentia eadem eſt adhibenda diſtinctio. Nam hæc: *Omnis ex illo providentia*, aliquid verum ſignificant, cum providentiæ nihil niſi juſtum adſcribitur. Si vero generatim dixerimus quidquid ſit, id ex providentia fieri, etiamſi malum ſit, falſum eſt *omnem ex illo eſſe providentiam*: niſi forte intelligatur, quæ ex operibus providentiæ Dei conſequuntur, ea ex providentia Dei fieri. Affirmat etiam, *quidquid ſit ſive a Deo, ſive ab Angelis, ſive ab aliis dæmonibus, ſive ab Heroibus, hæc omnia legem habere ſibi a Deo maximo præſcriptam.* Sed id quoque falſum eſt. Neque enim naturæ peccant, Dei legem ſequuntur cum peccant. Atqui Scriptura docet non ſolum homines, ſed & malos dæmones maloſque Angelos peccare.

69. Neque vero nos ſoli malos dæmones dicimus, ſed prope omnes illi quotquot dæmones eſſe credunt. Non omnia igitur legem a Deo maximo ſibi præſcriptam habent. Quiſquis enim ſive incogitantia, ſive vitio & malitia, ſive boni ignorantia a divina lege diſceſſit, is non Dei legem, ſed, ut novo & ſcripturis uſitato vocabulo utar, peccati legem habet. Itaque ex opinione multorum qui dæmones eſſe ſtatuunt, mali quoque dæmones a Deo non legem habent, ſed ab illa deſciſcunt: nos vero tribuimus id omnibus

dæmo-

θον ὅδε, προτερον ουκ ὄντες δαιμονες· και ἐςιν εἶδος των ἐκπεσοντων θεου το των δαιμονων. διοπερ ου χρη θεραπευειν δαιμονας, ὅςις σεβει θεον. δηλουται δε τα περι τους δαιμονας και ἐκ των καλουντων αὐτους ἐπι τοις ὀνομαζομενοις φιλτροις, ἢ μισητροις, ἢ ἐπι κωλυσεσι πραξεων, ἢ ἀλλων τοιουτων μυριων· ἅπερ ποιουσιν οἱ δι' ἐπῳδων και μαγγανειων μεμαθηκοτες καλειν και ἐπαγεσθαι δαιμονας ἐφ' ἃ βουλονται, διοπερ ἡ παντων δαιμονων θεραπεια ἀλλοτρια ἡμων ἐςι, των σεβοντων τον ἐπι πασι θεον. και θεραπεια δαιμονων ἐςιν ἡ θεραπεια των νομιζομενων θεων· παντες γαρ οἱ θεοι των ἐθνων δαιμονια. δηλον δε και τουτο ἐκ του εἰς τα δοκουντα ἐνεργεςερα των νομιζομενων ἱερων κατακλησεις περιεργους γεγονεναι, και κατα τας ἀρχας της ἱδρυσεως των τοιωνδε ξοανων και νεων· ἅς τινας κατακλησεις οἱ τῃ των δαιμονων δια μαγγανειων θεραπειᾳ σχολαζοντες πεποιηνται. διο δεδοκται ἡμιν φευγειν ὡς ὀλεθρον την των δαιμονων θεραπειαν· δαιμονων δε θεραπειαν εἶναι φαμεν πασαν την νομιζομενην παρ' Ελλησι παρα βωμοις και ἀγαλμασι και ναοις θεων θρησκειαν.

Εἰπε δε και το, τετακται δε ἐφ' ἑκαςῳ δυναμιν λαχων του μεγιςου θεου, ὅςις ἠξιωται οὑτινοσουν ἐργου; δειται δε πανυ βαθυτερας ἐπιςημης, και δυναμενης παραςησαι, ποτερον ποτε, ὡς οἱ δημιοι ἐν ταις πολεσι, και οἱ τεταγμενοι ἐπι των σκυθρωπων μεν, ἀναγκαιων δε ἐν ταις πολιτειαις πραγματων, οὑτως εἰσι τεταγμενοι μοχθηροι δαιμονες ἐπι τινων ὑπο του διοικουντος τα ὁλα λογου θεου· ἤ, ὥσπερ οἱ ἐν ταις ἐρημιαις λῃςευοντες, και ἑνα τινα προςησαμενοι ἀρχειν αὐτων· οὑτως οἱ δαιμονες, οἱονει κατα τοπους της γης συςηματα γενομενοι, ἀρχοντα τινα ἑαυτοις πεποιηκασι, τον ἡγησομενον αὐτων εἰς τας πραξεις, ἃς εἵλοντο ὑπερ του κλεπτειν και λῃςευειν ἀνθρωπων ψυχας. χρεια δε τῳ μελλοντι εἰς ταυτα λεγειν

καλως,

dæmonibus, qui, cum olim tales non eſſent, dæmones facti ſunt, ex quo a via, quæ ad bonum perducit, aberravere: ita ut dæmones ſpecies ſint naturarum quæ a Deo exciderunt. Quapropter non oportet Dei cultorem dæmonibus cultum deferre. Eſt & alia dæmonum vim cognoſcendi ratio: nempe ſi conſideretur eos a quibuſdam vocari, ut amor aut odium inſpiretur, aut quædam actiones impediantur, aut innumera hujuſmodi alia fiant, quorum auctores ſunt ii, qui carminibus magiciſque incantationibus norunt invocare & arceſſere dæmones ſimul atque libitum eſt. Quare omnium dæmonum cultus alienus eſt a nobis ſummi Dei cultoribus, & cultus dæmonum cultus eſt eorum qui dii habentur: *Omnes* enim *dii gentium dæmonia.* Hoc etiam inde liquet, quod in ſacris quæ efficaciora videbantur arcanæ adhibitæ fuerint vocationes, etiam cum primum ſimulacra collocata ſunt & templa conſtructa. Quas evocationes fecerunt ii, qui artibus magicis utentes dæmonum cultui vacabant. Atque hinc eſt quod cultum dæmonum perinde ac perniciem fugiamus, cenſeamuſque ritus illos quibus ad aras, ſtatuas, & templa utuntur Græci, dæmonum eſſe cultum.

70. Dixit præterea: *Nonne ſingulis rebus præfectus eſt poteſtate a Deo accepta quiſquis quolibet opere dignus habitus eſt?* Sed hic opus eſt altiore ſcientia, qua definiri poſſit utrum quemadmodum in civitatibus carnifices & alii crudelibus quidem ſed neceſſariis muneribus addicti ſunt, ita mali dæmones muniis quibuſdam præfecti ſint a Verbo Dei quod adminiſtrat omnia; an, quemadmodum in deſertis locis latrones unum aliquem ſibi præficiunt, ſic dæmones quaſi agminatim in diverſis terræ regionibus collecti, ſibi ipſi principem conſtituerint cujus ductu ipſi ſurripiant & furentur hominum animas. Qui autem de iis bene diſſerere voluerit, ut Chriſtianos aliud quidpiam

καλως, ἱνα περι χριςιανων ἀπολογησηΤαι, ἐκτρεπομένων ἀλλο τι σεβειν παρα τον ἐπι πασι Θεον, και τον πρωτοτοκον πασης κτισεως λογον αὐτȣ και Θεον, διηγησασθαι και το, παντες, ὁσοι ἠλθον προ ἐμȣ, κλεπται εἰσι και λῃςαι, και ȣ̓κ ἠκȣσεν αὐτων τα προβατα· και το, ὁ κλεπτης ȣ̓κ ἐρχεΤαι, εἰ μη ἱνα κλεψῃ, και θυσῃ, και ἀπολεσῃ· και εἰ τι ἀλλο τȣτοις εἰρηται παραπλησιον ἐν τοις ἱεροις γραμμασιν· ὡσπερ και το, ἰδȣ, διδωκα ὑμιν ἐξȣσιαν τȣ πατειν ἐπανω ὀφεων και σκορπιων, και ἐπι πασαν την δυναμιν τȣ ἐχθρȣ, και ȣ̓δεν ὑμας ȣ̓ μη ἀδικησει· και το, ἐπ' ἀσπιδα και βασιλισκον ἐπιβησῃ, και καταπατησεις λεοντα και δρακοντα. ἀλλ' ȣ̓δαμως ᾐδει ταυτα ὁ Κελσος. εἰ γαρ ᾐδει, ȣ̓κ ἀν εἰπε, και ὁ, τι περ ἀν ᾐ ἐν τοις ὁλοις εἰτε Θεȣ ἐργον, εἰτ' ἀγγελων, εἰτε δαιμονων, εἰτε ἡρωων· ταυτ' ἐχει νομον ἐκ τȣ μεγιςȣ Θεȣ; τεταχΤαι δε ἐφ' ἑκαςῳ δυναμιν λαχων, ὁςις ἠξιωΤαι; τȣτον ȣ̓ν, τον ἐκειθεν ἐξȣσιας τετυχηκοτα, ȣ̓ θεραπευσει δικαιως ὁ σεβων τον θεον. τȣτοις δ' ἐπιφερει το, ȣ̓ γαρ οἱοντε δȣλευειν τον αὐτον πλειοσι κυριοις· περι ȣ̓ ἐν τῳ ἑξης βιβλιῳ διαληψομεθα, ἀτε αὐταρκη περιγραφην εἰληφοτος τȣ ἑβδομȣ τομȣ προς το συγγραμμα Κελσȣ ἡμιν γεγραμμενȣ.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΚΑΤΑ ΚΕΛΣΟΥ.

ΤΟΜΟΣ η.

Ηδη ἐφθασα ἐπι το συντελεσαι ἑπτα βιβλια, θελω δε ἀρξασθαι και ὀγδοȣ. Θεος δε και ὁ μονογενης αὐτȣ λογος παρεςαι ἡμιν, ἱνα γενναιως μεν τα Κελσȣ ψευδη διελεγχθῃ, ματην ἐπιγεγραμμενα ἀληθης λογος· δυνατως δε και το ὁσον ἐπι τοις ὑπαγορευομενοις τα χριςιανισμȣ ἀποδειχθῃ· εὐχομενοις το, ὑπερ χριςȣ πρεσβευομεν; ὡς τȣ Θεȣ παρακαλȣντος δι' ἡμων, εἰπειν τῃ τȣ Παυλȣ διαθεσει, και πρεσβευσαι ὑπερ τȣ χριςȣ προς τȣς ἀνθρωπȣς, ὡς ὁ τȣ Θεȣ λογος ἐπι την προς ἑαυτον

φιλιαν

præter ſummum Deum primogenitum omnis creaturæ Verbum ejus & Deum colere fugientes defendat, illum oportet enarrare iſtud: *Omnes quotquot venerunt ante me, fures ſunt & latrones, & non audierunt eos oves*; & hoc *Fur non venit niſi ut furetur & mactet & perdat*, & ſi quid aliud ſimile ſacris in ſcripturis dictum ſit, ut & iſtud: *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit*; & hoc aliud: *Super aſpidem & baſiliſcum amabulabis, & conculcabis leonem & draconem.* Sed nihil eorum noverat Celſus. Nam ſi nota illi eſſent, non dixiſſet: *Nonne quidquid fit in hac univerſitate ſive a Deo, ſive ab Angelis, ſive ab aliis dæmonibus, ſive ab Heroibus, hæc omnia legem a Deo maximo præſcriptam ſibi habent? Nonne rebus ſingulis præfectus eſt cum poteſtate quiſquis hoc munere dignatus eſt? Qui igitur Deum colit, non is juſte colit illum cui a Deo data poteſtas eſt.* Quibus addit: *Fieri enim non poteſt ut pluribus dominis ſerviatur.* Sed hac de re in libro ſequenti diſputabimus. Nam juſtam in molem crevit ſeptimus iſte liber, quem contra Celſi ſcriptum ſcripſimus.

ORIGENIS CONTRA CELSUM
LIBER VIII.

I. Jam eo perventum eſt ut ſeptem libros abſolverim; octavum nunc aggredi volo. Deus & unigenitus ejus Verbum adſit nobis, ut Celſi mendacia perperam inſcripta *verus ſermo*, ſtrenue refutentur & religionis Chriſtianæ veritas ſolide & quantum per materiam licebit demonſtretur. Precamur item ut quo animo Paulus, eodem & nos dicere poſſimus, *Pro Chriſto legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos*, & pro Chriſto legatione fungi erga homines, quemadmodum Dei Verbum ad amorem in ſe exhor-

tatur:

φιλιαν παρακαλει· βυλομενος οἰκειωται δικαιοσυνῃ, και ἀληθειᾳ, και ταις λοιπαις ἀρεταις, τυς προ της παραδοχης των Ιησυ τυ χριϛυ δογματων ἐν σκοτῳ τῳ περι θευ, και ἀγνοιᾳ τῃ περι τυ κτισαντος ἐνδιατριψαντας. και παλιν δε ἐρω, ὁτι ὁ θεος δῳη ἡμιν τον γενναιον και ἀληθη λογον, τον κυριον τον κραταιον και δυνατον ἐν πολεμῳ τῳ κατα της κακιας. ἡδη δε και ἐπι την ἑξης λεξιν Κελσυ και τα προς αὐτην ὀδευτεον ἐϛιν ἡμιν.

Επηπορησε δε ἐν τοις προ τυτων προς ἡμας, δια τι δαιμονας ὐ θεραπευομεν· και προς ἁ εἰπε περι δαιμονων, ἀπηντησαμεν κατα το φαινομενον ἡμιν βυλημα τυ θειυ λογυ. εἰθ' ἑξης ἐκεινοις ἡμας εἰσαγει λεγοντας προς την ἐπαπορησιν αὐτυ, θελοντος ἡμας και τυς δαιμονας θεραπευειν, ὁτι ὐκ οἱοντε δυλευειν τον αὐτον πλειοσι κυριοις. τυτο δ', ὡς οἰεται ϛασεως εἰναι φωνην, των ὡς αὐτος ὠνομασεν ἀποτειχιζοντων ἑαυτυς και ἀπορρηγνυντων ἀπο των λοιπων ἀνθρωπων. νομιζει δε τυς τυτο λεγοντας, το ὁσον ἐφ' ἑαυτοις, ἀποματτεσθαι το σφετερον παθος εἰς τον θεον. διο και ἐπι μεν ἀνθρωπων χωραν ἐχειν οἰεται, τον δυλευοντα τινι μη ἀν εὐλογως και ἀλλῳ δυλευειν ἀνθρωπῳ· ὡς βλαπτομενυ τυ ἑτερυ ἀπο της διαφορυ δυλειας· μηδε τον φθασαντα συνομωμοκεναι τινι, συνομνυειν και ἑτερῳ· ὡς βλαπτοντα λογον ἐχειν το δυλευειν ἁμα διαφοροις ἡρωσι και τοις τοιυτοις δαιμοσιν. ἐπι δε θευ, προς ὁν ὐτε βλαβη τις ὐτε λυπη φαινη, ἀλογον νομιζει το φυλαττεσθαι ὁμοιως τοις περι ἀνθρωπων, και ἡρωων, και τοιωνδε δαιμονων θεραπευειν θευς πλειονας. φησι δε και τον θεραπευοντα θευς πλειονας τῳ ἐν τι των τυ μεγαλυ θεραπευειν, φιλον και ἐν τυτῳ ἐκεινῳ ποιειν· και προστιθησιν, ὁτι ὐδ' ἐξεϛι τιμασθαι τινι ᾧ μη ἐξ ἐκεινυ τυτο δεδοται. διοτι τιμων τις και σεβων, φησι, τυς ἐκεινυ παντας, ὐ λυπει τον θεον, ὐ παντες εἰσιν.

Ιδωμεν δη προ των ἑξης, εἰ μη εὐλογως ἀποδεχομεθα την, ὐδεις δυναται δυσι κυριοις δυλευειν, φωνην· ἢ

ἐπιφε-

tatur: quippe quod vult juſtitiæ, veritati cæteriſque virtutibus eos conciliare, qui, antequam Jeſu Chriſti dogmata reciperent, in tenebris & ignorantia Dei conditoris verſabantur. Iterum dicam, det nobis Deus fortem & verum ſermonem, Dominum illum qui *in bello* contra malitiam *fortis* eſt *& potens.* Nunc ad ea veniendum eſt quæ Celſus poſtea objicit, & ad ea reſpondendum.

2. Antea quæſivit a nobis quid cauſæ eſſet, cur dæmones non colamus, & ad illa, quæ dixit de dæmonibus, repoſuimus quod nobis viſum eſt verbo divino conſentaneum. Deinde ad ejus quæſtionem, qua nos ad cultum dæmonum incitare volebat, nos reſpondentes fecit, fieri non poſſe ut pluribus dominis ſerviatur. *Quæ vox*, ut putat, *ſeditionis eſt & hominum ſegregantium & reſcindentium ſe*, ut loquitur, *a reliquorum hominum ſocietate.* Ejus judicio, *qui hoc dicunt, ſuos illi in Deum affectus transferunt.* Quapropter id exiſtimat *apud homines quidem habere locum, ſervientem cuipiam male ſe alteri in ſervitutem dare*, *propterea quod ex diverſa ſervitute detrimentum alter patiatur; proinde qui ſe alicui obligarit, hunc alteri non debere ſe obligare; ſicque non poſſe diverſis heroibus, & ejuſmodi dæmonibus ſimul ſerviri, quin horum alterutri fiat injuria. Sed quod ſpectat ad Deum, in quem nec jactura ulla nec moleſtia cadit*, abſurdum judicat *eadem cautione plurium deorum cultum fugere, ac ſi cum hominibus, heroibus, & ejuſmodi dæmonibus ageretur.* Ait præterea *eum, qui plures deos colit, hoc ipſo quid Maximo acceptum facere, quod unum aliquid eorum, quæ ad illum pertinent, colat.* Addit *nefas eſſe cultum alicui deferre, cui iſtud a Deo datum non eſt. Quapropter*, inquit, *cultus omnibus delatus qui ad Deum pertinent, illi non diſplicet, quia omnes illius ſunt.*

3. Antequam ad ſequentia pergamus, videndum an non jure approbemus hoc effatum: Nemo poteſt

ἐπιφερεται το, ἢ γαρ τον ἑνα μισησει, και τον ἑτερον ἀγαπησει· ἢ ἑνος ἀνθεξεται, και τȣ ἑτερȣ καταφρονησει. και ἑξης αὐτῳ το, ȣ̓ δυνασθε Θεῳ δȣλευειν και Μαμμωνᾳ. καλει δ᾽ ἡμας ἡ ἀπολογια εἰς βαθυτερον τινα και ἀπορρητον περι Θεων και κυριων λογον. ἐπιςαται γαρ ἡ θεια γραφη τον μεγαν εἰναι κυριον παρα παντας τȣς θεους· ȣ̓ φὶς Θεους ȣ̓ τȣς προσκυνȣμενȣς ἐν τοις ἐθνεσιν ἐξακȣομεν, εἰτε μαθοντες ὁτι παντες οἱ Θεοι των ἐθνων δαιμονια· ἀλλα Θεȣς, ὡν οἰδε τινα συναγωγην ὁ προφητικος λογος, και τον ἐπι πασι Θεον τȣτȣς διακρινοντα, και διατασσομενον ἑκαςῳ το οἰκειον αὐτῳ ἐργον. ὁ Θεος γαρ ἐςη ἐν συναγωγῃ Θεων, ἐν μεσῳ δε Θεȣς διακρινει. και γαρ ἐςι Θεος Θεων κυριος, ὁς δια τȣ υἱȣ ἐκαλεσε την γην ἀπο ἀνατολων ἡλιȣ ἑως δυσμων. και προςασσομεθα ἐξομολογεισθαι τῳ Θεῳ των Θεων· μαθοντες και το, ὁ Θεος ȣ̓κ ἐςι νεκρων, ἀλλα ζωντων. ἀπερ δη λεγεται ȣ̓ μονον δια των ἐκκειμενων, ἀλλα και δι᾽ ἀλλων μυριων.

Τοιαυτα δε και περι κυριȣ κυριων διδασκȣσιν ἡμας ἐξεταζειν και φρονειν οἱ Θειοι λογοι· ὁπȣ μεν λεγοντες, ἐξομολογεισθε τῳ Θεῳ των Θεων, ὁτι εἰς τον αἰωνα το ἐλεος αὐτȣ· ἐξομολογεισθε τῳ κυριῳ των κυριων, ὁτι εἰς τον αἰωνα το ἐλεος αὐτȣ· ὁπȣ δε, ὁτι ἐςιν ὁ Θεος βασιλευς των βασιλευοντων, και κυριος των κυριευοντων. οἰδε δε ὁ λογος Θεȣς τȣς μεν τινας λεγομενȣς, τȣς δε και ὀντας, εἰτε λεγομενȣς, εἰτε μη· το δ᾽ αὐτο διδασκων και περι κυριων των ὀντων και μη, λεγει ὁ Παυλος, και γαρ εἰπερ εἰσι λεγομενοι Θεοι, εἰτ᾽ ἐν ȣ̓ρανῳ, εἰτ᾽ ἐπι γης· ὡσπερ εἰσι Θεοι πολλοι, και κυριοι πολλοι. εἰτ᾽ ἐπει ὁ των θεων Θεος καλει ἀπ᾽ ἀνατολων και δυσμων ἐπι την ἑαυτȣ μεριδα δια τȣ Ιησȣ οὑς βȣλεται· κυριος δε ὡν ὁ Χριςος τȣ Θεȣ δεικνυσιν δι᾽ ὡν ἐπεβη τοις παντων ὁριοις και προς ἑαυτον ἀπο παντων ὁριων καλει, ὁτι ἐςι παντων κυριευοντων διαφερων, δια τȣτο ταυτα ἐπιςαμενος ὁ Παυλος φησι μεθ᾽ ἁ παρεθεμην, ἀλλ᾽ ἡμιν εἱς Θεος ὁ πατηρ, ἐξ ȣ̓ τα παντα, και εἱς κυριος Ιησȣς Χριςος,

duobus dominis ſervire: cui ſubjungitur: *Aut enim unum odio habebit, & alterum diliget, aut unum ſuſtinebit & alterum contemnet.* Et mox: *Non poteſtis Deo ſervire & Mammonæ.* Hujus effati defenſio poſtulat, ut in altam abſtruſamque de Diis & Dominis quæſtionem penetremus. Docet enim divina ſcriptura *magnum* eſſe *Dominum præ omnibus diis*: in quibus deos non intelligimus illos, qui in gentibus adorantur; (novimus namque *omnes deos gentium* eſſe *dæmonia:*) ſed deos, de quorum *ſynagoga* propheticæ literæ faciunt mentionem, & ſummum Deum, qui illos *dijudicat*, & eorum unicuiqui munus proprium aſſignat. Nam *Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos dijudicabit. Deus* enim eſt *deorum Dominus* qui per filium *vocavit terram a ſolis ortu uſque ad occaſum.* Jubemur etiam *Deo deorum confiteri*: didicimus præterea *Deum non eſſe mortuorum, ſed viventium.* Neque hæc ſola ſunt in hanc rem loca, ſexcenta alia referri poſſent.

4. Similia de Domino dominorum inquirere & ſapere nos docent divinæ literæ. Nunc enim ajunt: *Confitemini Deo deorum, quoniam in ſæculum miſericordia ejus: confitemini Domino dominorum, quoniam in ſæculum miſericordia ejus;* nunc vero: *Eſt Deus Rex Regum & Dominus Dominantium.* Novit etiam ſcriptura deos qui tales ſunt nomine tenus, & deos qui revera ſunt, ſive nomen habeant, ſive non. Idem de dominis qui ſunt & qui non ſunt Paulus ait: *Etſi ſunt qui dicantur dii, ſive in cœlo, ſive in terra: ut ſunt dii multi & Domini multi.* Deinde quoniam Deus deorum per Jeſum ab oriente & occaſu vocat quos vult ad ſuam hæreditatem; & Chriſtus Dei, qui eſt Dominus, inde ſe probat omnibus dominantibus præſtare, quod in omnium fines pervaſerit, & ex omnium finibus ſubditos ſibi adſciverit, idcirco Paulus poſt modo memorata: *Sed nobis,* inquit, *unus Deus Pater ex quo omnia; & unus Dominus Jeſus Chriſtus per quem omnia,*

δι' ὑ τα παντα, και ἡμεις δι' αὐτυ, θεωρων τε θαυμασιον τινα και μυςηριωδη λογον κατα τον τοπον ἐπιφερει αὐτοις, ἀλλ' ὐκ ἐν πασιν ἡ γνωσις. ἐπαν δε λεγη, ἀλλ' ἡμιν εἱς θεος ὁ πατηρ, ἐξ ὑ τα παντα· και εἱς κυριος Ιησυς χριςος, δι' ὑ τα παντα· το ἡμιν λεγει ἐφ' ἑαυτυ, και παντων των ἀναβεβηκοτων προς τον ἐπι πασι θεον των θεων, και προς τον ἐπι πασι κυριον των κυριων. ἀναβεβηκε δε προς τον ἐπι πασι θεον ὁ ἀσχιςως και ἀδιαιρετως και ἀμεριςως αὐτον σεβων ια δτυ μονυ προσαγοντος ἐκεινῳ υἱυ, τυ θευ λογυ και σοφιας ἐν τῳ Ιησυ θεωρυμενυ, τυς παντι τροπῳ πειρωμενυς ἑαυτυς οἰκειωσαι δι' ἐξαιρετων λογων, και πραξεων, και διανοηματων, τῳ τυ παντος δημιυργῳ θεῳ. παρα ταυτα δ' οἰμαι, και τα τυτοις παραπλησια, τον μετασχηματιζομενον εἰς ἀγγελον φωτος ἀρχοντα τυ αἰωνος τυτυ πεποιηκεναι το, τῳ δε ἑπεται ςρατια θεων τε και δαιμονων, κατα ἑνδεκα μοιρας τεταγμενη· ἐν οἱς περι ἑαυτυ και των φιλοσοφησαντων λεγει το, μετα μεν Διος ἡμεις, ἀλλοι δε μετα ἀλλων δαιμονων.

Πολλων τοινυν λεγομενων ἡ ὀντων θεων, ὁμοιως δε και κυριων· ἡμεις παντα πραττομεν, ἱν' ὑ μονα τα προσκυνυμενα ὡς θευς παρα τοις ἐπι γης ἐθνεσιν ὑπεραναβωμεν, ἀλλα γαρ και οὑς φασιν αἱ γραφαι θευς· περι ὡν ὐδεν ἰσασιν οἱ ξενοι των δια Μωϋσεως και τυ Σωτηρος Ιησυ ἡμων διαθηκων τυ θευ, και οἱ ἀλλοτριοι των δια τυτων δηλυμενων ἐπαγγελιων αὐτυ. ὑπεραναβαινει δε την παρα πασι δαιμονιοις δυλειαν ὁ μηδεν ἐργον δαιμονιοις φιλον ποιων· και ὑπεραναβαινει την μεριδα των παρα Παυλῳ λεγομενων εἰναι θεων, ὁ σκοπων εἰτε ὡς ἐκεινοι, εἰθ' ὁπωσποτε ἐχει τα πραγματα, ὑ τα βλεπομενα, ἀλλα τα μη βλεπομενα· και ὁρων τις τινα τροπον και ἡ της κτισεως ἀποκαραδοκια την ἀποκαλυψιν των υἱων τυ θευ ἀπεκδεχεται, ὐχ ἑκυσα, ἀλλα δια τον ὑποταξαντα ἐπ' ἐλπιδι, εὐφημων την κτισιν, και βλεπων τινα τροπον ἐλευθερωθησεται πασα ἀπο της δυλειας της φθορας, και καταντησεται εἰς την ἐλευθεριαν της δοξης των τεκνων τυ

θευ,

& nos per ipſum. Et cum hoc loco admirabile quid & arcanum proſpiceret, addit: *Sed non in omnibus eſt ſcientia.* Cum autem dicit: *Sed nobis unus Deus Pater, ex quo omnia; & unus Dominus Jeſus Chriſtus per quem omnia*, hac voce *nobis* ſignificat ſe & omnes qui ad ſummum deorum Deum & ad ſummum dominorum Dominum enituntur. Jam ad ſummum Deum aſcendit ille, qui inſeparabiliter & indiviſibiliter ipſum colit per filium Dei Verbum & ſapientiam in Jeſu conſpectum; qui filius ſolus Deo conciliat quicumque modis omnibus ad Deum hujus univerſi conditorem conantur accedere ſermonum, actionum, & cogitationum integritate. Ea propter iiſque ſimilia arbitror a principe hujus ſæculi, qui ſe *in Angelum lucis* transfigurat, excogitatum hoc fuiſſe: *Tunc ſequuntur deorum dæmonumque exercitus in undecim ordines diſtributus.* Ibi etiam idem de ſe philoſophiſque addit: *Cum Jove nos, alii vero cum aliis dæmonibus.*

5. Cum igitur multi nomine tantum, multi revera ſint Dii & Domini; nos totis viribus nitimur tranſcendere non ea ſola quæ apud gentes terræ pro diis adorantur; ſed etiam deos illos quorum ſcriptura meminit, quoſque neſciunt ii, qui a Dei fœderibus per Moyſen Jeſumque Salvatorem noſtrum promulgatis alieni ſunt & promiſſionibus excluſi quæ per illos innotuerunt. Se autem erigit ſupra omnem dæmonum cultum is, qui nihil dæmoniis acceptum facit; item extollit ſe ſupra portionem eorum quos deos Paulus appellat, qui ſive ut illi, ſive quomodocumque ſe habeat, ſpectat *non ea quæ videntur, ſed quæ non videntur;* item qui conſiderat quomodo *exſpectatio creaturæ revelationem filiorum Dei exſpectat, non volens, ſed propter eum qui ſubjecit in ſpe;* cumque creaturam laudans & videns quomodo *liberanda ſit a ſervitute corruptionis & occurſura in libertatem gloriæ filiorum Dei*, adduci non poteſt ut quemvis alium præter Deum co-

Θεϛ, ϗ περισπαται προς το τῳ Θεῳ και ἀλλῳ τινι δϛλευειν μετ' αὐτϛ, ϗδε προς το δυσι κυριοις δϛλευειν. ϗ ϛασεως ϗν φωνη ἐπι τοις νοησασι τα τοιαυτα, και μη θελϛσι δϛλευειν πλειοσι κυριοις· δια τϛτο ἀρκϛμενοις κυριῳ Ιησϛ χριϛῳ, παιδευοντι ὑφ' ἑαυτῳ τϛς δϛλευοντας αὐτῳ, ἱν' αὐτϛς πεπαιδευμενϛς παραδῳ, γενομενϛς βασιλειαν ἀξιαν Θεϛ, τῳ θεῳ και πατρι. ἀλλα και ἀποσχιζϛσι και ἀποῤῥηγνυϛσιν ἑαυτϛς ἀπο των ἀλλοτριων της πολιτειας τϛ Θεϛ, και ξενων των διαθηκων αὐτϛ· ἱνα το ἐν ϗρανοις πολιτευμα πολιτευσωνται, προσερχομενοι Θεῳ ζωντι, και πολει Θεϛ, Ιερϛσαλημ ἐπϛρανιῳ, και μυριασιν ἀγγελων, πανηγυρει, και ἐκκλησιᾳ πρωτοτοκων ἀπογεγραμμενων ἐν ϗρανοις.

Αλλ' ϗδ' ὡς βλαπτομενϛ τϛ Θεϛ (ὡς δοκει βλαπτεσθαι ἀνθρωπος ὑπο τϛ και ἀλλῳ παρ' αὐτον δϛλευοντος) ἐκκλινομεν το δϛλευειν ἀλλῳ τινι, ἠ τῳ Θεῳ δια τϛ λογϛ αὐτϛ και της ἀληθειας αὐτϛ· ἀλλ' ἱνα ἡμεις μη βλαβωμεν, ἑαυτϛς χωριζοντες της τϛ ἐπι πασι Θεϛ μεριδος, ὡς οἰκειως αὐτϛ τῃ μακαριοτητι ζωντας πνευματι ἐξαιρετῳ υἱοθεσιας ὁ Θεος ἐν υἱοις τϛ ἐν ϗρανοις πατρος ϗ λεξειδιῳ, ἀλλα πραγματι μεγαλοφωνως κατα το κρυπτον φθεγγομενῳ το, Αββα, ὁ πατηρ. λακεδαιμονιων μεν ϗν οἱ πρεσβεις τον Περσων βασιλεα, και τοι προσαναγκαζοντων σφοδρα των δορυφορων, ϗ προσεκυνησαν, φοβϛμενοι τον ἑνα κυριον αὐτων τον Λυκϛργϛ νομον· οἱ δε την πολλῳ μειζονα και θειοτεραν πρεσβειαν ὑπερ χριϛϛ πρεσβευοντες, ϗτε τον Περσων ἀρχοντα, ϗτε τον Ελληνων, ϗτε τον Αἰγυπτιων, ϗτε τον ϗτινοσουν ἐθνϛς προσκυνησαιεν ἀν, κἀν οἱ δορυφοροι των ἀρχοντων δαιμονες και τϛ διαβολϛ ἀγγελοι προσαναγκαζειν αὐτϛς ἐθελωσι τϛτο ποιειν, και πειθωσι μακρα χαιρειν λεγειν τῳ παντος νομϛ των ἐπι γης κρειττονι. κυριος γαρ των ὑπερ χριϛϛ πρεσβευοντων ὁ χριϛος ἐϛιν, ὑπερ ϗ πρεσβευϛσιν, ὁ ἐν ἀρχῃ λογος ὠν, και προς τον Θεον ὠν, και θεος ὠν.

Εἰτ' ἐπει ἐδοξε των φαινομενων αὐτῳ βαθυτερον τινα κινειν λογον ὁ Κελσος περι ἡρωων και τινων δαιμονων, λεγων

lat, aut alterius cultum cum Dei cultu conjungat, neque ut duobus dominis ſerviat. Non igitur ſeditionis vox eſt apud eos, qui hæc intelligentes, pluribus dominis ſervire nolunt, & quibus propterea ſatis eſt Dominus Jeſus Chriſtus qui per ſe docet eos qui ipſi ſerviunt, ut eruditos Deo & Patri tradat, factos regnum Deo dignum. Sed & ſe ſegregant & ſeparant ab eis, qui a civitate Dei alieni ſunt & a fœderibus ejus excluſi; ut ſcilicet quaſi cœlorum cives vivant, *accedentes ad Deum viventem, & civitatem Dei, Jeruſalem cæleſtem, & multorum Angelorum millium frequentiam & Eccleſiam primitivorum qui conſcripti ſunt in cælis.*

6. Neque etiam propterea refugimus a colendo alio quam Deo per Verbum & veritatem ejus, quod Deus detrimentum pateretur, quemadmodum homo videtur lædi, cum alteri ſervit is qui ipſi ſervit: ſed ne nos ipſi lædamur, nos a portione Dei ſeparantes, in qua ejus beatitudini convenienter vivimus, excellenti adoptionis ſpiritu animati: qui ſpiritus in cæleſtis patris filiis non verbo ſed reipſa ſecreto clamat, *Abba Pater.* Ac Lacedæmoniorum quidem Legati Perſarum regem, licet vim ſatellites ejus inferrent, non adoraverunt, reveriti unum ſuum Dominum, nempe Lycurgi legem: qui vero multo præſtantiore & diviniore *legatione funguntur pro Chriſto*, illi nec Perſarum, nec Græcorum, nec Ægyptiorum principem adoraverint, nec ullum cujuſisbet gentis, etiamſi dæmones principum ſatellites & miniſtri id facere cogant, & optimæ legum quæ in terra ſint nuncium remittere perſuadent. Dominus enim illorum, qui *pro Chriſto legatione funguntur*, Chriſtus eſt cujus legati ſunt, quique *in principio Verbum erat, & apud Deum erat, & Deus erat.*

7. Deinde quoniam Celſus altiorem quam putat, de Heroïbus & quibusdam dæmonibus quæſtionem

γων μετα τον περι της προς ἀνθρωπους δουλειας λογον, ὡς βλαπτομενου του προτερου, ᾧ τις δουλευειν βουλεται, ἐαν δουλευειν θελῃ και δευτερῳ, ὁτι εἰη δ᾽ ἀν το αὐτο και περι ἡρωων τε και των τοιουτων δαιμονων· πευστεον αὐτου, τι νοει τους ἡρωας; και ποδαπους εἰναι λεγει τους τοιουτους δαιμονας; ὡστε τον δουλευοντα τῳ δε τῳ ἡρωϊ, και μη ἑτερῳ δουλευειν δεῖν, και τῳ τοιῳδε δαιμονι, μη και ἀλλῳ δουλευειν· ὡς βλαπτομενου ἀναλογον τοις βλαπτομενοις ἀνθρωποις του προτερου δαιμονος, οἱς τις ἐλατρευσε προ των δευτερων. ἀλλα και τινα βλαβην οἰεται εἰναι ἡρωων, ἡ των τοιωνδε δαιμονων, παραστησατω. ἀναγκασθησεται γαρ ἠτοι εἰς πελαγος φλυαριας ἐμπεσων ἀναλαβειν τον λογον, και ἀθετησαι τα εἰρημενα· ἡ μη φλυαρειν θελων ὁμολογειν, ὁτι ουτε ἡρωας ουτε δαιμονων φυσιν ἐπισταται. εἰς δε τον περι ἀνθρωπων λογον, βλαπτομενων των προτερων, ἐαν δουλευῃ τις δευτερῳ, λεκτεον· ποιαν βλαβην φησι γινεσθαι τῳ προτερῳ ἀνθρωπῳ. εἰ ὁ δουλευων αὐτῳ δουλευειν ἐθελει και ἑτερῳ;

Εἰ μεν γαρ ὡς ἰδιωτης λεγοι και ἀφιλοσοφον βλαβην την περι χρηματων των ἐκτος ἡμιν σημαινομενων· ἐλεγχθειη ἀν μηδ᾽ ἐπιστησας τῳ ὑπο Σωκρατους καλως εἰρημενῳ ἐν τῳ, ἐμε δε Ανυτος και Μελιτος ἀποκτειναι μεν δυνανται, βλαψαι δε ου· ου γαρ θεμιτον, το κρειττον ὑπο του χειρονος βλαπτεσθαι. εἰ δε βλαβην, την κινησιν ἡ σχεσιν λεγοι κατα κακιαν, δηλον ὁτι, ουδεμιας γινομενης βλαβης περι τους σοφους, δουλευει τις ἐν διεστηκοσι τοποις ουσι δυο σοφοις. εἰ δ᾽ ουδε τουτο εὐλογον· ματην αὐτῳ παρειληπται το παραδειγμα κατηγορουν του, ουδεις δυναται δυσι κυριοις δουλευειν· και μαλλον ὁ περι της εἰς τον θεον των ὁλων δουλειας μονον δια του προσαγοντος τῳ θεῳ υἱου αὐτου κρατησει λογος. ἀλλα και ουχ ὡς δεομενον τον θεον θεραπευσομεν, ουδ᾽ ὡς λυπουμενον, ἀν μη θεραπευωμεν αὐτον· ἀλλ᾽ ὡς αὐτοι ἀπο της προς τον θεον θεραπειας ὠφελουμενοι, και ἀλυποι και ἀπαθεις γιγνο-

μενοι

movet, cum, poſtquam de ſervitute erga homines dixit, *priorem herum lædi, cum quis volens ipſi ſervire, ſervire vult & alteri*, addit *idem ſentiendum eſſe de Heroibus & aliis hujusmodi dæmonibus*; ab ipſo quærendum eſt, quid putet eſſe Heroas illos, quid illos dæmones: ita ut qui huic Heroi ſervit, illum alteri Heroi ſervire non liceat; & qui huic dæmoni ſervit, alteri illum non liceat ſervire: quaſi inde læderetur prior dæmon, eodem fere modo ac homines læduntur, cum aliis dat ſe in ſervitutem, is, qui prius ipſis ſervivit. Oſtendat etiam quam jacturam facere putet Heroas aut illos dæmones. Aut enim in pelagus nugarum incidens cogetur repetere quæ dixit & jam ſtatuta evertere, aut confiteri, ſi nugari nolit, ſibi Heroas & dæmonum incompertam eſſe naturam. In id autem quod dixit, homines lædi, ſi quis illis ſerviens alteri ſerviat; quærendum eſt quam exiſtimet priori homini fieri injuriam, cum is qui ipſi ſervit, ſervire vult & alteri.

8. Nam ſi ut idiota & philoſophiæ rudis reſpondeat a ſe notari jacturam illarum rerum, quæ extra nos ſunt, convincetur ignoraſſe præclarum iſtud Socratis effatum: *Occidere me poſſunt Anytus & Melitus, lædere vero minime: nam fieri non poteſt ut quod præſtantius eſt a deteriore lædatur.* Sin intelligat injuriæ nomine motum aut habitum vitioſum, conſtat, cum nulla hujusmodi in ſapientes cadat injuria, poſſe ſerviri duobus ſapientibus, qui diverſis in locis eſſent. Quod ſi nec iſte ſenſus convenit, hinc fruſtra duxit exemplum ad reprehendendum iſtud: *Nemo poteſt duobus dominis ſervire:* quod potius verum eſt cum refertur ad ſervitutem erga ſolum univerſorum Deum, per ejus filium qui nos perducit ad Deum. Neque vero Deum colemus, quaſi noſtro cultu indigeret, aut quaſi doleret ſe a nobis non coli; ſed ut ipſi pietatis in Deum fructus capiamus, & ut ſummo Deo per unigenitum

μενοι ἐκ τȣ δȣλευειν τῳ ἐπι πασι Θεῳ δια τȣ μονογενȣς αὐτȣ λογȣ και σοφιας.

Ορα δε πως ἀβασανιςον ἐςι το, εἰ γαρ τι και ἀλλο των ἐν τοις ὁλοις θεραπευσεις· ἐν ᾡ ἐμφαινεται την τȣ Θεȣ θεραπειαν χωρις πασης βλαβης ἡμων ἡμας προσαγειν ἁπαξαπλως τινι των τȣ Θεȣ. ἀλλ' ὡσπερει αἰσθηθεις ἑαυτȣ ȣ̓χ ὑγιως εἰποντος, εἰ γαρ τι και ἀλλο των ἐν τοις ὁλοις θεραπευσεις, εἰτ' ἐπαναλαμβανει και διορθωσιν προσαγει τῳ λεγομενῳ, ἐν τȣτῳ ȣ̓δ' ἐξεςι τιμασθαι ȣ̓δενι, ὁτῳ μη ἐξ ἐκεινȣ τȣτο δεδοται. και πυθωμεθα τȣ Κελσȣ περι των τιμωμενων ὡς θεων, ἠ δαιμονων, ἠ και ἡρωων· ὁτι ποθεν, ὠ οὑτος, ἀποδεικνυναι ἐχεις, ὁτι ἀπο τȣ Θεȣ τȣτοις δεδοται το τιμασθαι, και ȣ̓χι ἀπο ἀγνοιας και ἀμαθιας ἀνθρωπινης πλανωμενων και ἀποπιπτοντων τȣ κυριως τιμωμενȣ; τιμαται γουν, ὡς προ βραχεος ἐλεγες, ὠ Κελσε, τα Αδριανȣ παιδικα· και ȣ̓ δη πȣ ἐρεις, ὁτι ἀπο τȣ Θεȣ των ὁλων δεδοται το τιμασθαι ὡς Θεῳ τῳ Αντινοῳ. το δ' αὐτο και περι των ἀλλων ἐρȣμεν, ἀπαιτουντες ἀποδειξιν περι τȣ δεδοσθαι αὐτοις ἀπο τȣ ἐπι πασι Θεȣ το τιμασθαι. ἐαν δ' ἡμιν ἀνθυποφερῃ το παραπλησιον περι τȣ Ιησȣ· ἀποδειξομεν ὁτι ἀπο Θεȣ δεδοται αὐτῳ το τιμασθαι· ἱνα παντες τιμωσι τον υἱον, καθως τιμωσι τον πατερα. αἱ γαρ προ της γενεσεως αὐτȣ προφητειαι συςασεις ἠσαν της τιμης αὐτȣ. ἀλλα και τα ὑπ' αὐτȣ γενομενα παραδοξα, ȣ̓ μαγγανειᾳ, ὡς οἰεται Κελσος, ἀλλα θειοτητι προειρημενῃ ὑπο των προφητων, την ἀπο Θεȣ εἰχε μαρτυριαν· ἱν' ὁ τιμων τον υἱον ὀντα λογον, μηδεν ἀλογον πραττων, ὠφεληται ἐκ τȣ τιμᾳν αὐτον· και τιμων αὐτον ὀντα ἀληθειαν κρειττων γινηται ἀπο τȣ τιμᾳν ἀληθειαν· οὑτω δε και ἀπο τȣ τιμᾳν σοφιαν και δικαιοσυνην, και παντα ἁπερ φασιν εἰναι οἱ θειοι λογοι τον υἱον τȣ Θεȣ.

Οτι δε ἡ προς τον υἱον τȣ Θεȣ τιμη ἐν βιῳ ὑγιει γινεται, ȣ̓τω δε και ἡ προς τον Θεον και πατερα, ὁρα εἰ μη διδασκομεθα ἐκ τȣ τȣ, ὁς ἐν νομῳ καυχαται, δια της παραβασεως τȣ νομȣ τον Θεον ἀτιμαζεις· και ἐκ τȣ, ποσῳ

ius Verbum & ſapientiam ſervientes, a moleſtiis pœ-
isque liberemur.

9. Vide & iſtud quam inconſideratum ſit: *Nam ſi
iid a iud eorum quæ in univerſo ſunt coleres*: quo innuit
os colendo Deo duci absque ullo detrimento ad cul-
ım cujuslibet rei quæ pertineat ad Deum. Sed quaſi
nſiſſet id quod dixit non eſſe ſanum, *Nam ſi quid
iud eorum quæ in hoc univerſo ſunt coleres*; mox redit
l ſe, & dictum corrigens, *Non licet*, inquit, *quem-
am coli, niſi cui iſtud a Deo datum eſt.* Verum de cul-
s illis aut diis aut dæmonibus, aut etiam Heroibus,
elſum interrogemus: unde probaveris, o bone,
lis, ut colerentur, datum eſſe a Deo, non vero ab
ominibus, qui ignorantia errabant & inſcientia, qui-
ue ab illo exciderant cui cultus proprie defertur?
driani coluntur Amaſii, ut paulo ante dixiſti, Cel-
:; at profecto non affirmaveris Antinoo datum a
ımmo Deo fuiſſe ut coleretur. Idem de aliis dice-
ıus petemusque ut demonſtret illis, ut colantur, a
ımmo Deo datum fuiſſe. Quod ſi a nobis quid ſimi-
: de Jeſu poſtulet, probabimus datum illi a Deo
ıiſſe ut coleretur, *Ut omnes honorificent filium ſicut ho-
orificant patrem.* Nam prophetiæ omnes antequam
aſceretur editæ, cultum illius commendabant. Sed
: miracula quæ fecit non arte magica, ut exiſtimat
elſus, ſed divinitate a Prophetis prædicta, a Deo
eſtimonium habuerunt, ut qui filium, qui Verbum
ſt, colit, is cum nihil contra rationem faciat, ex
lius cultu utilitatem percipiat; & qui colit illum qui
ſt veritas, is ex veritatis cultu melior fiat. Quod
lem dicendum de cultu ſapientiæ & juſtitiæ & om-
ium quæ filium Dei eſſe teſtantur divinæ ſcripturæ.

10. Jam vero filii Dei æque ac Dei & patris cul-
um in integra vita poſitum eſſe, vide an non doceat
ic locus: *Qui in lege gloriaris, per prævaricationem le-
is Deum inhonoras:* & iſte: *Quanto magis putatis dete-*

riora

δοκειτε χειρονος ἀξιωθησεται τιμωριας ὁ τον υἱον τε Θεε καταπατησας, και το αἱμα της διαθηκης κοινον ἡγησαμενος, ἐν ᾧ ἡγιασθη, και το πνευμα της χαριτος ἐνυβρισας; εἰ γαρ δια της παραβασεως τε νομε ἀτιμαζει τον Θεον ὁ παραβαινων τον νομον, και καταπατει τον υἱον τε Θεε ὁ καταπατων τον λογον· δηλον ὁτι τιμα μεν τον Θεον ὁ τηρων τον νομον· σεβει δε τον Θεον ὁ κεκοσμημενος τῳ λογῳ τε Θεε και τοις ἐργοις αὐτε. εἰ δε ἡδει Κελσος, τινες μεν εἰσι τε Θεε, και ὁτι οἱ μονοι σαφοι, τινες δε οἱ ἀλλοτριοι, και ὁτι παντες οἱ φαυλοι οἱ μηδαμως νευοντες προς ἀρετης ἀναληψιν, εἰδεν ἀν πως δη το· τιμων ἐν τις και σεβων τες ἐκεινε παντας, τι λυπει τον Θεον, ἐ παντες εἰσιν;

Εξης δε τουτοις φησι, και μην ὁ γε φασκων ἑνα εἰρησθαι κυριον, περι Θεε λεγων, ἀσεβει, διαιρων την τε Θεε βασιλειαν, και στασιαζων· ὡς ἐσης αἱρεσεως, και ὀντος τινος ἑτερε ἀντιστασιωτε αὐτῳ. χωραν δ' εἰχεν αὐτῳ ταυτα, εἰ γραμμικαις ἀποδειξεσι παριστη, τες ὑπο των ἐθνων προσκυνεμενες ὡς θεες θεες εἰναι· και τες περι τα ἀγαλματα και τες νεως και τες βωμους νομιζομενες τυγχανειν παριστη μη ὀντας φαυλες τινας δαιμονας. ἀλλα και την τε Θεε βασιλειαν παρ' ἡμιν συνεχως λεγομενην και γεγραμμενην ἡμεις μεν και νοειν εὐχομεθα, και τοιετοι γιγνεσθαι, ἱν' ὑπο Θεε μονε βασιλευωμεθα, και γενηται και ἡμων ἡ βασιλεια τε Θεε. ἐκεινος δε, πολλες ἡμας διδασκων σεβειν θεες, Θεων μαλλον ὠφειλεν, εἰ τα ἀκολεθα ἑαυτῳ σκοπει, λεγειν βασιλειαν, ἠπερ Θεε. ἐτ' ἐν αἱρεσεις παρα Θεῳ, ἐτ' ἐστι τις Θεος ἀντιστασιωτης αὐτῳ· κἀν, οἱον γιγαντες, τινες, ἡ Τιτανες, δια την ἰδιαν φαυλοτητα θεομαχειν θελωσι μετα Κελσε και των ἀραμενων πολεμον προς τον δια μυριων παραστησαντα τα περι τε Ιησε, και προς αὐτον τον ἐπι σωτηρια τε γενους ἡμων παντι τῳ κοσμῳ ἀθροως ἑαυτον ὀντα λογον ὡς ἑκαστος χωρει ἐπιδεδωκοτα.

iora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcaverit, & anguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit? Nam ſi per prævaricationem legis inhonorat Deum is qui legem violat, & ſi, conculcato verbo, filius conculcatur; videns eſt Deum honorari ab illo qui legem ſervat, & Deum coli ab eo, qui Verbo Dei ornatus convenienter præceptis ejus vivit. Si noviſſet Celſus quinam ad Deum pertineant, & ſolos eſſe ſapientes; quinam vero ab illo alieni ſint, & ſolos eſſe malos qui numquam ad ſuſcipiendam virtutem propendent, certe intellexiſſet quid ſibi velit iſtud: *Quisquis honorat & colit omnes qui ad illum pertinent; quid ille contriſtat Deum ad quem omnes pertinent?*

11. Subdit: *Qui de Deo loquens affirmat unum eſſe qui Dominus vocetur, is impie facit. Dividit enim Dei regnum, & ſeditionem inducit, quaſi factio eſſet & aliquis alius Deo adverſarius.* Verum hæc locum haberent, mathematicis demonſtrationibus probaret illos, qui gentibus ut dii coluntur, revera deos eſſe, non autem improbos dæmones eſſe illos, qui circa ſtatuas, templa & altaria verſari creduntur. At nos illud Dei regnum voce & ſcripto a noſtris perpetuo prædicatum & intelligere optamus, & tales effici, ut ſolum Deum habeamus regem, & regnum Dei noſtrum fiat. Ille vero qui nos docet multos venerari deos, non Dei regnum, ſi conſtare ſibi voluiſſet, ſed regnum deorum appellare debuit. Nec igitur eſt apud Deum aliqua factio, nec ullus Deus illi adverſarius eſt: quanquam quidam veluti Gigantes & Titanes, pro ſua nequitia contra Deum pugnare velint cum Celſo & aliis qui bellum inducunt & illi qui Jeſum innumeris teſtimoniis approbavit, & illi, qui pro ſalute noſtri generis ſe, qui erat Verbum, univerſo mundo præſentem exhibuit, prout quisque capere poterat.

12. In

Δοξαι δ' ἀν τις ἑξης τουτοις πιθανον τι καθ' ἡμων λεγειν ἐν τῳ, εἰ μεν δη μηδενα ἀλλον ἐθεραπευον οὑτοι πλην ἑνα Θεον, ἠν ἀν τις αὐτοις ἰσως προς τους ἀλλους ἀτενης λογος· νυνι δε τον ἐναγχος φανεντα τουτον ὑπερθρησκευουσι, και ὁμως οὐδεν πλημμελειν νομιζουσι περι τον Θεον, εἰ και ὑπηρετης αὐτου θεραπευθησεται. λεκτεον δε και προς τουτο, ὁτι, εἰπερ νενοηκει ὁ Κελσος το, ἐγω και ὁ πατηρ ἑν ἐσμεν· και το ἐν εὐχῃ εἰρημενον ὑπο του υἱου του Θεου ἐν τῳ, ὡς ἐγω και συ ἑν ἐσμεν· οὐκ ἀν ᾠετο ἡμας και ἀλλον θεραπευειν παρα τον ἐπι πασι θεον. ὁ γαρ πατηρ, φησιν, ἐν ἐμοι, κἀγω ἐν τῳ πατρι. εἰ δε τις ἐκ τουτων περισπασθησεται, μη πη αὐτομολουμεν προς τους ἀναιρουντας δυο εἰναι ὑποστασεις πατερα και υἱον· ἐπιστησατω τῳ, ἠν δε παντων των πιστευσαντων ἡ καρδια και ἡ ψυχη μια, ἱνα θεωρηση το, ἐγω και ὁ πατηρ ἑν ἐσμεν. ἑνα οὖν θεον, ὡς ἀποδεδωκαμεν, τον πατερα και τον υἱον θεραπευομεν· και μενει ἡμιν ὁ προς τους ἀλλους ἀτενης λογος· και οὐ τον ἐναγχος γε φανεντα, ὡς προτερον οὐκ ὀντα, ὑπερθρησκευομεν. αὐτῳ γαρ πειθομεθα τῳ εἰποντι, πριν Αβρααμ γενεσθαι ἐγω εἰμι· και λεγοντι, ἐγω εἰμι ἡ ἀληθεια· και οὐχ οὑτω τις ἡμων ἐστιν ἀνδραποδον, ὡς οἰεσθαι ὁτι ἡ της ἀληθειας οὐσια προ των χρονων της του Χριστου ἐπιφανειας οὐκ ἠν. θρησκευομεν οὖν τον πατερα της ἀληθειας, και τον υἱον την ἀληθειαν, ὀντα δυο τῃ ὑποστασει πραγματα, ἑν δε τῃ ὁμονοιᾳ, και τῃ συμφωνιᾳ, και τῃ ταυτοτητι του βουληματος· ὡς τον ἑωρακοτα τον υἱον ὀντα ἀπαυγασμα της δοξης, και χαρακτηρα της ὑποστασεως του θεου, ἑωρακεναι ἐν αὐτῳ, ὀντι εἰκονι του θεου, τον θεον.

Εἰτ' οἰεται ἐκ του θρησκευειν ἡμας μετα του θεου τον υἱον αὐτου, ἀκολουθειν ἡμιν το και καθ' ἡμας οὐ μονον τον θεον, ἀλλα και τους ὑπηρετας αὐτου θεραπευεσθαι. εἰ μεν οὖν ἐνοει τους ἀληθως ὑπηρετας του θεου μετα τον μονογενη του θεου, τον Γαβριηλ, και τον Μιχαηλ, και τους

λοιπους

12. In iis quæ ſequuntur fortaſſe ſuſpicari quis oſſet aliquid contra nos probabile dici: *Si nullum,* ıquit, *alium Deum colerent iſti, quam unum Deum, ſet illis fortaſſe contra alios valida ratio. Nunc autem, ım hominem nuperrime exortum ſupra modum colunt, ni-il tamen in Deum peccare ſe putant, licet ejus miniſtrum ılant.* Ad hoc etiam reſpondendum, ſi Celſo per-ɔectum fuiſſet iſtud, *Ego & pater unum ſumus,* & oc aliud quod filius Dei inter precandum dixit, *Si-ıt ego & tu unum ſumus,* non ſibi eum inducturum ɹiſſe in animum, alium a nobis quam ſummum Deum oli. Nam *pater,* inquit, *in me & ego in patre.*)uod ſi quis ex his verebitur ne ad illos transfu-iamus, qui patrem & filium duas hypoſtaſes eſſe ne-ant, advertat animum ad iſtud: *Erat omnium creden-um cor unum & anima una,* ut intelligat quid ſibi elit hoc: *Ego & pater unum ſumus.* Unum igitur)eum, ut explicavi, patrem & filium colimus, at-ue adeo nobis manet contra alios valida ratio; ne-ue hominem nuperrime exortum & qui antea non :at, ſumma veneratione proſequimur. Credimus ıim dicenti, *Antequam Abraham fieret, ego ſum;* &, *go ſum Veritas.* Neque quiſquam noſtrum tam abje-i ingenii eſt ut exiſtimet ſubſtantiam veritatis non ıte tempora illa fuiſſe, quibus Chriſtus viſus eſt. olimus igitur patrem veritatis & filium veritatem, ıæ duæ res ſunt quoad hypoſtaſim, una vero con-nſione & concordia & voluntatis *identitate:* ita ut ıi vidit filium, qui eſt *ſplendor gloriæ & figura ſub-ıntiæ* Dei, is in illo, qui Dei imago eſt, viderit & ıtrem.

13. Deinde putat *ex eo, quod cum Deo filium ejus lamus, conſequens eſſe ut non Deum ſolum, ſed etiam us miniſtros colendos eſſe ſentiamus.* Si intellexiſſet ıinam ſint poſt Dei Unigenitum vere miniſtri Dei, : Gabriel, Michael, & alii Angeli, atque Archan-

geli,

λοιπȣς ἀγγελους, και ἀρχαγγελους, και τουτȣς ἐλεγε δειν θεραπευεσθαι· ἰσως ἀν το περι τȣ θεραπευειν αὐτȣ σημαινομενον ἐκκαθηραντες, και των τȣ θεραπευοντος πραξεων, εἰπομεν ἀν εἰς τον τοπον, ὡς περι τηλικουτων διαλεγομενοι, ἁπερ ἐχωρουμεν περι αὐτων νοησαι· νυνι δε ὑπηρετας νομιζων τους προσκυνȣμενȣς ὑπο τω ἐθνων δαιμονας, ȣ̓χ ὑπαγει ἡμας ἀκολουθιᾳ τῃ περι τȣ θεραπευειν τους τοιουτους, οὑς ὑπηρετας τȣ πονηρȣ ὁ λογος ἀποδεικνυσι, και ἀρχοντος τȣ αἰωνος τουτȣ, ἀφιςαντος ἀπο τȣ Θεȣ οὑς ἀν δυνηται. ὡς ȣ̓χ ὑπηρετας ȣ̓ν, οὑς οἱ λοιποι ἀνθρωποι σεβουσι, παντας σεβειν και θεραπευειν ἐκκλινομεν· ȣ̓κ ἀν γαρ ὑπηρετας αὐτους διδαχθεντες εἰναι τȣ ἐπι πασι θεȣ, ἐλεγομεν εἰναι δαιμονια. διο τον ἑνα θεον, και τον ἑνα υἱον αὐτȣ και λογον και εἰκονα, ταις κατα το δυνατον ἡμιν ἱκεσιαις και ἀξιωσεσι σεβομεν, προσαγοντες τῳ θεῳ των ὁλων τας εὐχας δια τȣ μονογενους αὐτȣ· ᾡ πρωτον προσφερομεν αὐτας, ἀξιουντες αὐτον, ἱλασμον ὀντα περι των ἁμαρτιων ἡμων, προσαγαγειν ὡς ἀρχιερεα τας εὐχας, και τας θυσιας, και τας ἐντευξεις ἡμων τῳ ἐπι πασι θεῳ. περι τον θεον ȣ̓ν ἡ πιςις ἡμων, δια τȣ ταυτην βεβαιουντος ἐν ἡμιν υἱȣ αὐτȣ· και ȣ̓δεμιαν ἡμων ἐχει δειξαι ςασιν περι τον υἱον τȣ θεου ὁ Κελσος. και σεβομεν γε τον πατερα, θαυμαζοντες αὐτȣ τον υἱον λογον, και σοφιαν, και ἀληθειαν, και δικαιοσυνην, και παντα, ἁπερ εἰναι μεμαθηκαμεν τον υἱον τȣ θεου, ȣ̔τω δη και τον γεννηθεντα ἀπο τȣ τοιουτȣ πατρος. και ταυτα μεν ταυτῃ.

Επει δε φησι παλιν ὁ Κελσος, ὁτι εἰ διδαξαις αὐτȣς, ὁτι ȣ̓κ ἐςιν οὑτος ἐκεινȣ παις, ἀλλ' ἐκεινος γε παντων πατηρ, ὁν μονον ὡς ἀληθως δει σεβειν· ȣ̓κ ἀν ἐτι θελοιεν, εἰ μη και τȣτον, ὁσπερ ἐςιν αὐτοις της ςασεως ἀρχηγετης. και ὠνομασαν γε τουτον Θεου υἱον· ȣ̓χ ὁτι τον Θεον σφοδρα σεβουσιν, ἀλλ' ὁτι τȣτον σφοδρα αὐξουσιν· ἡμεις μεν ȣ̓ν μαθοντες, τις ἐςιν ὁ υἱος τȣ Θεου, και ὁτι ἀπαυγασμα ἐςι της δοξης, και χαρακτηρ της ὑποςασεως αὐτȣ, και ἀτμις μεν της τȣ Θεου δυναμεως, ἀποῤῥοια δε της τȣ

παντο-

geli, & eos colendos eſſe dixiſſet; fortaſſe, repurgatis cum ſignificatione illius vocis *colere*, tum ejus qui colit officiis, hoc loco pro rei momento attuliſſem ea, quæ de hoc argumento aſſequi intellectu potui. Cum autem miniſtros exiſtimet dæmones illos qui adorantur a gentibus, non rerum conſequentia nos cogit eorum admittere cultum quos ſcriptura docet eſſe miniſtros mali illius & principis hujus ſæculi, qui a Deo avertit quoſcumque poteſt. Detrectamus igitur omnino illos quos reliqui homines venerantur, colere & illis ſervire, quia miniſtri non ſunt. Nam ſi didiciſſemus illos eſſe ſummi Dei miniſtros, non eos dæmonia eſſe diceremus. Itaque unum Deum & unum filium ejus Verbum & imaginem, quantum poſſumus, precibus ſupplicationibuſque veneramur, offerentes Deo univerſorum per unigenitum ejus noſtras preces. Huic primum ſupplicamus, rogantes ut, cum ſit *propitiatio pro peccatis noſtris* & *pontifex magnus*, vota, victimas, preceſque noſtras ſummo Deo offerat. Hæc igitur eſt de Deo fides noſtra per ejus filium qui eam in nobis confirmat, nec Celſus probare poteſt, Dei filium ullam nobis eſſe ſeditionis cauſam: quippe qui patrem veneramur, cum admiramur ejus filium, qui eſt verbum, ſapientia, veritas, juſtitia & omnia quæ Dei filium eſſe didicimus, utpote a tali patre progenitum. Atque de his hactenus.

14. Quoniam vero rurſus ait Celſus: *Si doceas eos hunc non eſſe illius filium, ſed illum omnium eſſe patrem, quem ſolum vere adorari oporteat; nolint, niſi & iſte adoretur qui ſeditionis dux ipſis eſt, quemque Dei filium appellant, non quod Deum maxime colant, ſed quod iſtum extollant quam maxime;* nos, qui didicimus quis ille ſit Dei filius, & eum eſſe *ſplendorem gloriæ & figuram ſubſtantiæ ejus, vaporem virtutis Dei, emanationem claritatis omnipotentis ſinceram, candorem lucis æternæ, ſpecu-*

παντοκρατορος δοξης εἰλικρινης, ἐτι δε ἀπαυγασμα φωτος ἀϊδιε, και ἐσοπτρον ἀκηλιδωτον της τε Θεε ἐνεργειας, και εἰκων της ἀγαθοτητος αὐτε· ἰσμεν ὁτι οὑτος υἱος ἐξ ἐκεινε, και ἐκεινος τετε πατηρ. και ἐδεν ἀπρεπες ἐςιν ἐν τῳ λογῳ, ἐδε ἀναρμοςον Θεῳ, τοιετον υἱον μονογενη ὑφιςαντι. και ἐκ ἀν μεταπεισηται τις ἡμας, ὁτι ἐχ υἱος ὁ τοιετος τε ἀγεννητε Θεε ἐςι και πατρος. εἰ δε τινων παρηκεσε Κελσος μη ὁμολογουντων τον υἱον τε Θεε υἱον εἰναι τε δημιεργησαντος τοδε το παν· αὐτος ἀν εἰδειη, και οἱ συγκατατιθεμενοι τοιετῳ λογῳ. ἐ ςασιως ἐν ἀρχηγετης ὁ Ιησες, ἀλλα πασης εἰρηνης, ὁ εἰπων τοις μαθηταις, εἰρηνην ἀφιημι ὑμιν, εἰρηνην την ἐμην διδωμι ὑμιν. εἰτ', ἐπειπερ ἡπιςατο τες τε κοσμε και ἐ Θεε ἀνθρωπες προσπολεμησοντας ἡμιν, προσεθηκεν ἐκεινοις το, ἐ καθως ὁ κοσμος διδωσιν εἰρηνην, κἀγω διδωμι ὑμιν εἰρηνην. θαῤῥεμεν δε δι' αὐτον, κἀν θλιβωμεθα ἐν τῳ κοσμῳ, εἰποντα, ἐν τῳ κοσμῳ θλιψιν ἑξετε· ἀλλα θαρσειτε, ἐγω νενικηκα τον κοσμον. και τετον φαμεν εἰναι υἱον Θεε· Θεε δε, ὀν, εἰ δει ταις λεξεσιν ἀκολεθησαι τε Κελσε, σφοδρα σεβομεν, και τον υἱον αὐτε σφοδρα ηὐξημενον ὑπο τε πατρος γιγνωσκομεν. ἐςω δε τινας ὡς ἐν πληθει πιςευοντων, και δεχομενων διαφωνιαν, δια την προπετειαν ὑποτιθεσθαι τον σωτηρα εἰναι τον μεγιςον ἐπι πασι θεον· ἀλλ' ἐτι γε ἡμεις τοιετον, οἱ πειθομενοι αὐτῳ λεγοντι, ὁ πατηρ, ὁ πεμψας με, μειζων με ἐςι· διοπερ ἐχ ὀν νυν πατερα καλεμεν, ὑποβαλοιμεν, ὡς Κελσος ἡμας συκοφαντει, τῳ υἱῳ τε θεε.

Μετα ταυτα φησιν ὁ Κελσος, ὁτι δε ἐκ ἀπο σκοπε ταυτα δοξαζω, αὐτων ἐκεινων φωναις χρησομαι· ἐν γαρ πε τῳ ἐρανιῳ διαλογῳ τηδε πε λεγεσι, τοισδε τοις ῥημασιν· εἰ ἰσχυροτερος ἐςι Θεε υἱος, και κυριος αὐτε ἐςιν ὁ υἱος τε ἀνθρωπε· και τις ἀλλος κυριευσει τε κρατουντος Θεε; πως πολλοι περι το φρεαρ, και ἐδεις εἰς το φρεαρ; δια τι τοσαυτην ἀνυων ὁδον, ἀτολμος εἰ;-λανθανει σε· παρεςι γαρ μοι θαρσος και μαχαιρα. ἐτως ἐ τετ' ἐςιν αὐτοις το προκειμενον; τον γαρ ὑπερερανιον θεον ἀλλα

ὑπεθεν-

lum ſine macula Dei majeſtatis & imaginem bonitatis illius, ſcimus hunc filium ex illo eſſe, & illum hujus eſſe patrem. Quæ doctrina nihil abſurdi habet, neque Deum dedecet, qui talem ſibi filium unigenitum generavit: nec nobis perſuaſerit non eſſe ingeniti Dei & patris talem filium. Si quosdam audivit Celſus, qui Dei filium negarent eſſe filium ejus a quo hoc univerſum creatum eſt, ipſe viderit, viderint & illi qui aſſenſum ejusmodi doctrinæ præbuerunt. Non igitur ſeditionis dux Jeſus, ſed omnis pacis; quippe qui diſcipulis dixit, *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Deinde cum ſciret mundi & non Dei fore homines qui bellum nobis indicerent, addit: *Non quomodo mundus dat pacem, ego do vobis pacem.* In illo autem noſtram fiduciam ponimus, etiamſi in mundo premamur: dixit enim, *In mundo preſſuram habebitis, ſed confidite, ego vici mundum.* Ille eſt quem dicimus eſſe Dei filium, Dei, inquam, quem veneramur maxime, ut Celſi verbis utar, & filium ejus a patre quam maxime elatum fuiſſe cognoſcimus. Volo autem in credentium multitudine eſſe quosdam qui diverſam ab aliis ſententiam ſequentes temere affirment Salvatorem eſſe ſummum Deum: at nos nihil ſimile, qui credimus dicenti, *Pater qui miſit me, major me eſt.* Quare quem nunc vocamus patrem, eum non ut Celſus calumniatur, Dei filio ſubjicimus.

15. Sic poſtea Celſus: *Ut hæc a ſcopo non aberrare demonſtrem, utar illorum ipſorum verbis; ita enim illi alicubi in Dialogo cœleſti:* „ Si filius fortior eſt Deo, & „ dominus ejus eſt filius hominis, ecquis alius do- „ minus erit Dei, penes quem ſunt omnia? Quomo- „ do multi circa puteum, & nullus in puteum de- „ ſcendit? Cur tantum itineris emenſus timidus es? „ Erras, adeſt enim mihi audacia & gladius.“ *Nonne inde liquet hoc illis eſſe propoſitum? Ponunt enim Deum alium qui ſupra cœlos eſt patrem eſſe iſtius quem unanimi*

ὑπεθεντο τȣτȣ πατερα, περι ὃν συνηλθον σεβειν, ἱν' ἐπι προσχηματι μεγαλȣ Θεȣ τȣτȣ, ὃν προϊςανται τον υἱον τȣ ἀνθρωπȣ, ὁν ἀποφαινȣσιν ἰσχυροτερον και κυριον τȣ κρατουντος Θεȣ, θρησκευωσι μονον. ἐνθεν αὐτοις ἐκεινο το παραγγελμα, το μη δȣλευειν δυο κυριοις· ἱν' ἡ ςασις περι ἑνα τȣτον φυλασσηται. και ἐν τȣτοις δη παλιν, ȣ̓κ οἰδ' ἀπο ποιας αἱρεσεως ἀσημοτατης ταυτα λαβων, πασι Χριςιανοις ἀπ' αὐτων ἐγκαλει· λεγω δ' ἀσημοτατης, ὡς μηδ' ἡμιν εἰναι, τοις πολλακις ἐγγυμνασαμενοις προς τȣς ἀπο των αἱρεσεων, φανεραν την γνωμην, ἀφ' ἡς ταυτα ὁ Κελσος εἰληφεν· εἰ γε εἰληφε, και μη ἀνεπλασεν, ἠ ἀκολȣθησιν προσεθηκε. σαφως γαρ ἡμεις, οἱ λεγοντες τȣ παντα κτισαντος και τον αἰσθητον κοσμον εἰναι, φαμεν τον υἱον ȣ̓κ ἰσχυροτερον τȣ πατρος, ἀλλ' ὑποδεεςερον. και τȣτο λεγομεν, αὐτῳ πειθομενοι εἰποντι το, ὁ πατηρ, ὁ πεμψας με, μειζων μȣ ἐςι. και ȣ̓δεις ἡμων ȣ̔τως ἐμβροντητος ἐςιν, ὡς λεγειν, κυριος ἐςι τȣ Θεȣ ὁ υἱος τȣ ἀνθρωπȣ. κρατειν δε φαμεν τον Σωτηρα μαλιςα, ὁτε νοȣμεν αὐτον Θεον λογον, και σοφιαν, και δικαιοσυνην, και ἀληθειαν, παντων μεν των ὑποτεταγμενων αὐτῳ, καθο ταυτα ἐςιν· ἀλλ' ȣ̓χι και τȣ κρατουντος αὐτȣ πατρος και Θεȣ. εἰτ', ἐπει ȣ̓κ ἀκοντων λογος κρατει, εἰσι δε τινες ἐτι φαυλοι, ȣ̓ μονον ἀνθρωποι, ἀλλα και ἀγγελοι, και παντες δαιμονες· τȣτων φαμεν αὐτον μη κρατειν μεν πω, ἐπει μη ἑκοντες εἰκȣσιν αὐτῳ· κατ' ἀλλο δε σημαινομενον τȣ κρατειν, και αὐτων κρατει, ὡς των ἀλογων ζωων φαμεν τον ἀνθρωπον κρατειν, ȣ̓χ ὑποταξαντα αὐτων το ἡγεμονικον, ὡς τιθασσευσας κρατει τινων λεοντων και κτηνων δεδαμασμενων· πλην παντα ποιει, ἱνα και τȣς νυνι μη πειθομενους αὐτῳ πεισας κρατηση και αὐτων. καθ' ἡμας ȣ̓ν ψευδος το ὑπο τȣ Κελσȣ λεγομενον, ὡς ὑφ' ἡμων ἀπαγγελλομενον, το, τίς ἀλλος κυριευσει τȣ κρατουντος Θεȣ;

Εἰτ',

conſenſu colunt, ut ſub ſpecie magni Dei colant hunc filium hominis, cui primas dant, quemque affirmant fortiorem Deo eſſe qui regit omnia, cum ejus ſit dominus. Atque hinc illud eorum præceptum, duobus dominis non eſſe ſerviendum: ut factio circa hunc unum ſervetur. Et hic iterum in Chriſtianos omnes confert quæ ex neſcio qua obſcuriſſima hæreſi depromſit. Obſcuriſſimam dico; nam, quamvis ſæpe cum hæreticis conflictati fuerimus, nobis tamen non liquet ex qua ſententia Celſus hæc deſumſerit; ſi tamen deſumſit, & non potius confinxit, aut quaſi conſequentia addidit. Non enim qui dicimus etiam mundum hunc ſenſibilem ejus eſſe qui condidit omnia, clare confitemur filium non eſſe fortiorem Patre, ſed inferiorem: & id dicimus fidem habentes ei dicenti: *Pater qui miſit me, major me eſt;* neque quiſquam noſtrum ita ſtupidus eſt ut dicat filium hominis eſſe Dei dominum. Sed cum Salvatorem ſpectamus ut Deum Verbum, ſapientiam, juſtitiam, veritatem, tum dicimus illum imperium habere in omnia ſibi ſubjecta hoc nomine; non vero etiam in Deum & Patrem qui in ipſum imperium habet. Quoniam vero invitis non dominatur Verbum, & non ſolum inter homines, ſed etiam inter Angelos nonnulli ſunt adhuc mali quibus accenſendi ſunt omnes dæmones, dicimus Verbum iſtis nondum dominari, ſiquidem non ſponte illi ſe ſubjiciunt: quanquam alio ſenſu hujus vocis *dominari*, illis dominatur; ad eum fere modum quo dicimus hominem beſtiis dominari, quamvis eis non dominetur perſuadendo, & ad eum fere modum quo in quosdam leones & jumenta imperium obtinet is qui illa domuit & condocefecit: verumtamen nihil intentatum relinquit, ut ſibi non obſequentes perſuadeat & ſuo imperio ſubdat. Ex nobis igitur falſum eſt hoc quod Celſus quaſi unum e noſtris dogmatibus adducit: *Ecquis alius dominus erit ejus, penes quem ſunt omnia?*

 16. De-

Εἰτ᾽ οἶμαι, παλιν φυρων τα πραγματα, ἀπο ἀλλης αἱρεσεως φερει το, πως πολλοι περι το φρεαρ, και οὐδεις εἰς το φρεαρ; και το, δια τι τοσαυτην ἀνυων ὁδον, ἀτολμος εἶ; λανθανει σε· και το, παρεστι γαρ μοι θαρσος και μαχαιρα. ἀν ἡμεις οὐδεν, οἱ ἀπο της ἐπωνυμου Χριστου ἐκκλησιας μονου, φαμεν εἶναι ἀληθες. ταυτα δη προειπων δοκει ἀκολουθα ἑαυτῳ λεγειν, τα οὐδεν προς ἡμας. ἡμιν μεν γαρ το προκειμενον ἐστιν, οὐκ ἐξ ὑποθεσεως τινα σεβειν θεον, ἀλλα τον τουδε του παντος, και ἀλλου οὐτινοσουν μη αἰσθητου μηδε δεικνυμενου, δημιουργον. εἰσονται δε οἱ ἀλλην ὁδον και ἀλλα κελευθα βαδιζοντες, και τουτον μεν ἀρνουμενοι, καινοειδει δε ἀναπλασματι και ὀνοματι μονον θεου ἑαυτους, ὡς μειζονι του δημιουργου, ἐπιδεδωκοτες, και εἰ τις ἀρ᾽ ἐστι, λεγων ἰσχυροτερον εἶναι τον υἱον και κυριον του κρατουντος θεου. ἀποδεδωκαμεν δε τον φαινομενον ἡμιν λογον εἰς το, μη δειν δυσι κυριοις δουλευειν· ὁτε και παρεστησαμεν, μηδεμιαν στασιν περι τον Ιησουν και κυριον ἀποδεικνυσθαι δυνασθαι, ἐν τοις ὁμολογουσιν ὑπεραναβεβηκεναι μεν παντα κυριον, μονῳ δε κυριῳ δουλευειν τῳ υἱῳ του θεου και λογῳ.

Μετα ταυτα δε ὁ Κελσος φησιν, ἡμας βωμους και ἀγαλματα και νεως ἱδρυσθαι φευγειν· ἐπει το πιστον ἡμιν ἀφανους και ἀποῤῥητου κοινωνιας οἰεται εἶναι συνθημα· οὐχ ὁρων, ὁτι βωμοι μεν εἰσιν ἡμιν το ἑκαστου των δικαιων ἡγεμονικον, ἀφ᾽ οὑ ἀναπεμπεται ἀληθως και νοητως εὐωδη θυμιαματα, αἱ προσευχαι ἀπο συνειδησεως καθαρας. διο λεγει παρα τῳ Ιωαννῃ ἐν τῃ ἀποκαλυψει, τα δε θυμιαματα εἰσιν αἱ προσευχαι των ἁγιων· και παρα τῳ ὑμνῳδῳ, γενηθητω ἡ προσευχη μου, ὡς θυμιαμα ἐνωπιον σου. ἀγαλματα δε και πρεποντα θεῳ ἀναθηματα, οὐκ ὑπο βαναυσων τεχνιτων κατεσκευασμενα, ἀλλ᾽ ὑπο λογου θεου τρανουμενα, και μορφουμενα ἐν ἡμιν, αἱ ἀρεται, μιμηματα τυγχανουσαι του πρωτοτοκου πασης κτισεως, ἐν ᾧ ἐστι δικαιοσυνης, και σωφροσυνης, και ἀνδρειας, και

σοφιας,

16. Deinde res, opinor, rurſus confundens ex alia hæreſi mutuatur iſtud: *Quomodo multi circa puteum, & nullus in puteum deſcendit?* Et hoc: *Cur tantum itineris emenſus timidus es? Erras.* Et, *Eſt enim mihi audacia & gladius.* Quorum nihil nos, qui ad Eccleſiam a ſolo Chriſto nomen habentem pertinemus, verum eſſe dicimus. Hæc præfatus addit quæ ſibi exiſtimat eſſe conſentanea, ſed quæ nihil ad nos adtinent. Nobis enim propoſitum eſt non quemdam colere Deum quem ſupponeremus, ſed eum qui hoc Univerſum condidit & quidquid nec ſentitur nec monſtratur. Viderint illi, qui viam aliam aliasque ſemitas ingrediuntur, quique hunc negantes, alium recens confictum & nomine tantum Deum venerantur quaſi conditore præſtantiorem, & ſi qui ſunt alii qui dicant filium fortiorem eſſe & dominum ejus penes quem ſunt omnia. Quod ſpectat ad iſtud præceptum, non duobus dominis ſerviendum eſſe, jam diximus quid ea de re nobis videatur: cum videlicet oſtendimus Jeſum & Dominum nullam eſſe ſeditionis cauſam illis, qui ſupra omnem dominum erigere ſe profitentes, ſoli illi Domino ſerviunt, qui Dei filius & Verbum eſt.

17. Poſt hæc ait Celſus, *nos ab altaribus, ſtatuis, templis erigendis abhorrere, quia hæc,* ut putat, *occultæ & arcanæ ſocietatis teſſera eſt de qua inter nos convenit.* Scilicet non vidit apud nos animum cujusque juſti ipſi eſſe altare, ex quo vere & ſpiritaliter boni odoris ſuffitus emittuntur, preces dico a pura conſcientia oblatas. Unde in Apocalypſi Joannis: *Odoramenta autem ſunt orationes ſanctorum;* & apud Pſalten: *Fiat oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo.* Statuæ vero & dona Deo convenientia non ea ſunt quæ mechanici fabricant; ſed quæ a Dei verbo formata & expolita ſunt intra nos: virtutes videlicet, quibus imitamur *Primogenitum omnis creaturæ*, in quo juſtitiæ, temperantiæ, fortitudinis, ſapientiæ, pietatis & re-

σοφιας, και ευσεβειας, και των λοιπων αρετων παραδειγματα. εν πασιν ουν εςι τοις κατα τον θειον λογον σωφροσυνην εαυτοις κατασκευασασι, και δικαιοσυνην, και ανδρειαν, και σοφιαν, και ευσεβειαν, και των λοιπων αρετων τα κατασκευασματα, αγαλματα· οις πρεπον ειναι πεπεισμεθα τιμασθαι το πρωτοτυπον παντων αγαλματων, την εικονα τε Θεε τε αορατε, τον μονογενη Θεον. αλλα και οι εκδυομενοι τον παλαιον ανθρωπον συν ταις πραξεσιν αυτε, και ενδυομενοι τον νεον, τον ανακαινουμενον εις επιγνωσιν, κατ' εικονα τε κτισαντος αυτον, το κατ' εικονα τε κτισαντος ειναι αναλαμβανοντες, αγαλματα εν εαυτοις ποιεσιν, οποια βελεται ο επι πασι Θεος εκεινος. ωσπερ δε και επι των αγαλματοποιων, οι μεν τινες εισι θαυμαςως κατορθουντες το εργον, ωσπερ ειπειν Φειδιας, η Πολυκλειτος, η ζωγραφοι Ζευξις, και Απελλης· ετεροι δε ελαττον τετων αγαλματοποιεσι, και αλλοι ετι και των δευτερων ελαττον, και απαξαπλως πολλη διαφορα εςι της των αγαλματων και εικονων κατασκευης· τον αυτον τροπον οι μεν τινες εισι ποιουντες αγαλματα τε επι πασι Θεε βελτιον και κατα τελειαν επιςημην, ως μηδεμιαν ειναι συγκρισιν τε υπο Φειδιε κατασκευασθεντος Ολυμπιε Διος προς τον κατασκευασθεντα κατ' εικονα τε κτισαντος τε Θεου· παντων δε των εν ολη κτισει πολλω βελτιον και υπερεχον εςιν εν τω σωτηρι ημων, τω λεγοντι, ο πατηρ εν εμοι.

Και εν εκαςω δε των κατα δυναμιν εκεινον και εν τετω μιμησαμενων εςιν αγαλμα το κατ' εικονα τε κτισαντος, οπερ κατασκευαζεσι τω ενοραν Θεω καθαρα καρδια, μιμηται γινομενοι τε Θεε. και απαξαπλως παντες χριςιανοι οποιους ειπομεν βωμες, και οποια παρεςησαμεν αγαλματα, πειρωνται ιδρυσθαι, εκ αψυχα και αναισθητα, εδε δαιμονων λιχνων εφεδρευοντων τοις αψυχοις δεκτικα, αλλα πνευματος Θεε τοις ειρημενοις αγαλμασι της αρετης, και τω κατ' εικονα τε κτισαντος, ως οικειοις επιδημουντος· ετω δε και το πνευμα τε χριςε τοις, ιν' ετως ονομασω, συμμορφοις εφιζανει. και τοιαυτα γε βε-

λομενος

liquarum virtutum exempla ſunt. Quisquis igitur verbo divino parens, temperantiam, juſtitiam, fortitudinem, ſapientiam, pietatem cæteraſque virtutes ſibi comparavit, in eo ſunt ſtatuæ, quibus perſuaſum nobis eſt honorari debere omnium ſtatuarum exemplar, Dei inviſibilis imaginem, Unigenitum Deum. Sed & *qui exſpoliantes veterem hominem cum actibus ſuis & induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem ſecundum imaginem ejus qui creavit illum*, id aſſecuti ſunt ut ſint ſecundum imaginem creatoris, ii in ſe ſimulacra faciunt, qualia ſummus Deus poſtulat. Verum ut inter ſimulacrorum artifices alii opus admirabiliter perficiunt, ut Phidias & Polycletus & pictores Zeuxis & Apelles; alii imperfectius illis ſimulacra faciunt, alii adhuc iſtis minus ſunt periti, & in ſumma magno diſcrimine ſimulacra & imagines fiunt; ſic ſunt quidam, qui ſummi Dei ſimulacra melius & perfecte faciant; ita ut Jupiter Olympius a Phidia fabrefactus ne comparari quidem poſſit ad eum, qui ſecundum imaginem Dei creatoris conſtructus eſt. Omnibus vero quæ in rebus creatis ſunt, longe perfectius ſimulacrum & excellentius in Salvatore noſtro eſt qui dicit, *Pater in me.*

18. Eſt etiam in ſingulis juſtis, illum hac in re quoad poſſunt imitantibus, ſimulacrum ſecundum imaginem Conditoris: quod ſimulacrum efformant, cum Deum puro corde contemplantur, Deique imitatores fiunt. In ſumma Chriſtiani omnes altaria & ſimulacra exſtruere conantur, cujusmodi a nobis explicata ſunt, non inanima & ſenſu privata, non guloſorum dæmonum rebus inanimis deditorum receptacula, ſed idonea ad recipiendum Dei ſpiritum qui in dictis virtutum ſimulacris & anima ad imaginem creatoris conformata tanquam in propriis inhabitat:

λομενος παραστησαι ὁ του θεου λογος ἀνεγραψε τον μεν θεον ἐν ἐπαγγελιᾳ τοις δικαιοις λεγοντα, ἐνοικησω ἐν αὐτοις, και ἐμπεριπατησω ἐν αὐτοις, και ἐσομαι αὐτων θεος, και αὐτοι ἐσονται μου λαος· τον δε σωτηρα, ἐαν τις ἀκουῃ μου τους λογους, και ποιῃ αὐτους, ἐγω και ὁ πατηρ μου ἐλευσομεθα προς αὐτον, και μονην παρ' αὐτῳ ποιησομεθα. συνεξεταζετω γουν ὁ βουλομενος βωμους, οὑς διηγησαμην, βωμοις οἱς ὁ Κελσος λεγει, και ἀγαλματα ἐν τῃ των εὐσεβουντων εἰς τον των ὁλων θεον ψυχῃ, ἀγαλμασι Φειδιου, και Πολυκλειτου, και των παραπλησιων· και σαφως εἰσεται, ἐκεινα μεν και ἀψυχα εἰναι, και χρονῳ φθειρομενα, ταυτα δε ἐν τῃ ἀθανατῳ μενειν ψυχῃ, ἐς ὁσον μενειν ἐν αὐτῃ ἡ λογικη ψυχη βουλεται.

Εἰ δε και ναους ναοις δει παραβαλειν, ἱνα παραστησωμεν τοις ἀποδεχομενοις τα Κελσου, ὁτι νεως μεν ἱδρυσθαι τους πρεποντας τοις εἰρημενοις ἀγαλμασι και βωμοις οὐ φευγομεν· ἐκτρεπομεθα δε τῳ πασης ζωης χορηγῳ ἀψυχους και νεκρους οἰκοδομειν νεως· ἀκουετω ὁ βουλομενος, τινα τροπον διδασκομεθα, ὁτι τα σωματα ἡμων ναος του θεου ἐστι· και εἰ τις δια της ἀκολασιας ἢ της ἁμαρτιας φθειρει τον ναον του θεου, οὑτος ὡς ἀληθως ἀσεβης εἰς τον ἀληθη ναον φθαρησεται. παντων δε των οὑτως ὀνομαζομενων ναων κρειττων ἦν και διαφερων νεως το ἱερον και καθαρον σωμα του σωτηρος ἡμων Ἰησου Χριστου· ὁστις ἐπισταμενος ἐπιβουλευεσθαι μεν δυνασθαι ὑπο των ἀσεβων τον ναον του ἐν αὐτῳ θεου, οὐ μην ὡστε ἰσχυροτεραν εἰναι την των ἐπιβουλευοντων προαιρεσιν της τον νεων οἰκοδομουσης θειοτητος, φησι προς ἐκεινους, λυσατε τον ναον τουτον, κᾀγω ἐν τρισιν ἡμεραις ἐγερω αὐτον· τουτο δε ἐλεγε περι του ναου του σωματος αὐτου. και ἀλλως δε οἱ θειοι λογοι τα περι ἀναστασεως μυστικως διδασκοντες της δυναμενης ἀκουειν θειοτερᾳ ἀκοῃ λογων θεου, ἀνοικοδομηθησεσθαι λιθοις φασι ζωσι και τιμιωτατοις· αἰνιττομενοι, ὁτι ἑκαστος των συμπνεοντων δια του αὐτου λογου εἰς την κατ' αὐτον εὐσεβειαν

λιθος

ſic & Chriſti ſpiritus inſidet ſuis, ut ita loquar, conformibus. Atque hæc docere volens Dei Verbum, Deum nobis exhibet hæc juſtis pollicentem: *Inhabitabo in illis & ambulabo inter illos, & ero Deus illorum iique erunt populus meus*; & Salvatorem: *Siquis audierit verba mea, & fecerit ea, ego & pater meus veniemus ad illum, & manſionem apud eum faciemus.* Conferat igitur, quisquis voluerit, altaria, de quibus ſermonem feci, cum altaribus de quibus Celſus; & ſimulacra in eorum qui ſummum Deum pie colunt animis collocata, cum Phidiæ, Polycleti ſimiliumque ſimulacris; tum perſpicue videbit hæc quidem inanima eſſe & injuriis temporum obnoxia; illa vero in immortali anima permanere, quamdiu ea in ſe permanere vult anima ratione prædita.

19. Nunc ſi templa templis comparari oportet, ut probemus Celſi fautoribus minime nos abhorrere ab erigendis templis, quæ altaribus & ſimulacris a nobis expoſitis conveniant, ſed nolle tantum inanima & mortua ædificare templa illi, qui omnis vitæ auctor eſt; audiat qui vult quomodo doceamur corpora noſtra Dei eſſe templum, & ſiquis libidine aut peccato Dei templum violaverit, eum diſperditum iri, ut vere impium in verum templum. Omnium autem templorum hoc ſenſu acceptorum optimum & præſtantiſſimum fuit purum & ſanctum Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti corpus: qui, cum noſſet impios templo Dei, qui in ipſo erat, inſidias parare poſſe, non ita tamen ut voluntas inſidiantium futura eſſet fortior divinitate quæ templum illud conſtruxerat; dixit illis: *Solvite templum hoc & in tribus diebus excitabo illud. Hoc autem dicebat de templo corporis ſui.* Sed & ſcriptura ſacra, ubi reſurrectionis myſterium docet eos qui divinis ſermonibus præbere aures poſſunt divinas, ait deſtructum templum reædificatum iri lapidibus vivis iisque pretioſiſſimis. Quo indicat unumquemque eorum

30. Namque Idolothytum dæmoniis immolatur, & hominem Dei non oportet menſæ dæmoniorum fieri participem. Ad ſuffocata quod attinet, cum ſanguis ex eis non expreſſus fuerit & ſanguinem ferant alimentum eſſe dæmonum qui partibus ex illo exhalantibus nutriuntur, illis interdicit nobis ſcriptura, ut ne nos dæmonum cibo nutriamur. Fortaſſe enim, ſi ſuffocatis veſceremur, quidam hujusmodi ſpiritus eisdem nobiſcum veſcerentur. Jam vero ex iis quæ de ſuffocatis diximus, patet cauſa cur a ſanguine abſtineamus. Neque ineptum fuerit, dum in hunc locum differo, meminiſſe pulcherrimi effati, quod in Sexti ſententiis poſitum legunt etiam multi Chriſtiani : *Veſci*, inquit, *animantibus, indifferens ; abſtinere, magis rationi conſentaneum.* Non igitur ſimpliciter propter patrium aliquod inſtitutum a victimis quæ diis, aut heroibus, aut dæmonibus offeruntur, abſtinemus, ſed multis de cauſis, quarum nonnullas attulimus. Præterea non eſt abſtinendum ab omnium animalium eſu, quemadmodum ab omni vitio, & ab iis quæ ex vitio procedunt. Non ſolum autem eſu animantium, ſed quibuscumque etiam cibis abſtinendum eſſet, ſi illorum uſui adjunctum eſſet vitium aut quid ex vitio conſequens. Abſtinendum enim a ciborum uſu, ad quem nos aut gulæ aut voluptatis

ſtudium

ζωων· δηλονοτι ουδ᾽ ὁμοιως Πυθαγορᾳ, καν απεχωμεθα ποτε ζωων, ου χρησομεθα αυτων ταις σαρξι. ψυχην γαρ λογικην τιμαν μονην ἡμεις ισμεν, και τα ταυτης οργανα μετα τιμης παραδιδοναι κατα τα νενομισμενα ταφῃ· αξιον γαρ το της λογικης ψυχης οικητηριον μη παραρριπτειν ατιμως, και ὡς ετυχεν, ὁμοιως τῳ των αλογων· και μαλιστα, ὁτι οἱ χριστιανοι την τιμην του σωματος, ενθα λογικη ψυχη ῳκησε, πεπιστευκασι και επ᾽ αυτον φθανειν δεξαμενον καλως αγωνισαμενην δια τοιουτου οργανου ψυχην. περι δε του, πως οἱ νεκροι εγειρονται, και ποιῳ σωματι ερχονται, εν τοις ανωτερω δι᾽ ολιγων, ὡς απῃτει ἡ γραφη, παρεστησαμεν.

Μετα ταυτα ὁ Κελσος το ὁμολογουμενως ὑπο χριστιανων και Ιουδαιων λεγομενον τιθησιν, απολογουμενων περι της των ειδωλοθυτων αποχης, και φασκοντων μη δειν συνεστιασθαι δαιμοσι τους ανακειμενους τῳ επι πασι θεῳ· προς ὁ ειπε τα εκκειμενα. ἡμεις μεν ουν, ὁσον επι βρωμασι και πομασι, του συνεστιασθαι δαιμοσι τροπους αλλους ουκ ισμεν, ἡ καθ᾽ ους τα καλουμενα παρα τοις πολλοις ιεροθυτα εσθιει τις, και πινει τον των παρα τοις δαιμονιοις γιγνομενων σπονδων οινον· ὁ δε Κελσος οιεται συνεστιασθαι δαιμοσι και τον σιτου μεταλαμβανοντα, και ὁπως ποτ᾽ ουν οινου πινοντα, και ακροδρυων γευομενον, αλλα και ει μονου ὑδατος τις μεταλαμβανει, και εν τουτῳ φησι συνεστιασθαι δαιμοσι τον πινοντα. προστιθησι δε τουτοις, ὁτι και ὁ τον αερα τουτον αναπνεων, παρα δαιμονων τινων και τουτον λαμβανει· χαριζομενων δαιμονων,

των

ſtudium compelleret, ſine propoſito ſanitati corporis ejuſque curationi conſulendi. Neque vero cenſemus animam e corpore in corpus migrare, & eam ad brutarum usque animantium conditionem dejici. Non igitur, etiamſi interdum animantibus abſtinemus, earum carnes averſamur eadem ratione qua Pythagoras. Apud nos enim ſola anima ratione prædita in honore habetur, & ejus organa cum honore ſepulturæ traduntur, ut nobis conſtitutum eſt. Neque enim decet animæ ratione participis domicilium indecore & ubicumque projici, ut brutorum animalium cadaver: præſertim cum qui honorant corpus, ubi anima ratione prædita habitavit, ii perſuaſum habeant hanc honorem redundare in eum, qui animam accepit pulchre uſam hujusmodi inſtrumento. Quomodo autem reſurgant mortui; quale corpus induti veniant, hæc ſupra paucis, ut hujus ſcriptionis ratio poſtulabat, explicavimus.

31. Ponit poſtea Celſus id quod & Judæi & Chriſtiani una voce prædicant, cum rationem reddentes cur ab idolothytis abſtineant, aiunt cum dæmonibus epulari non debere eos, qui ſupremo Deo conſecrantur. Quam in rem affert quæ retulimus. Nos certe, quod ſpectat ad cibum potumque, non aliam cum dæmonibus epulandi rationem cognoſcimus, quam cum comeduntur carnes quæ in ſacrificiis, ut multi vocant, immolantur, & bibitur vinum quod dæmoniis libatum eſt: at Celſus cum dæmonibus accumbi epulis exiſtimat, ſive fruges edantur, ſive quolibet modo bibatur vinum, ſive fructus guſtentur, ſive etiam aqua ſola hauriatur; hoc ipſum ait eſſe epulari cum dæmonibus. Addit aerem ipſum, qui reſpiratur, a quibusdam accipi dæmonibus; quandoquidem illum aerem animantibus ſuppeditant dæmones illi, qui aeri præſunt. Huic Celſi ſententiæ aſſentiatur qui voluerit, & probet non Angelos Dei

potius

των ἐπι τȣ ἀερος τεταγμενων, τον της ἀναπνοης τοις ζωοις ἀερα. ὁ βȣλομενος τοινυν παραςησατω τῳ Κελσȣ λογῳ, και δεικνυτω, πως ȣ̓ θειοι τινες ἀγγελοι θεȣ, ἀλλα δαιμονες, ὧν ὁλον το γενος ἐςι φαυλον, προςεταγμενοι εἰσι παντα τα προειρημενα οἰκονομειν. και ἡμεις μεν γαρ φαμεν, ȣ̓ χωρις προςασιας ἀορατων, ἱν' ȣ̔τως ὀνομασω, γεωργων, και ἀλλων οἰκονομων, ȣ̓ μονον των απο γης φυομενων, ἀλλα και παντος ναματιαιȣ ὑδατος, και ἀερος, την γην φερειν τα ὑπο φυσεως λεγομενα διοικεισθαι, και το ὑδωρ ἐν ταις πηγαις και τοις αὐθιγενεσι ποταμοις ὀμβρειν και φερεσθαι, και τον ἀερα ἀδιαφθορον τηρεισθαι, και ζωτικον τοις ἀναπνεȣσιν αὐτον γιγνεσθαι· ȣ̓ μην τους ἀορατȣς φαμεν εἰναι δαιμονας· ἀλλ', εἰ χρη ἀποτολμησαντα λεγειν τινα, εἰπερ ταυτα δαιμονων ἐςιν ἐργα, φησομεν ὁτι λιμοι, και ἀφοριαι ςαφυλης και ἀκροδρυων, και αὐχμοι, ἀλλα και ἡ τȣ ἀερος διαφθορα ἐπι λυμῃ των καρπων, ἐσθ' ὁτε δε και τῳ των ζωων θανατῳ και τῳ κατα των ἀνθρωπων λοιμῳ. παντα ταυτα δαιμονες αὐτουργȣσι δημιοι· κρισει τινι θεια λαβοντες ἐξȣσιαν ἐν καιροις τισι ταυτ' ἐνεργειν, εἰτε εἰς ἐπιςροφην ἀνθρωπων ἐπι την χυσιν της κακιας ἐξοκειλαντων, εἰτε και εἰς γυμνασιον τȣ λογικȣ γενους· ἱν' οἱ μεν και ἐν τοις τοσȣτοις εὐσεβεις μενοντες, και μηδαμως γιγνομενοι χειρους, φανεροι τεως τοις μη βλεπȣσιν αὐτων την ἑξιν ἀορατοις και ὁρατοις θεαταις γενωνται· οἱ δ' ἐναντιως μεν διακειμενοι, κλεπτοντες δε την της κακιας ἐπιδειξιν, ἐλεγχθεντες ὑπο των συμβαινοντων ὁποιοι εἰσιν, αὐτοι τε ἑαυτων συναισθηθωσι, και δηλοι τοις, ἱν' ȣ̔τως ὀνομασω, θεαταις γενωνται.

Μαρτυρει δε ὁ ὑμνῳδος τῳ, ὁτι θεια κρισει αὐτȣργειται τα σκυθρωποτερα ὑπο τινων πονηρων ἀγγελων, ἐν τῳ, ἀπεςειλεν εἰς αὐτους ὀργην θυμȣ αὐτȣ, θυμον, και ὀργην, και θλιψιν· ἀποςολην δι' ἀγγελων πονηρων. εἰ δε και ἀλλο τι παρα ταυτα γινεται. ὁθ' οἱ δαιμονες ἐπιτρεπονται, ἀει μεν βȣλομενοι ταυτα ποιειν, ȣ̓κ ἀει δε δυναμενοι, δια το κωλυεσθαι· ὁ δυναμενος ἐξεταζετω,

την

potius quam dæmones, quorum genus omne malum eſt, prædictis omnibus moderandis præpoſitos eſſe. Nos vero dicimus ſine præſidio inviſibilium, ut ita loquar, agricolarum aliorumque adminiſtratorum, qui non ſolum terræ proventibus, ſed etiam aquæ & aeri provident, terram non ea ferre, quæ natura regi dicuntur, aquam in fontibus & fluviis ultro naſcentibus non irrigare & fluere, aerem non ſervari incorruptum vitamque ipſum reſpirantibus non impertire; ſed adminiſtratores illos inviſibiles non dicimus eſſe dæmones. Et, ſiquid audacter dicere oporteat, ſi quas hiſce in rebus partes habeant dæmones, dicemus illis famem, arborum vitiumque ſterilitatem, immodicos calores, aeris corruptionem ad perniciem fructibus afferendam mortemque interdum animantibus & peſtem hominibus inferendam tribui oportere. Horum omnium auctores ſunt dæmones, qui tanquam carnifices divino quodam judicio accipiunt aliquando hæc omnia faciendi poteſtatem, ſive ad homines, qui ſe totos vitiorum colluvioni dediderunt, convertendos; ſive ad particeps rationis genus exercendum; ut qui hisce in calamitatibus pietatem ſervant, nec inde deteriores fiunt, ſic tandem ſpectatoribus tam inviſibilibus quam viſibilibus, qui eorum habitum non videbant, manifeſti fiant; qui vero contra ſe habent & intus vitia occultant, illi, quales ſint, calamitatibus prodantur, tumque & ſe ipſi ſentiant, & ſpectatoribus, ut ſic loquar, manifeſti fiant.

32. Teſtatur autem Pſaltes triſtiora incommoda divino judicio a malis quibusdam Angelis importari. *Miſit in eos*, inquit, *iram indignationis ſuæ, indignationem & iram & tribulationem, immiſſionem per Angelos malos.* An autem quid aliud præter hæc fiat, cum licentiam accipiunt dæmones, qui quidem hæc ſemper facere volunt, at non ſemper poſſunt, quia

prohibentur, expendat ille qui, quantum humana fert natura, poteſt intelligere quo divino judicio multæ animæ, relicto corpore, per vias acervatim currant, quæ certam ad mortem perducunt. Magna enim ſunt Dei judicia, & propter eorum magnitudinem illa corpori illigata mens non poteſt aſſequi: unde cum difficilia explicatu ſunt, tum ab imperitis animabus ne minimum quidem poſſunt intelligi. Atque hinc fit ut temerarii quidam, hæc ignorantes, temerario in divinitatem impetu invehantur, ſicque impias augeant opiniones quæ providentiam tollunt. Non igitur a dæmonibus accipimus quidquid in uſum hujus vitæ cedit, nos præſertim qui his rebus ea qua par eſt ratione uti didicimus. Neque cum dæmonibus epulantur, qui frugibus, vino, arborum fructibus, aqua, & aere fruuntur; ſed potius cum divinis Angelis, quibus horum omnium cura mandata eſt, quique veluti vocantur ad menſam pii hominis, obſequentis ſermoni qui docet: *Sive manducatis, ſive bibitis, ſive quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Et rurſus alio in loco ſcriptum eſt: *Omnia in nomine Dei facite.* Ergo cum in gloriam Dei manducamus, bibimus, reſpiramus, & in omnibus rationi paremus, nullo cum dæmone, ſed cum divinis Angelis epulamur. *Nam omnis creatura Dei bona eſt & nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur: ſanctificatur enim per verbum Dei & orationem.* Atqui nec bona eſſet, nec poſſet ſanctificari, ſi horum cura, ut putat Celſus, dæmonibus fuiſſet commiſſa.

33. Ex his palam eſt jam nobis occurſum eſſe iis, quæ poſtea dicit his ipſis verbis: *Aut igitur non vivendum omnino, nec in hanc vitam veniendum eſt, aut venientem his conditionibus oportet dæmonibus, qui terrenis rebus præſunt, gratias agere, primitias & preces, quamdiu vivemus, offerre, ut illos beneficos experiamur.* Vivendum certe nobis & ex Verbi Dei præſcripto viven-

 dum,

οἱον τε και διδοται κατ' αὐτον βιουν· διδοται δε καὶ ὁτε εἰτ' ἐσθιομεν, εἰτε πινομεν, παντα εἰς δοξαν Θεȣ ποιȣμεν. και ȣ παραιτητεον ἡμιν το χρησθαι μετ' εὐχαριςιας της προς τον κτισαντα τοις δι' ἡμας αὐτȣ δημιȣργημασι. και ἐπι τοισδε μαλλον παρηχθημεν ὑπο τȣ Θεȣ εἰς τον βιον, ἡ ἐφ' οἷς Κελσος οἰεται· και ȣχ ὑποκειμεθα γε δαιμοσιν, ἀλλα τῳ ἐπι πασι Θεῳ δια τȣ ἡμας προσαγαγοντος Ιησȣ τȣ χριςȣ. και κατα νομȣς μεν Θεȣ ȣδεις εἰληχε δαιμων τα ἐπι γης· δια δε την σφων παρανομιαν, ταχα μεν αὐτοις διειλοντο τȣς τοπȣς, ἐνθα ἐρημια ἐςι γνωσεως Θεȣ και τȣ κατ' αὐτον βιȣ, ἡ ἐνθα πολυς ἐςιν ὁ της θειοτητος ἀλλοτριος· ταχα δε ὡς ἀξιοι των πονηρων ἐπιςαται και κολαςαι αὐτων, ὑπο τȣ διοικουντος τα ὁλα λογȣ, ἐταχθησαν ἀρχειν των ἑαυτȣς ὑποταξαντων τῃ κακιᾳ, και ȣ τῳ Θεῳ. και δια τοιαυτα δε Κελσος μεν, ὡς ἀγνοων Θεον, τα χαριςηρια δαιμοσιν ἀποδιδοτω· ἡμεις δε τῳ τȣ παντος δημιȣργῳ εὐχαριςουντες, και τȣς μετ' εὐχαριςιας και εὐχης της ἐπι τοις δοθεισι προσαγομενȣς ἀρτȣς ἐσθιομεν, σωμα γινομενȣς δια την εὐχην ἁγιον τι και ἁγιαζον τȣς μετα ὑγιους προθεσεως αὐτῳ χρωμενȣς.

Αλλα και ἀπαρχας Κελσος μεν δαιμονιοις ἀνατιθεναι βȣλεται· ἡμεις δε τῳ εἰποντι, βλαςησατω ἡ γη βοτανην χορτȣ, σπειρον σπερμα κατα γενος και καθ' ὁμοιοτητα, και ξυλον καρπιμον ποιουν καρπον, ȣ το σπερμα αὐτȣ ἐν αὐτῳ κατα γενος ἐπι της γης. ᾧ δε τας ἀπαρχας ἀποδιδομεν, τȣτῳ και τας εὐχας ἀναπεμπομεν, ἐχοντες ἀρχιερεα μεγαν, διεληλυθοτα τȣς ȣρανȣς, Ιησουν τον υἱον τȣ θεȣ· και κρατȣμεν της ὁμολογιας, ἑως ἀν ζωμεν, φιλανθρωπȣ τυγχανοντες τȣ Θεȣ, και τȣ μονογενȣς αὐτȣ ἐν Ιησȣ ἡμιν φανερȣμενȣ, εἰ δε και πληθος ποθȣμεν ὧν φιλανθρωπων τυγχανειν θελομεν, μανθανομεν ὁτι χιλιαι χιλιαδες παρειςηκεισαν αὐτῳ, και μυριαι μυριαδες ἐλειτȣργουν αὐτῳ· αἱτινες, ὡς συγγενεις και φιλȣς τȣς μιμȣμενους την εἰς Θεον αὐτων εὐσεβειαν ὁρωντες, συμπραττȣσιν

dum, quantum poſſibile eſt & quantum ex illius præſcripto vivere datur. Datur autem, cum ſive manducemus, ſive bibamus, omnia in gloriam Dei facimus: neque etiam recuſandum nobis eſt uti rebus propter nos creatis, gratias agendo creatori. Atque his potius conditionibus, quam eis, quibus Celſus exiſtimat, Deus nos in hanc vitam produxit. Nec ſane dæmonibus, ſed ſummo Deo ſubditi ſumus per Jeſum Chriſtum, qui nos ad illum adduxit. Neque vero ex Dei legibus ullus dæmon rebus terrenis præſidet; ſed pro ſua impietate quædam fortaſſe ſibi elegerunt loca ubi nulla eſt Dei vitæque Deo acceptæ cognitio, aut ubi multi ſunt divinitatis hoſtes: forte etiam quoniam digni ſunt qui malis præſint, eoſque puniant, Verbum quod regit omnia dedit illis in eos principatum, qui vitii potius quam Dei imperio ſe ipſi ſubdiderunt. Celſus igitur ea de cauſa, ut Deum ignorans, gratias dæmonibus agat; nos qui hujus univerſitatis conditori gratias agimus, cum precibus & gratiarum actione oblatos edimus panes qui propter orationem fiunt corpus quoddam ſanctum quod ſano propoſito manducantibus ſanctitatem largitur.

34. Primitias quoque dæmonibus offerre vult Celſus, at nos illi qui dixit: *Germinet terra herbam fœni facientem ſemen ſecundum genus & ſecundum ſimilitudinem, & lignum fructiferum faciens fructum, cujus ſemen in ſemetipſo ſit ſecundum genus ſuper terram.* Cui autem primitias damus, eidem ferimus preces, *habentes pontificem magnum, qui penetravit cœlos, Jeſum filium Dei*, & hanc *tenemus confeſſionem* per totam vitam, quia beneficum experimur Deum & Unigenitum ejus qui nobis in Jeſu conſpicuum ſe præbuit. Quod ſi etiam magno numero cupimus eſſe, quos beneficos nobis volumus, docemur, *decies millies centena millia aſſiſtere ei, & millia millium miniſtrare ei.* Nam hi ceu cognatos & amicos videntes eos, qui

σιν αὐτων τῃ σωτηρια των ἐπικαλεμενων τον Θεον, και γνησιως εὐχομενων· ἐπιφαινομενοι, και οἰομενοι αὐτοις δειν ὑπακεειν, και ὡσπερ ἐξ ἑνος συνθηματος ἐπιδημειν ἐπ' εὐεργεσια και σωτηρια των εὐχομενων Θεῳ, ᾡ και αὐτοι εὐχονται. και γαρ παντες εἰσι λειτουργικα πνευματα εἰς διακονιαν ἀποστελλομενα, δια τες μελλοντας κληρονομειν σωτηριαν. Ελληνων μεν οὐν οἱ σοφοι λεγετωσαν δαιμονας εἰληχεναι την ἀνθρωπινην ψυχην ἀπο γενεσεως· ὁ δε Ιησες ἡμας ἐδιδαξε μηδε των ἐν τῃ ἐκκλησια μικρων καταφρονειν, λεγων ὁτι οἱ ἀγγελοι αὐτων δια παντος βλεπεσι το προσωπον τε πατρος με τε ἐν ἐρανοις· και ὁ προφητης δε φησιν, ὁτι παρεμβαλει ἀγγελος κυριε κυκλῳ των φοβεμενων αὐτον, και ῥυεται αὐτες. ἐκ ἀναιρεμεν ἐν και ἡμεις το πολλες εἰναι δαιμονας ἐπι γης, ἀλλα φαμεν εἰναι μεν αὐτες, και δυνασθαι ἐν τοις φαυλοις, δια την ἐκεινων κακιαν· μηδεν δε δυνασθαι προς τες ἐνδυσαμενες την πανοπλιαν τε Θεε, και ἀναλαβοντας ἰσχυν προς το ἀντιστηναι προς τας μεθοδειας τε διαβολε, και μελετωντας ἀει τα ἐκεινων παλαισματα, τῳ ἐγνωκεναι ὁτι ἐκ ἐστιν ἡμιν ἡ παλη προς αἱμα και σαρκα, ἀλλα προς τας ἀρχας, προς τας ἐξουσιας, προς τες κοσμοκρατορας τε σκοτες τε αἰωνος τετε, προς τα πνευματικα της πονηριας ἐν τοις ἐπουρανιοις.

Κατανοησωμεν δε και ἀλλην λεξιν τε Κελσε ἐτως ἐχεσαν, ἡ ὁ μεν τε Περσων ἡ Ρωμαιων βασιλεως σατραπης, και ὑπαρχος, ἡ στρατηγος, ἡ ἐπιτροπος, ἐτι μην και οἱ τας μικροτερας ἀρχας ἡ ἐπιμελειας ἡ ὑπηρεσιας ἐχοντες, μεγα δυναιντ' ἀν βλαπτειν ἀμελουμενοι· οἱ δ' ἐναεριοι τε και ἐπιγειοι σατραπαι, και διακονοι, μικρα βλαπτοιεν ἀν ὑβριζομενοι; ὁρα δη πως ἀνθρωπικες σατραπας τε ἐπι πασι Θεε, και ὑπαρχες, και στρατηγες, και ἐπιτροπες, και τες μικροτερας ἀρχας και ἐπιμελειας και ὑπηρεσιας ἐχοντας εἰσαγει μεγαλα βλαπτοντας τες ὑβριζοντας· ἐχ ὁρων, ὁτι ἐδε σοφος ἀνθρωπος βλαψαι ἀν βελοιτο τινα, ἀλλ', ὁση δυναμις, και τες ὑβριζοντας

ἐπιστρε-

ipſorum in Deum pietatem æmulantur ac Deum invocant riteque illum precantur, eorum ſaluti collaborant, illis apparent, putantque ſui eſſe officii illis obſequium præſtare & quaſi ex compacto venire ad beneficia ſalutemque eis conciliandam, qui Deum orant cui & ipſi preces offerunt. *Sunt* enim *omnes adminiſtratorii ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis.* Dicant ergo ſapientes Græci humanam animam ſtatim ab ortu dæmonum ditioni eſſe ſubditam; nos Jeſus docuit ne minimos quidem eorum qui in Eccleſia ſunt, contemnendos eſſe: quia *angeli eorum*, inquit, *ſemper vident faciem Patris mei qui in cœlis eſt.* Et Propheta: *Caſtra metabitur angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.* Itaque ne nos quidem inficiamur multos eſſe in terra dæmones; at eos eſſe & poteſtatem in malos habere propter eorum malitiam contendimus; nihil vero poſſe in eos qui *induerunt armaturam Dei*, & robur acceperunt ad *ſtandum adverſus inſidias Diaboli*, quique ſe ad pugnandum cum dæmonibus exercent, idque quia norunt *non eſſe nobis colluctationem adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus principes, adverſus poteſtates, adverſus mundi rectores tenebrarum ſæculi hujus, adverſus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus.*

35. Nunc alia Celſi verba perpendamus. *Perſarum*, inquit, *aut Romanorum regis Satrapa, aut Præſes, aut Imperator, aut Procurator, aut etiam quibus minor ditio, cura, aut miniſterium commiſſum eſt; illi graves pœnas repetere poterunt ſi negligantur; & aeris illi terræque Satrapæ & Adminiſtratores pœnas leves repetent contumeliis onerati?* Vide quomodo ſummi Dei Satrapas, Præſides, Imperatores, Procuratores, & alios quibus minor ditio, cura, aut miniſterium committitur, inducat gravem humano more pœnam repetentes ex iis, a quibus injuria affecti ſunt: non advertens ne ſapientem quidem hominem velle cui-

[illegible] εἰ μη ἀρα Λυκουργυ τυ Λακε-[illegible] και τυ Κιττιεως Ζηνωνος, χειρους [illegible] Κελσον σατραπαι, και υπαρχοι, και [illegible] πασι θεϋ· ὁτι Λυκυργος μεν, λαβων [illegible] αὑτυ τον ὀφθαλμον, ὐ μονον ὐκ [illegible] και ὐκ ἐπαυσατο κατεπαδ'ων αὑτῳ, ἑως [illegible] φιλοσοφειν· Ζηνων δ'ε προς τον εἰποντα, [illegible] ἐαν μη σε τιμωρησωμαι· ἐγω δ'ε, εἰπεν, ἐαν [illegible] κτησωμαι. και ὐδ'ε πω λεγω της κατα την [illegible] Ιησυ πεποιωμενυς, και ἀκησαντας τυ, ἀγα-[illegible] τυς ἐχθρυ ὑμων, και προσευχεσθε ὑπερ των ἐπη-[illegible] ὑμας· ὁπως γενησθε υἱοι τυ πατρος ὑμων τυ ἐν [illegible] ρανοις, ὁς τον ἡλιον αυτυ ἀνατελλει ἐπι πονηρυς και [illegible] και βρεχει ἐπι δ'ικαιους και ἀδ'ικυς. και ἐν τοις [illegible] ντικοις δε λογοις ὁ δ'ικαιος τοιαυτα φησι, κυριε ὁ θεος μυ εἰ ἐποιησα τυτο, εἰ ἐςιν ἀδ'ικια ἐν χερσι μυ, εἰ ἀν-ταπεδωκα τοις ἀνταποδ'ιδυσι μοι κακα· ἀποπεσοιμι ἀρα ἀπο των ἐχθρων μυ κενος, καταδ'ιωξαι ἀρα ὁ ἐχθρος την ψυχην μυ, και καταλαβοι, και καταπατησαι εἰς γην την ζωην μυ.

Αλλα ὐχ, ὡς οἰεται Κελσος, βλαπτυσιν οἱ ἀληθως σατραπαι, και ὑπαρχοι, και ςρατηγοι, και ἐπιτροποι τυ θευ ἀγγελοι τυς ὑβριζοντας· εἰ δ'ε τινες βλαπτυσι δ'αιμονες, οὑς ἐφαντασθη και ὁ Κελσος, βλαπτουσιν ὡς φαυλοι, και μηδ'εμιαν σατραπειαν, ἠ ςρατηγιαν, ἠ ἐπι-τροπην θευ ἐγκεχειρισμενοι· και βλαπτυσι τυς ὑποκειμενυς αὑτοις και ὑποταξαντας ἑαυτυς ὡς δ'εσποταις ἐκεινοις. ταχα γαρ και δ'ια τυτο οἱ καθ' ἑκαςον τοπον εἰς τα νενο-μισμενα βρωματα μη δ'ειν ἐσθιεσθαι παραβαινοντες, εἰ μεν των ὑπο τυς δ'αιμονας εἰεν ἐκεινυς, βλαπτονται· εἰ δ'ε τινες των ὐχ ὑπ' ἐκεινυς, ὐδ'ε αὑτυς ὑποταξαντες τῳ τυ τοπυ δαιμονιῳ, ἐλευθεροι ἀπο τυ ὑπ' ἐκεινων παθειν, μακρα χαιρειν εἰποντες τοις τοιοισδ'ι δαιμονιοις, ἀλλοις δ'ια την περι ἀλλα ἀγνοιαν ἑαυτυς ὑποταξαντες, ὑπ' ἐκεινων πασχειν δυνανται· ἀλλ' ὐ χριςιανος, ὁ ἀληθως χριςια-

quam nocere; ſed quantum poteſt, id agere ut converſos ad bonam frugem revocet etiam eos a quibus acceperit injuriam: niſi forte Lycurgo Lacedæmoniorum legislatore & Zenone Cittienſi deteriores illi ſunt ſummi Dei Satrapæ, Præſides & Imperatores de quibus Celſus. Nam Lycurgus, cum in ſua poteſtate haberet hominem qui ipſi oculum effoderat, non ſolum non ultus eſt, ſed illum ſalubribus monitis incantare non deſiit, donec philoſophiæ operam dare perſuaſit. Et Zeno dicenti, *Diſpeream ni malum tibi dedero*; reſpondit, *Et ego, ni mihi te amicum fecero.* Necdum loquor de iis qui ad Jeſu doctrinam formati iſtud audierunt: *Diligite inimicos veſtros, & orate pro perſequentibus vos, ut ſitis filii Patris veſtri qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper juſtos & injuſtos.* Et in Propheticis eloquiis ſic loquitur juſtus: *Domine Deus meus ſi feci iſtud, ſi eſt iniquitas in manibus meis, ſi reddidi retribuentibus mihi mala, decidam utique ab inimicis meis inanis. Perſequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam.*

36. Neque vero Angeli, qui Dei ſunt veri Satrapæ, Præſides, Imperatores, & Procuratores, mala inferunt, ut putat Celſus, iis a quibus orta ipſis eſt injuria. Quod ſi quidam dæmones, quos in animo habuit & Celſus, mala inferunt, id faciunt ut mali, nec accepta a Deo ulla ſatrapia aut imperio aut procuratione. Atque etiam eos lædunt, qui ſe illis ſubjiciunt atque ſubmittunt quaſi dominis. Hinc, ut videtur, accidit ut qui cibis per leges locorum vetitis utuntur, ſi dæmonibus illis ſubditi ſunt, pœnas dent; ſin ſub illis non ſint, nec loci dæmonio ſe ſubmiſerint, ſoluti a pœnarum metu dæmonia illa valere jubeant; quanquam ſi aliis aliarum rerum ignorantia ſe ſubjecerunt, illorum ultioni obnoxii. Sed Chriſtianus, verus inquam

[illegible]. και ὑποταξας ἑαυτον μονῳ τῳ Θεῳ και τῳ λογῳ αὐτου, παθοι τι ἀν ὑπο των δαιμονιων, ἁτε κρειττων δαιμονων τυγχανων· και ου παθοι γ' ἀν, ἐπει παρεμβαλει ἀγγελος κυριου κυκλῳ των φοβουμενων αὐτον, και ῥυσεται αὐτους, και ὁ ἀγγελος αὐτου, δια παντος βλεπων το προσωπον του ἐν ουρανοις πατρος, ἀει τας εὐχας αὐτου ἀναφερει δια του μονου ἀρχιερεως τῳ Θεῳ των ὁλων, και αὐτος συνευχομενος τῳ ὑπ' αὐτου ἐπιτροπευομενῳ. μη καταπληττετω τοινυν ἡμας ὁ Κελσος, ἀπειλων την ἀπο των δαιμονων βλαβην, ὑφ' ἡμων ἀμελουμενων· ουδεν γαρ και οἱ δαιμονες ἀμελουμενοι ποιειν ἀν δυναιντο, ἀνακειμενους τῳ μονῳ βοηθειν πασι τοις ἀξιοις δυναμενῳ· ἐφισαντι, ουδεν ἡττον και τους ἰδιους ἀγγελους τοις εἰς αὐτον [illegible], ἱνα μηδεν οἱ ἐναντιοι ἀγγελοι, μηδ' ὁ τουτων ἀρχων, λεγομενος του αἰωνος τουτου, ἐνεργειν κατα των ἀνακειμενων τῳ Θεῳ δυνηθη.

Εἰτ' ἐπιλαθομενος ὁτι Χριστιανοις λαλει τοις μονῳ τῳ Θεῳ δια του Ιησου εὐχομενοις, και συμφυρων τα ἑτερων, και ἀλογως Χριστιανοις συναπτων αὐτα, φησιν, ἐαν μεν βαρβαρως αὐτους ὀνομαζῃ τις, δυναμιν ἑξουσιν· ἐαν δε Ἑλληνικως ἡ Ῥωμαϊκως, ουκ ἐτι. δεικνυτω γαρ τινα ἡμεις βαρβαρως ὀνομαζομεν, ὡς καλουντες αὐτον ἐπι βοηθειαν· και πειθεσθω, ματην καθ' ἡμων ταυτα εἰρηκεναι τον Κελσον· ἐφιστας, ὁτι οἱ λοιποι των Χριστιανων ουδε τοις ἐν ταις θειαις γραφαις κειμενοις ὀνομασι, και τεταγμενοις ἐπι του Θεου, χρωνται ἐν ταις εὐχαις· ἀλλ' οἱ μεν Ἑλληνες Ἑλληνικοις, οἱ δε Ῥωμαιοι Ῥωμαϊκοις, και ουτως ἑκαστος κατα την ἑαυτου διαλεκτον εὐχεται τῳ Θεῳ, και ὑμνει αὐτον ὡς δυναται· και ὁ πασης διαλεκτου κυριος των ἀπο πασης διαλεκτου εὐχομενων ἀκουει, ὡς μιας, ἱν' ουτως ὀνομασω, φωνης, της κατα τα σημαινομενα, ἀκουων, δηλουμενης ἐκ των ποικιλων διαλεκτων. ου γαρ ἐστιν ὁ ἐπι πασι Θεος εἰς τις των κεκληρωμενων διαλεκτον τινα βαρβαρον ἡ Ἑλληνα, και μηκετι τας λοιπας ἐπισαμενων, ἡ μηκετι των ἐν ἀλλαις διαλεκτοις λεγοντων φροντιζοντων.

Εἰτα

hriſtianus, qui ſolius Dei Verbique ejus imperio ſe ıbdit, cum dæmonibus præſtantior ſit, nihil a dæmo- ıis pati poteſt. Cujus rei cauſa eſt, quia *caſtrametatur Angelus Domini in circuitu timentium eum & eripiet s*, & ejus *Angelus*, qui *ſemper videt faciem Patris cœlis*, ejus preces per ſolum ſacerdotem magnum ſem- ɜr univerſorum Deo offert, & ipſe precatur cum ɔ, cujus ipſi commiſſa cura eſt. Ne igitur nos in- ıibus larvis terrefaciat Celſus, minitans nos dæmo- bus, quos nihili ducimus, luituros pœnas. Nihil ıim ſpreti dæmones nocere poſſunt nobis, qui ɔnſecrati ſumus illi qui ſolus omnes ſuo auxilio dig- os adjuvare poteſt, quique præterea ſuos piis in lum Angelos præficit, ut nec adverſarii Angeli, ec eorum princeps, vocatus *hujus ſæculi princeps*, cere quidquam poſſint adverſus eos, qui Deo con- ɛcrati ſunt.

37. Deinde oblitus loqui ſe Chriſtianis, qui ſoli ꞌeo per Jeſum ſupplicant, aliorum placita miſcet & ɔſurde Chriſtianis adſcribit: *Si quis illos barbaris*, ıquit, *nominibus appellaverit, poteſtatem habebunt; nullm vero, ſi græce aut latine*. Oſtendat enim ecquem t auxilio nobis ſit invocantes barbaro nomine ap- ellemus: & fruſtra hæc a Celſo nobis objectari, per- ıaſum ei ſit qui conſideravit reliquos Chriſtianos in- r precandum ne iis quidem vocibus uti quæ divinis ı ſcripturis poſitæ Deum proprio nomine deſignant; d Græcos græce, Romanos latine, & ſic ſingulas entes Deum propria lingua precari & laudes ejus ro viribus concelebrare; omnium vero linguarum ꞌominum exaudire quacumque lingua precemur, uaſi una, ut ita loquar, vox quantum ad ſignifi- ata diverſis linguis exprimatur. Neque enim Deus x eorum numero eſt, qui barbaram aut græcam lin- uam ſortiti cæteras ignorant, nihilque curant eos ui aliis linguis loquuntur.

38. Poſtea,

38. Poſtea, quod aut ex nemine Chriſtiano aut ex vulgari quopiam impio & imperito audivit, ait Chriſtianos dicere: *Ecce accedens ad Jovis aut Apollinis aut cujuslibet alterius dei ſimulacrum, contumeliis illud laceſſo alapiſque cædo, nec tamen ulciſcitur.* Neſcit videlicet in lege divina legi inter alia hanc prohibitionem: *Diis non detrahes*, ut ne os noſtrum aſſueſcat cuiquam maledicere: quippe qui audierimus: *Benedicite & nolite maledicere*, & didicerimus quia *maledici regnum Dei non poſſidebunt.* Et quis inter nos ita inſanus eſt ut hæc dicat, nec videat nihil hujusmodi injurias prodeſſe ad evellendam, quæ de iis concepta eſt, opinionem? cum fuerint homines qui, licet omnino Deum non agnoſcerent & Providentiam tollerent, & pernicioſis impiisque dogmatis ortum dederint ſectis quorumdam qui Philoſophi habentur, nihil tamen eorum paſſi ſunt quæ vulgus mala judicat, nec qui eorum dogmatibus adhæſerunt: immo diteſcunt & ſani corpore ſunt. Quanquam ſi detrimentum in illis quæras, videbis eos vere detrimentum paſſos. Nam quod majus detrimentum eſt, quam ex mundi conditione non intelligere Conditorem? Ecquæ miſeria pejor, quam cæca mente eſſe & non videre mentium omnium opificem & patrem?

39. Poſtquam ejusmodi verba Chriſtianis, quibus minime conveniunt, per calumniam tribuit, ſibi ipſe defenſionem paraſſe putat, ſed quæ ludicrum eſt potius quam defenſio, cum tanquam nos alloquens: *Non vides*, inquit, *o bone, eſſe etiam qui tuum dæmonem non modo coram contumeliis oneret, ſed etiam ex omni terra marique expellat, & te quaſi ſimulacrum illi conſecratum vinculis conſtringat, trahat ad ſupplicium, & cruci affigat; nec dæmon ille tamen, aut, quemadmodum loqueris, ille Dei filius ex iſto pœnas repetat?* Quæ quidem defenſio locum haberet, ſi, quos nobis ſermones adſcribit, iis uteremur: quanquam nec tum vera

dice-

λεγοντας παντας δαιμονας ειναι φαυλȣς, ȣ δαιμων ὁ τȣς τȣτȣς δε ἐπιςρεψας προς τον θεον, ἀλλα θεος λογος, και θεȣ παις· κατα δε Κελσον, μηδεν ἐμφηναντα περι φαυλων δαιμονων, ȣκ οἰδ᾽ ὁπως ἐπιλαθομενον ἑαυτȣ, δαιμων ὁ Ιησȣς εἰρηται. ὑςερον μεν τοι γε τα λεγομενα περι των ἀσεβων φθασει μετα παντα τα φαρμακα, ἁπερ ȣ προσηκαντο, ἐπι της καταλαμβανομενης ἐν τῃ, ὡς ἀν εἰποι τις, ἀνιατῳ κακιᾳ.

Και ἡμεις μεν ὁ, τι ποτε περι κολασεως λεγοντες, και δια της περι κολασεως διδασκαλιας πολλȣς ἀπο των ἁμαρτηματων ἐπιςρεφομεν· ὁ δε κατα τον Κελσον ἱερευς τȣ Απολλωνος, ἢ τȣ Διος, οἱα ἀποκρινεται κατανοησωμεν·

Οψε, φησι, θεων ἀλεȣσι μυλοι, — και

Ες παιδων παιδας, τοι κεν μετοπισθε γενωνται.

ὁρα δε ὁσῳ τȣτȣ βελτιον το, ȣκ ἀποθανȣνται πατερες ὑπερ τεκνων, ȣδε υἱοι ἀποθανȣνται ὑπερ πατερων· ἑκαςος τῃ ἁμαρτιᾳ ἑαυτȣ ἀποθανειται· και τȣτο, τȣ φαγοντος τον ὀμφακα αἱμωδιασȣσιν οἱ ὀδοντες αὐτȣ· και το, υἱος ȣ ληψεται ἀδικιαν πατρος, και πατηρ ȣ ληψεται ἀδικιαν υἱȣ· δικαιοσυνη δικαιȣ ἐπ᾽ αὐτον ἐςαι, και ἀνομια ἀνομȣ ἐπ᾽ αὐτον ἐςαι. ἐαν δε τις ὁμοιον εἶναι λεγῃ τῳ

Ες παιδων παιδας, τοι κεν μετοπισθε γενωνται,

το, ἀποδιδȣς ἁμαρτιας πατερων ἐπι τεκνα, ἐπι τριτην και τεταρτην γενεαν τοις μισȣσι με, μανθανετω, ὁτι ἐν τῳ Ιεζεκιηλ παραβολη το τοιȣτον εἰναι λελεκται, αἰτιωμενῳ τȣς λεγοντας, οἱ πατερες ἐφαγον ὀμφακα, και οἱ ὀδοντες των τεκνων ἠμωδιασαν· ᾡ ἐπιφερεται, Ζω ἐγω, λεγει κυριος, ἀλλ᾽ ἢ ἑκαςος τῃ ἑαυτȣ ἁμαρτιᾳ ἀποθανειται. ȣ κατα τον παροντα δε καιρον ἐςι διηγησασθαι τι σημαινει ἡ περι τȣ ἐπι τριτην και τεταρτην γενεαν ἀποδιδοσθαι τας ἁμαρτιας παραβολη.

Εἰτα, ὡς αἱ γραες, διαλοιδορȣμενος ἡμιν φησι, συ μεν τα ἀγαλματα τȣτων λοιδορων καταγελας· ὁς αὐτον γε τον Διονυσον ἢ τον Ηρακλεα παροντα εἰ ἐλοιδορησας, ȣκ ἀν ἰσως χαιρων ἀπηλλαξας. τον δε σον θεον

παρον-

diceret, cum Dei filium appellet dæmonem. Ex nobis igitur, qui dæmones omnes dicimus eſſe malos, qui tot homines ad Deum convertit, non ille dæmon eſt, ſed Deus Verbum & Dei filius: at Celſus, qui malos a ſe dæmones agnoſci nullibi ſignificavit, neſcio quomodo ſui immemor Jeſum dæmonem nominet. Cæterum pœnæ impiis intentatæ accident aliquando iis, qui poſt remedia omnia quæ detrectarunt, in malitia, ut ita dicam, inſanabili deprehendentur.

40. Et nos quidem cum ſermonem de pœnis facimus, multos hac de pœnis doctrina a peccatis avertimus; ſed quid ille, quem Celſus Apollinis aut Jovis ſacerdotem dicit, reſpondeat, conſideremus.

Sero, inquit, *molunt Deorum molæ.* —

&, *In natos natorum & qui naſcentur ab illis.*

Vide quanto iſtud præſtet: *Non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus, ſed unusquisque pro peccato ſuo morietur.* Et hoc: *Comedentis uvam acerbam, obſtupeſcent dentes ejus.* Item illud: *Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii, juſtitia juſti ſuper eum erit, & impietas impii erit ſuper eum.* Quod ſi quis dixerit huic oraculo,

In natos natorum & qui naſcentur ab illis,

ſimile eſſe iſtud: *Qui reddit peccata patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui me oderint:* diſcat ex Ezechiele parabolam eſſe, qua reprehendit dicentes: *Patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt.* Unde ſubſequitur: *Vivo ego, dicit Dominus, ni quisque ſuo ipſius peccato morietur.* Quid autem parabola de peccatis uſque ad tertiam & quartam generationem reddendis ſignificet, præſentis temporis non eſt explicare.

41. Poſt hæc anicularum more convitians: *Tu*, inquit, *maledicis illorum ſimulacris eaque ludibrio habes: qui ſi Baccho ipſi aut Herculi præſenti convitiatus eſſes, fortaſſe lætus non diſceſſiſſes. Sed qui præſentem tuum*

Deum

Deum diſtenderunt ſuppliciiſque cruciaverunt, ii ob ejuſmodi facinus nihil mali paſſi ſunt, ſed neque longo poſt illa tempore. Quid novi ab illo tempore accidit quod fidem faciat eum non impoſtorem hominem, ſed filium Dei eſſe? Ille ipſe, qui filium miſerat ut quædam annunciaret, eum poſtea ita crudeliter excruciatum ut una cum ipſo mandata perierint, neglexit, & tot elapſis ſæculis jam nondum expergiſcitur. Ecquis tam inhumanus pater? Sed enim, inquis, non contumeliis affectus eſt, niſi quia fortaſſe voluit. At quos proſcindis injuriis, illos etiam dicere licet ſic tractari velle, & propterea injurias æquo animo tolerare. Nam paria paribus conferre optimum. Quanquam illi conviciatorem ſevere puniunt, qui idcirco aut fugit & latitat, aut captus ad ſupplicium protrahitur. Ad hæc reſpondeo maledicere nos nemini. Scimus enim *maledicos Dei regnum non poſſeſſuros eſſe*, & legimus: *Orate pro execrantibus vos*: &, *Benedicite & nolite maledicere*. Notum nobis eſt & iſtud, *Maledicimur & benedicimus*. Et quidem ſi convitium quandam habet vindictæ rationem ei qui injuria affectus videtur, nec hanc nobis permittit Verbum Dei, quanto minus maledicere oportet, cum id facere magna ſtultitia eſt? Æque autem ſtultum eſt maledicere lapidi, aut auro, aut argento verſis in formam, quam, qui procul ſunt a divinitate, Deorum eſſe exiſtimant. Neque etiam inanima ſimulacra ludibrio habemus, ſed eos, qui cultum illis tribuunt. Sed neque, ſi quidam dæmones quibuſdam ſimulacris inſunt, quorum alter Bacchus, alter Hercules putetur, illis convitium facimus. Hoc enim cum inutile eſt, tum animam manſuetam, pacificam, tranquillamque dedecet, cum didicerit nemini, quantumcunque malus ſit, conviciari oportere, ſive homo ſit, ſive dæmon.

42. Neſcio autem quomodo Celſus imprudens eo prolapſus ſit, ut quos paulo ante dæmones aut deos

δεικνυναι φαυλοτατες εἰναι, και τιμωρημενους μαλλον ἀμυντικως, ἠπερ κολαζοντας διορθωτικως, ἐπαν αὐτους λοιδορηται τις· φησι γαρ, ὁς αὐτον γε τον Διονυσον ἠ τον Ηρακλεα παροντα εἰ ἐλοιδορησας, ὐκ ἀν ἰσως χαιρων ἀπηλλαξας. πως δε και ἀκουοι τι ὐ παρων, ὁ βυλομενος παραςησατω· και δια τι ποτε μεν παρεςι, ποτε δε ὐ παρεςι· και τις ἡ πραγματεια τοις δαιμοσι της μεταναςασεως ἀπο τοπυ εἰς τοπον. ἑξης δε τουτοις λεγει, οἰομενος το κατατεινομενον και κολαζομενον σωμα τυ Ιησυ, και ὐ την ἐν αὐτῳ θεοτητα, θεον ἡμας λεγειν, και ὁτε κατετεινετο και ἐκολαζετο, θεον νενομισθαι, ὁτι τον δε σον θεον παροντα κατατεινοντες και κολαζοντες, ὐδεν οἱ ταυτα δρασαντες πεπονθασι. πλειονα δε περι ὡν πεπονθεν ἀνθρωπινων ἐν τοις ἀνωτερω εἰποντες, νυν ἑκοντες παραπεμπομεν τον λογον· ἱνα μη δοκωμεν παλιλλογειν. ἐπει δε φησι μηδε μετα ταυτα ἐν τοσυτῳ βιῳ πεπονθεναι τι τυτυς, τον Ιησουν κολασαντας· δειξομεν αὐτῳ, και πασι τοις βυλομενοις μαθειν, ὁτι ἡ πολις, ἐν ᾐ ὁ των Ιυδαιων λεως ἠξιωσε τον Ιησυν ςαυρωθηναι, λεγων, ςαυρυ, ςαυρυ αὐτον, και προὐτιμησαντο τον λῃςην δια ςασιν και φονον βληθεντα εἰς φυλακην ἀπολυθηναι τυτον, τον δε Ιησυν, δια φθονον παραδοθεντα, ςαυρωθηναι, μετ᾽ ὐ πολυ ἐξεπολεμηθη, και ἐπι τοσυτον ἐπολιορκηθη χρονῳ πλειονι, ὡς᾽ ἐκ βαθρων αὐτην ἀναςατον γενεσθαι, και ἐρημωθηναι· ἀναξιυς κρινοντος τυς τον τοπον ἐκεινον οἰκουντας τυ θευ της κοινωτερας ζωης. και φειδομενος γε αὐτων, ἱνα παραδοξως εἰπω, και ὁρων ἀνιατως ἐχοντας προς την ἐπι το κρειττον μεταβολην, και ὁσημεραι αὐξοντας ἐν τῃ της κακιας χυσει, παρεδωκεν αὐτυς τοις πολεμιοις. και ταυτα γεγονε, δια το ἐκχυθεν αἱμα τυ Ιησυ κατα την ἐπιβυλην αὐτων ἐπι την γην αὐτων μηκετι δυναμενην χωρειν τυς το τηλικυτον ἀγος κατα τυ Ιησυ τολμησαντας.

Καινον ὐν γεγονεν, ἐξ ὐ πεπονθε χρονυ ὁ Ιησυς, κᾀκεινο· λεγω δε το κατα την πολιν, και παν το κατα το ἐθνος, και το κατα την ἀθροαν γενεσιν ἐθνυς χριςιανων

ὡσπε-

udibus extulerat, eos nunc revera peſſimos eſſe ſtendat, ut qui puniant vindictæ ſtudio potius, quam orrigendi animo, ſi quis illis conviciatur. Ait enim: *ui ſi Baccho ipſi aut Herculi præſenti convitiatus eſſes, ortaſſe non lætus diſceſſiſſes.* Qui voluerit explicet quoodo abſens quidpiam audire poſſit; cur abſit aliquano, aliquando adſit, & quid negotii urgeat dæmones ut loco in locum tranſmigrent. Poſt hæc exiſtimans orpus Jeſu diſtentum & cruciatum, non autem ejus ivinitatem a nobis Deum dici, ſed pro Deo habitum uiſſe quando diſtendebatur & cruciabatur, ait: *Sed ui præſentem tuum Deum diſtenderunt ſuppliciisque cruaverunt, ob ejusmodi facinus nihil mali paſſi ſunt.* Cum ero plura jam de iis quæ Jeſus ut homo paſſus eſt, iſſeruerimus, hac de re nunc tacere libet, ne eaem ſæpius iterare videamur. Quoniam vero ait, *neue longo poſt tempore quidquam mali paſſos eſſe qui Jeſum pplicio affecerunt*, illi & omnibus diſcendi cupidis oſtenemus urbem illam, ubi Judæorum populus Jeſum ruci affigi poſtulavit his clamoribus, *Crucifige, crufige eum*, & latronem ſeditionis & cædis reum propereaque conjectum in carcerem dimitti præoptavit, eſum vero per invidiam traditum crucifigi, non diu oſt obſidione cinctam, & multo tempore expugnaam ita fuiſſe, ut a fundamentis everſa & deſerta erit. Nam Deus hujus loci incolas judicavit indigos, qui vel communem vitam viverent: quanquam, t quid incredibile dicam, illis pepercit, cum inimiis tradidit; quippe quos videret nulla re revocari oſſe ad ſaniorem vitam, & in dies magis ac magis equitia creſcere. Atque horum malorum illis cauſa uit ſanguis Jeſu per eorum inſidias effuſus in terram, uæ non potuit amplius reos tanti facinoris ſuſtinere.

43. Novum igitur, ex quo Jeſus paſſus eſt, & illud accidit: illud dico, quod erga urbem, quod erga otam gentem, quod erga Chriſtianum populum acci-

ὡσπερει τεχθεντος εἰσαπαξ· καινον δε και το τȣς ξενȣς των διαθηκων τȣ θεȣ, και ἀλλοτριȣς των ἐπαγγελιων, τȣς μακραν της ἀληθειας, δυναμει τινι θειᾳ παραδεχθηναι αὐτην. ταυτα δε ȣκ ἀνθρωπȣ γοητος ἠν, ἀλλ' ἐργα θεȣ. [illegible] των αὐτȣ ἀγγελματων ἑνεκα τον αὐτο [illegible] λεγειν· ὁμως κολασθεντα ὡς την ὠμοτητα [illegible] των ἀδικως αὐτον κολασαντων, και ἀν[illegible] ὑπομεμενηκοτα και μετα πασης πραοτητος· ȣ [illegible] δε ἡ κολασις αὐτȣ τα τȣ θεȣ ἀγγελματα, ἀλλ', εἰ δει ȣτως ὀνομασαι, εἰς γνωσιν αὐτα ἠγαγεν· ὡς και αὐτος ἐδιδαξεν ὁ Ιησȣς λεγων, ἐαν μη ὁ κοκκος τȣ σιτȣ πεσων εἰς την γην ἀποθανῃ, αὐτος μονος μενει· ἐαν δε ἀποθανῃ, πολυν καρπον φερει. ἀποθανων ȣν ὁ κοκκος τȣ σιτȣ Ιησȣς πολυν καρπον ἠνεγκε· και ἀει ὁ πατηρ προνοει των ἐκ τȣ θανατȣ τȣ κοκκȣ τȣ σιτȣ γεγενημενων, και γινομενων ἐτι, και ἐσομενων καρπων. ὁσιος ȣν πατηρ ὁ τȣ Ιησȣ πατηρ τȣ ἰδιȣ μη φεισαμενος υἱȣ, ἀλλ' ὑπερ ἡμων παντων παραδȣς αὐτον, ἀμνον ὀντα ἑαυτȣ· ἱν' ἀρῃ την ἁμαρτιαν τȣ κοσμȣ ὁ ὑπερ παντος αὐτȣ ἀποθνησκων ἀμνος θεȣ· δι' ὁ ȣκ ἀναγκαζομενος, ἀλλ' ἑκων ὑπεμεινε τα ἀπο των ὑβριςων αὐτῳ προσαγομενα. εἰτα μετα ταυτα ὁ Κελσος, ἐπαναλαμβανων τον προς τȣς βλασφημȣντας τα ἀγαλματα λογον, φησιν, οἰδε δε, ȣς συ βλασφημεις, ἐνην μεν εἰπειν, ὁτι και αὐτοι βȣλονται, και δια τȣτ' ἀνεχονται βλασφημȣμενοι· τα γαρ ἰσα τοις ἰσοις παραβαλειν, κρατιςον. ἀλλ' ȣτοι γε και σφοδρα ἀμυνονται τον βλασφημουντα, ἠτοι γε φευγοντα δια τȣτο και κρυπτομενον, ἠ ἁλισκομενον και ἀπολλυμενον. ȣ βλασφημουντας ȣν, ἀλλ' ἀπελαυνοντας ἀπο των ξοανων και των ἀνθρωπινων σωματων και ψυχων Χριςιανȣς ἀμυνεσθαι νομιζȣσιν οἱ δαιμονες. μη νοων γαρ το γινομενον, ἀληθες τι κατα τον τοπον ὁ Κελσος εἰρηκεν. ἀληθες γαρ το φαυλων δαιμονων πληρȣμενας τας των καταδικαζοντων

των

t, qui repente & quaſi ſimul ortus fuiſſe videtur. ovum &, illud, qui a Dei fœderibus alieni erant, qui illam in promiſſionibus partem habebant, qui pro-l a veritate erant, eos tamen divina quadam virtu- amplecti veritatem. Hoc profecto non impoſtoris ominis, ſed Dei eſt opus, qui ſuum ipſius Verbum, ıod in Jeſu erat, miſit, ut ipſius mandata annuncia-t. Quod hic ſæva ſupplicia paſſus eſt generoſiſſime manſuetiſſime, id quidem eorum, qui eum injuſte uciaverunt, arguit crudelitatem, ſed hæc ſupplicio-m perpeſſio Dei mandatis perniciem non attulit, d illa, ut ita loquar, in hominum cognitionem ad-ıxit: id quod Jeſus ipſe docuit his verbis: *Niſi gra-m frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſo-n manet: ſi autem mortuum fuerit, multum fructum 'ert.* Mortuum igitur granum frumenti Jeſus mul-m fructum attulit: & pater ſemper proſpicit fructi-s qui ex morte grani frumenti & nati ſunt, & etiam-m naſcuntur, & naſcituri ſunt. Humanus ergo ter eſt Jeſu pater, qui *proprio filio non pepercit, ſed nobis omnibus tradidit illum*, agnum ſuum, ut agnus ei totius mundi cauſa moriens mundi peccatum tol-et. Unde non neceſſitate, ſed volens pertulit illa-s ſibi a conviciatoribus contumelias. Poſtea Cel-s rediens ad eos qui ſimulacra injuriis inhonorant: *uos*, inquis, *oneras contumeliis, illos etiam dicere licet t tractari velle & propterea injurias æquo animo ferre. am paria paribus conferre, optimum. Quanquam illi nviciatorem ſevere puniunt, qui idcirco fugit & latitat, t captus ad ſupplicium trahitur.* Dæmones igitur ıriſtianos ulciſci putant non quia conviciantur, ſed ia ipſos e ſimulacris & humanis tam corporibus ıam animis expellunt. Quamvis enim rem non in-lligeret, hoc loco tamen verum quid dixit. Verum im eſt animas tum eorum qui Chriſtianos condem-nt, tum eorum qui illos produnt, tum denique

eorum qui illis bellum indicere gloriantur, malis dæmonibus eſſe refertas.

44. Sed cum animæ eorum qui Chriſtianiſmi cauſa moriuntur magnaque cum gloria corpus relinquunt, poteſtatem dæmonum frangerent, inſidiasque hominibus ab eis comparatas irritas redderent; eam ob rem, opinor, dæmones experientia docti ſe a martyribus veritatis vinci & ſuperari, rurſus vindicta uti timuerunt. Atque ita, donec moleſtiarum quas perpeſſi ſunt obliviſcantur, probabile eſt Chriſtianis cum hoc mundo pacem eſſe futuram. Poſtquam autem collegerint poteſtatem, & nequitia occæcati rurſus ulciſci ſe volent & Chriſtianos inſectari; rurſus profligabuntur, rurſus animæ piorum, qui pietatis cauſa corpus exuent, Mali exercitum debellabunt. Ego autem opinor dæmones quia ſentiunt ſuam poteſtatem ab iis peſſumdari qui victores morti occumbunt, illos vero qui pœnis ſuperati cultum veri Dei ejurant, in ipſorum ditionem venire, idcirco cum Chriſtianis manus conſerere: quippe qui illorum confeſſione torquentur, abnegatione recreantur. Atque hujus rei veſtigia videre eſt in ipſis judicibus qui, cum Chriſtiani contumelias & tormenta magno animo perferunt, ſummopere dolent; triumphant vero, cum Chriſtianus ſuccumbit. Neque id faciunt ſenſu ejus quam vocant humanitatis. Perſpectum enim habent etiamſi eorum qui victi ſunt lingua juraverit, eorum tamen mentem eſſe injuratam. Atque hæc in iſta Celſi verba: *Quanquam illi conviciatorem ſevere puniunt, qui idcirco fugit & latitat, aut captus ad ſupplicium trahitur.* Quod ſi Chriſtianus aliquis fugit, non metu fugit, ſed ut magiſtri præcepto pareat, & aliorum ſaluti ſanum ſe & incolumem ſervet.

45. Jam quæ ſequuntur videamus: ſic habent. *Quid opus eſt recenſere oracula, quæ aut Prophetæ aut prophetides, aut alii ſive viri ſive feminæ numine afflata*

Εἰτα μετα ταυτα, ἠτοι μηδενος ἀκουσας χριστιανου, ἠ τινος ἀπο των πολλων παρανομου και ἀπαιδευτου, φησι τους χριστιανους λεγειν, ἰδου, παραστας τω ἀγαλματι του Διος, ἠ Απολλωνος, ἠ ὁτου δη ποτε θεου, βλασφημω, και ῥαπιζω, και οὐδεν με ἀμυνεται· οὐχ ὁρων, ὁτι ἐν τη θεια νομοθεσια προστετακται μετα των ἀλλων και το, θεους οὐ κακολογησεις· ἱνα μη ἐθιζηται ἡμων το στομα ὁντιναουν κακολογειν, ἀκουοντων, εὐλογειτε, και μη καταρασθε· και διδασκομενων, ὁτι οἱ λοιδοροι βασιλειαν θεου οὐ κληρονομησουσι. τις δ' οὑτως δ' οὑτως ἐν ἡμιν ἠλιθιος, ὡς ταυτα λεγειν, και μη ὁραν, ὁτι οὐδεν δυναται το τοιουτο προς καθαιρεσιν της περι των νομιζομενων θεων ὑποληψεως; ὁπου γε και οἱ παντη ἀθεοι, και την προνοιαν ἀνελοντες, και συστημα νομιζομενων φιλοσοφων δια των μοχθηρων δογματων και ἀσεβων γεννησαντες, οὐτ' αὐτοι πεπονθασιν ὡν οἱ πολλοι νομιζουσι κακων, οὐθ' οἱ τα ἐκεινων ἀσπασαμενοι δογματα· ἀλλα γαρ και πλουτουσι και ὑγιαινουσι τα σωματα. εἰ δε βλαβην τις ζητει ἐν ἐκεινοις, ὁρατω ὁτι ἀληθως εἰσι βεβλαμμενοι. ποια γαρ μειζων βλαβη του μη νοειν ἀπο της ταξεως του κοσμου τον πεποιηκοτα; ποια δε χειρων ταλαιπωρια του τετυφλωσθαι τον νουν, και μη βλεπειν τον παντος νου δημιουργον και πατερα;

Περιθεις δε ἡμιν τοιουτους λογους, και συκοφαντων χριστιανους, οὐ λεγοντας τα τοιαυτα, ἑαυτω ἀπολογιαν ποριζειν νομιζει, παιγνιον μαλλον ἠ ἀπολογιαν τυγχανουσαν, ἐν ᾗ φησιν ὡς προς ἡμας, οὐχ ὁρας οὐν, ὠ βελτιστε, ὁτι και τον σον δαιμονα καταστας τις οὐ βλασφημει μονον, ἀλλα και πασης γης και θαλασσης ἐκκηρυττει· και σε τον καθωσιωμενον ὡσπερ ἀγαλμα αὐτω δησας ἀπαγει, και ἀνασκολοπιζει· και ὁ δαιμων, ἠ, ὡς συ φης, ὁ του θεου παις, οὐδεν αὐτον ἀμυνεται; χωραν δ' εἰχεν ἡ ἀπολογια αυτη εἰ τοιουτοις λογοις, ὁποιους ἡμας ἀνεγραψεν λεγοντας, ἐχρωμεθα· και τοι γε οὐδ' οὑτως ἀληθη ἐλεγε, δαιμονα εἰπων τον υἱον του θεου. κατα μεν οὐν ἡμας, τους

λεγον-

38. Poſtea, quod aut ex nemine Chriſtiano aut ex vulgari quopiam impio & imperito audivit, ait Chriſtianos dicere: *Ecce accedens ad Jovis aut Apollinis aut cujuslibet alterius dei ſimulacrum, contumeliis illud laceſſo alapiſque cædo, nec tamen ulciſcitur.* Neſcit videlicet in lege divina legi inter alia hanc prohibitionem: *Diis non detrahes*, ut ne os noſtrum aſſueſcat cuiquam maledicere: quippe qui audierimus: *Benedicite & nolite maledicere*, & didicerimus quia *maledici regnum Dei non poſſidebunt.* Et quis inter nos ita inſanus eſt ut hæc dicat, nec videat nihil hujusmodi injurias prodeſſe ad evellendam, quæ de iis concepta eſt, opinionem? cum fuerint homines qui, licet omnino Deum non agnoſcerent & Providentiam tollerent, & perniciosis impiisque dogmatis ortum dederint ſectis quorumdam qui Philoſophi habentur, nihil tamen eorum paſſi ſunt quæ vulgus mala judicat, nec qui eorum dogmatibus adhæſerunt: immo diteſcunt & ſani corpore ſunt. Quanquam ſi detrimentum in illis quæras, videbis eos vere detrimentum paſſos. Nam quod majus detrimentum eſt, quam ex mundi conditione non intelligere Conditorem? Ecquæ miſeria pejor, quam cæca mente eſſe & non videre mentium omnium opificem & patrem?

39. Poſtquam ejusmodi verba Chriſtianis, quibus minime conveniunt, per calumniam tribuit, ſibi ipſe defenſionem paraſſe putat, ſed quæ ludicrum eſt potius quam defenſio, cum tanquam nos alloquens: *Non vides*, inquit, *o bone, eſſe etiam qui tuum dæmonem non modo coram contumeliis oneret, ſed etiam ex omni terra marique expellat, & te quaſi ſimulacrum illi conſecratum vinculis conſtringat, trahat ad ſupplicium, & cruci affigat; nec dæmon ille tamen, aut, quemadmodum loqueris, ille Dei filius ex iſto pœnas repetat?* Quæ quidem defenſio locum haberet, ſi, quos nobis ſermones adſcribit, iis uteremur: quanquam nec tum vera dice-

λεγοντας παντας δαιμονας ειναι φαυλες, ε δαιμων ο τες τοσες δε επιςρεψας προς τον θεον, αλλα θεος λογος, και θεε παις· κατα δε Κελσον, μηδεν εμφηναντα π ρι φαυλων δαιμονων, εκ οιδ' οπως επιλαθουμενον εαυτε, δαιμων ο Ιησες ειρηται. υςερον μεν τοι γε τα λεγομενα περι των ασεβων φθασει μετα παντα τα φαρμακα, απηρ ε προσηκαντο, επι της καταλαμβανομενης εν τη, ως αν ειποι τις, ανιατω κακια.

Και ημεις μεν ο, τι ποτε περι κολασεως λεγοντες, και δια της περι κολασεως διδασκαλιας πολλης απο των αμαρτηματων επιςρεφομεν· ο δε κατα τον Κελσον ιερευς τε Απολλωνος, η τε Διος, οια αποκρινεται κατανοησωμεν·

Οψε, φησι, θεων αλεεσι μυλοι, — και

Ες παιδων παιδας, τοι κεν μετοπισθε γενωνται.

ορα δε οσω τετε βελτιον το, εκ αποθανουνται πατερες υπερ τεκνων, εδε υιοι αποθανενται υπερ πατερων· εκαςος τη αμαρτια εαυτε αποθανειται· και τετο, τε φαγοντος τον ομφακα αιμωδιασεσιν οι οδοντες αυτε· και το, υιος ε ληψεται αδικιαν πατρος, και πατηρ ε ληψεται αδικιαν υιε· δικαιοσυνη δικαιε επ' αυτον εςαι, και ανομια ανομε επ' αυτον εςαι. εαν δε τις ομοιον ειναι λεγη τω

Ες παιδων παιδας, τοι κεν μετοπισθε γενωνται,

το, αποδιδες αμαρτιας πατερων επι τεκνα, επι τριτην και τεταρτην γενεαν τοις μισεσι με, μανθανετω, οτι εν τω Ιεζεκιηλ παραβολη το τοιετον ειναι λελεκται, αιτιωμενω τες λεγοντας, οι πατερες εφαγον ομφακα, και οι οδοντες των τεκνων ημωδιασαν· ω επιφερεται, ζω εγω, λεγει κυριος, αλλ' η εκαςος τη εαυτε αμαρτια αποθανειται. ε κατα τον παροντα δε καιρον εςι διηγησασθαι τι σημαινει η περι τε επι τριτην και τεταρτην γενεαν αποδιδοσθαι τας αμαρτιας παραβολη.

Ειτα, ως αι γραες, διαλοιδορεμενος ημιν φησι, συ μεν τα αγαλματα τουτων λοιδορων καταγελας· ος αυτον γε τον Διονυσον η τον Ηρακλεα παροντα ει ελοιδορησας, εκ αν ισως χαιρων απηλλαξας. τον δε σον θεον

παρον-

diceret, cum Dei filium appellet dæmonem. Ex nobis igitur, qui dæmones omnes dicimus eſſe malos, qui tot homines ad Deum convertit, non ille dæmon eſt, ſed Deus Verbum & Dei filius: at Celſus, qui malos a ſe dæmones agnoſci nullibi ſignificavit, neſcio quomodo ſui immemor Jeſum dæmonem nominet. Cæterum pœnæ impiis intentatæ accident aliquando iis, qui poſt remedia omnia quæ detrectarunt, in malitia, ut ita dicam, inſanabili deprehendentur.

Hymnos enim canimus ſoli ſummo Deo & Unigenito ejus Verbo atque Deo; & laudamus Deum & Unigenitum ejus eodem modo, ac ſol & luna & ſtellæ & tota cæleſtis militia. Ex his enim omnibus divinus conſtat chorus, qui cum juſtis hominibus ſummum Deum ejusque Unigenitum hymnis celebrat. Illicitum eſſe juramentum per humanum Regem, aut per ejus fortunam ut loquuntur, jam ante diximus. Non igitur neceſſe eſt hoc a nobis refutari: *Neque etiamſi per humanum Regem jurare juſſus fueris, hoc malum eſt. Ipſi enim traditum fuit quidquid in terra eſt. Et quidquid in hac vita accipis, ab illo accipis.* Non autem nos dicimus Regi omnino omnia quæ in terra ſunt, data eſſe, aut ab illo accipi quidquid in hac vita accipitur. Deo enim & ejus providentiæ accceptum referimus, quidquid juſte & honeſte accipimus; cujusmodi ſunt mites fructus, *panis cor hominis confirmans*, ſuavis vitis, & *vinum lætificans cor hominis*. Sed & olivæ fructus *faciem in oleo hilarantes* habemus a Dei providentia.

68. Deinde ait Celſus fidem antiquo viro abrogandam non eſſe dicenti:

Unus ſit Rex, cui dedit filius Saturni verſuti.

Additque: *Hoc ſi dogma convelleris, meritas pœnas Regi dabis. Nam ſi te omnes imitarentur, nec mora, ſolus Rex & deſertus relinqueretur; & quæcumque in terra ſunt, in impiorum illa & agreſtiſſimorum Barbarorum ditionem venirent, cultusque tui veræque ſapientiæ gloria ex hominibus evaneſceret.* Igitur ſi neceſſe eſt ut

— *Unus ſit Princeps*

Unus Rex: —

is debet eſſe non

Cui dedit filius Saturni verſuti,

ſed cui dedit ille, qui *Reges conſtituit & deſtituit*, quique *utilem rectorem ſuſcitat in tempus ſuper terram.* Neque enim ille Saturni in Tartarum, ut in Græcis fa-

υἱος ἐκπελασας τουτον της ἀρχης, καθιστησι βασιλεις, οὐδ' ἀν ἀλληγορη τις τα κατα τους τοπους· ἀλλ' ὁ διοικων τα συμπαντα Θεος οἰδεν ὁ, τι ποτε ποιει κατα τον τοπον της των βασιλεων καταστασεως. λυομεν οὐν το δογμα, ᾧ ἐδωκε Κρονου παις ἀγκυλομητεω, οὐδεν ἀγκυλον και σκολιον βουλεσθαι πειθομενοι Θεον, ἠ πατερα Θεου. οὐ λυομεν δε το δογμα το περι προνοιας, και των εἰτε προηγουμενως ὑπ' αὐτου γιγνομενων, εἰτε και ἐκ τινων ἐπακολουθουντων. ἀλλ' οὐδ' εἰκοτως ἡμας ἀμυνεται βασιλευς, φασκοντας μεν ὁτι οὐ Κρονου παις ἀγκυλομητεω ἐδωκεν αὐτῳ το βασιλευειν, ὁ δε μεθιστων βασιλεις και καθιστων. και το αὐτο γε ποιειτωσαν μοι ἁπαντες; το μεν Ομηρικον καταλυοντες δογμα, το δε Θειον περι βασιλειας τηρουντες, και το τον βασιλεα τιμαν φυλαττοντες· και το ὡς ἐν ὑποθεσει γε τοιαυτη, οὐτε μονος ὁ βασιλευς καταλειφθησεται, οὐτ' ἐρημος ἐσται· οὐτε τα ἐπι γης ἐπι τοις ἀνομωτατοις και ἀγριωτατοις βαρβαροις ἐσται. εἰ γαρ, ὡς λεγει Κελσος, το αὐτο μοι ποιησειαν ἁπαντες· δηλονοτι και οἱ βαρβαροι, τῳ λογῳ του Θεου προσελθοντες, νομιμωτατοι ἐσονται, και ἡμερωτατοι, και πασα μεν Θρησκεια καταλυθησεται, μονη δε ἡ Χριστιανων κρατησει· ἡτις και μονη ποτε κρατησει, του λογου ἀει πλειονας νεμομενου ψυχας.

Εἰτα ἑαυτου μη ἀκουσας ὁ Κελσος τα ἀνακολουθα εἰποντος τῳ, εἰ γαρ το αὐτο σοι ποιησειαν ἁπαντες, φησιν, οὐ μη δη τουτο φησεις, ὡς ἀν πεισθεντες σοι Ρωμαιοι και των νενομισμενων αὐτοις προς θεους τε και ἀνθρωπους ἀμελησαντες, τον σον ὑψιστον, ἠ ὀν τινα βουλει προσκαλεσασθαι, σεβοιντο, καταβας ὑπερμαχειται αὐτων, και οὐδεμιας ἀλλης ἀλκης δεησει. και γαρ προτερον ὁ αὐτος Θεος τοις προσεχουσιν αὐτῳ ταυτα τε και πολυ μειζω τουτων, ὡς ὑμεις φατε, ὑπισχνουμενος, ὁρατε ὁσα ὠφελησεν ἐκεινους τε και ὑμας. ὠν τοις μεν ἀντι του γης ἁπασης εἰναι δεσποταις, οὐδ' ὁποια τις βωλος οὐδ' ἑστια καταλειπεται· ὑμων δε κἀν πλαναται τις ἐτι λανθανων, ἀλλα ζητειται

προς

bulis legitur, dejecti filius, qui patrem deturbavit e ſolio, conſtituit Reges, quantumvis hoc loco allegorias comminiſcantur; ſed rerum omnium moderator Deus novit quomodo diſpenſet quæ ad Regum conſtitutionem pertinent. Dogma igitur iſtud convellimus, *Cui dedit filius Saturni verſuti*, gnari Deum aut Dei patrem nihil obliquum & tortuoſum velle. Sed minime dogma convellimus de Providentia, & iis quæ ſive præcipue ſive per quædam conſequentia facit. Neque etiam *meritas pœnas repetet Rex* ex nobis, ſi negantes regnum illi a Saturni verſuti filio datum fuiſſe, affirmamus datum eſſe ab eo qui Reges conſtituit & regno ſpoliat. Atque utinam imitentur me omnes, & ſpreto Homeri dogmate, divinum de Regum conſtitutione admittant, & præcepto honorandi Reges pareant: hoc poſito, *Rex* nec *ſolus & deſertus relinquetur*, nec *ea quæ in terra ſunt in impiorum & agreſtiſſimorum Barbarorum ditionem venient.* Nam ſi, ut loquitur Celſus, idem omnes ac ego facerent, procul dubio Barbari ad Dei verbum accedentes juſtiſſimi & manſuetiſſimi fierent, omne cultus genus deſtrueretur, ſola vigeret chriſtianorum religio; quod quidem aliquando futurum eſt, cum iſta religio plures ſibi in dies animas comparet.

69. Deinde non advertens Celſus dicere ſe quæ huic ejus dicto repugnant: *Idem ſi omnes ac tu facerent*, ait: *Certe non dixeris, ſi Romani tibi fidem habentes, neglectis omnibus quæ ſibi erga Deos & homines præſcripta fuerunt officiis, tuum illum Excelſum aut quovis eum nomine appellari placeat, colerent; deſcenſurum illum eſſe & pro eis pugnaturum, nullo alio indigentem auxilio. Nam idem ille Deus olim ſibi devotis hæc & his multo majora pollicitus, ut vos dicitis, videte quantum illis & vobis profuerit. His, nedum univerſa terræ ſint Domini, ne gleba quidem & domuncula reliqua facta eſt; & e vobis ſi quis adhuc errat latitatque, morte plectendus quæritur.* Quo-

ἀρετη. εἰ δε και ἀλλυς τινας βυλεται μετα τον ἐπι πασι ἐξευμενιζεσθαι θεον· κατανοησατω, ὁτι ὡσπερ τῳ κινυμενῳ σωματι ἀκολυθει ἡ της σκιας αὐτυ κινησις· τον αὐτον τροπον τῳ ἐξευμενιζεσθαι τον ἐπι πασι θεον, ἐπεται εὐμενεις ἐχειν παντας τυς ἐκεινυ φιλυς ἀγγελους, και ψυχας, και πνευματα. συναισθονται γαρ των ἀξιων τυ παρα τυ θευ εὐμενισμυ· και ὐ μονον και αὐτοι εὐμενεις τοις ἀξιοις γινονται, ἀλλα και συμπραττυσι τοις βυλομενοις τον ἐπι πασι θεον θεραπευειν, και ἐξευμενιζονται, και συνευχονται, και συναξιυσιν· ὡςε τολμαν ἡμας λεγειν, ὁτι ἀνθρωποις, μετα προαιρεσεως προτιθεμενοις τα κρειττονα, εὐχομενοις τῳ θεῳ, μυριαι ὁσαι ἀκλητοι συνευχονται δυναμεις ἱεραι· συμπαρεχυσαι τῳ ἐπικηρῳ ἡμων γενει, και, ἱν' ὐτως εἰπω, συναγωνιωσαι, δἰ ὑς ὁρωσιν ἀντιςρατευομενους και ἀνταγωνιζομενους δαιμονας τῃ σωτηριᾳ μαλιςα των ἑαυτυς ἀνατιθεντων θεῳ, και μη φροντιζοντων της των δαιμονων ἐχθρας· ἐαν ἐκεινοι ἐξαγριαινωσι προς τον ἀνθρωπον, φευγοντα μεν αὐτων τας δια κνισσης και αἱματος θεραπειας, παντι δε τροπῳ λογων και πραξεων σπευδοντα οἰκειυσθαι και ἑνουσθαι τῳ ἐπι πασι θεῳ, δια τυ καταλυσαντος μυριους δαιμονας Ιησυ, ἡνικα περιῃει ἰωμενος και ἐπιςρεφων τυς καταδυναςευομενους ὑπο τυ διαβολυ.

Ημιν μεν τοι γε καταφρονητεον ἐξευμενισμυ ἀνθρωπων και βασιλεων, ὐ μονον ἐαν δια μιαιφονιων, και ἀσελγειων, και ὠμοτατων πραξεων ἐξευμενιζωμεθα αὐτυς· ἀλλα και ἐαν δια της εἰς τον θεον των ὁλων ἀσεβειας, ἡ τινος μετα δυλοπρεπειας και ταπεινοτητος φωνης, ἀλλοτριας ἀνδρειων και μεγαλοψυχων ἀνδρων, και την καρτεριαν ὡς μεγιςην ἀρετην συναναλαβειν ταις ἀλλαις ἐθελοντων. ἐνθα μεν τοι ὐδεν ἐναντιον πραττομεν νομῳ και λογῳ θευ, ὐ μεμηναμεν, ὐδ' ὁρμωμεν καθ' ἑαυτων ἐγειρειν βασιλεως ἡ δυναςυ θυμον, ἐπι αἰκιας και βασανιςηρια, ἡ και θανατυς ἡμας φεροντα. ἀνεγνωμεν γαρ και το, πασα ψυχη ἐξυσιαις ὑπερεχυσαις ὑποτασσεσθω· ὐ γαρ

ἐςιν

cæteriſque virtutibus conciliatur. Quod ſi ſecundum ſummum Deum & alios quosdam nobis conciliandos eſſe cenſet; intelligat, quemadmodum moto corpore ſequitur umbram ejus moveri, ſic placato ſummo Deo, ſequi continuo angelorum ejus amicorum, animarum ſpirituumque benevolentiam. Cognoſcunt enim & ipſi quinam Dei benevolentia digni ſint; nec ſolum ipſi dignis benevoli ſunt, ſed etiam adjuvant eos qui ſummum Deum colere volunt, illum eis conciliant, ſuas illorum precibus adjungunt preces, ſimul cum eis poſtulant: ita ut dicere audeamus, cum homines firmo propoſito meliora ſectantes Deo preces offerunt, innumeras eſſe ſanctas Poteſtates quæ cum ipſis precentur, etiam non vocatæ: mortale noſtrum genus favore complectuntur, cum illo, ut ita loquar, arma capiunt, propterea quod vident dæmones repugnare & obſiſtere ſaluti eorum maxime qui ſe Deo devovent nihilique ducunt adverſos habere dæmones, ſi exaſperati illi fuerint in hominem qui illos nidore ſacrificiorum & ſanguine colere refugit, omnique ſermone & opere contendit ſummo Deo conciliari & conſociari per Jeſum qui dæmones innumeros profligavit, dum circumiret *ſanando* & convertendo *omnes oppreſſos a diabolo.*

65. Quod ad hominum regumque favorem attinet, is etiam nobis contemnendus eſt: non ſolum ſi cædibus, ſpurcitiis ſæviſque facinoribus, ſed etiam ſi impietate erga univerſorum Deum, vel ſervili obſequio & vili adulatione comparatur. Nihil enim indignius viris generoſis & magnanimis quique fortitudinem, ut virtutem maximam, cæteris ſuis virtutibus adjungere ſtudent. Verum ubi nihil a nobis exigitur legi & verbo Dei contrarium; non ea noſtra inſania, ut contra nos ipſos regis aut dynaſtæ iram concitemus, unde contumeliæ ſupplicia morsque contingeret. Legimus enim: *Omnis anima poteſtatibus*

præcel-

ἐϛιν ἐξυσια, εἰ μη ἀπο Θευ· αἱ δὲ ὐσαι ἐξυσιαι, ὑπο τυ Θευ τεταγμεναι εἰσιν· ὡϛε οἱ ἀνθεϛηκοτες τῃ ἐξυσια, τῃ τυ Θευ διαταγῃ ἀνθιϛανται. ἐν μεν τοι γε τοις εἰς την προς Ρωμαιους ἐξηγητικοις, ὡς δυνατον ἠν ἡμιν, ἐπι πλειον και ταυτα τα ῥηματα ποικιλως ἐξητασαμεν· νυν δ᾽ αὐτα εἰς το προκειμενον, ἁπλυϛερον, κατα την κοινοτεραν ἐκδοχην, παρειληφαμεν· ἐπειπερ φησιν ὁ Κελσος, ὐκ ἀνευ δαιμονιας ἰσχυος των τηδε εἰναι ἠξιωμενους. και ἐπει πολυς ἠν ὁ λογος ὁ περι της των βασιλευοντων και δυναϛων καταϛασεως· πολλης ζητησεως ὐσης κατα τον τοπον, δια τυς ὠμοτερον και τυραννικωτερον ἀρξαντας, ἢ τυς ἐκ τυ ἀρχειν ἐπι θρυψιν και τρυφην ἐξοκειλαντας· δια τυτο ἐπι τυ παροντος το προβλημα ἐξετασαι ὑπερεθεμεθα. τυχην μεν τοι βασιλεως ὐκ ὀμνυμεν, ὡς ὐδ᾽ ἀλλον νομιζομενον θεον· εἰτε γαρ, ὡς ὠνομασαν τινες, ἐκφορα μονον ἐϛιν ἡ τυχη, ὁμοιως δοκητει και διαϛασει· ὐκ ὀμνυμεν το μηδαμως ὀν ὡς θεον, ἢ ὁλως ὑφεϛηκος και δυναμενον τι ποιησαι, ἱνα μη την ὀμοτικην δυναμιν εἰς ἃ μη δει παραλαμβανωμεν· εἰτε και, (ὡς τισιν ἐδοξεν, εἰπυσι· τυ Ρωμαιων βασιλεως τον δαιμονα ὀμνυσιν οἱ την τυχην αὐτυ ὀμνυοντες) δαιμων ἐϛιν ἡ ὀνομαζομενη τυχη τυ βασιλεως· και οὑτως ἀποθανητεον ἐϛι μαλλον ἡμιν ὑπερ τυ μη ὀμοσαι μοχθηρον δαιμονα και ἀπιϛον, πολλακις συνεξαμαρτανοντα ᾧ ἐλαχεν ἀνθρωπῳ, ἢ και πλεον αὐτυ ἁμαρτανοντα.

Εἰτα παλιν ὁ Κελσος, ὁμοιως τοις ἀπο δαιμονισμυ, ἐσθ᾽ ὁτε ἀναφερυσιν, εἰτα παλιν καταπιπτυσιν, ὡσπερ νηφων, τοιαυτα τινα λεγει, ἐαν μεν τοι γε κελευοι τις, εἰ τυχοι, θρησκευοντα θεον ἢ ἀσεβειν, ἢ ἀλλο τι αἰσχρον εἰπειν, ὐδαμη ὐδαμως πιϛευτεον· ἀλλα προ τουτων πασαις βασανοις ἐγκαρτερητεον, και παντας θανατυς ὑπομονητεον πριν τι ἀνοσιον περι θευ, μη ὁτι γε εἰπειν, ἀλλα μελετησαι. εἰτα παλιν ἀπ᾽ ἀγνοιας της περι τυ

ἡμετε-

præcellentibus ſubdita ſit. Non eſt enim poteſtas niſi a Deo: quæ autem ſunt poteſtates, a Deo ordinatæ ſunt: itaque qui poteſtati reſiſtunt, Dei ordinationi reſiſtunt. Quæ verba in noſtris in epiſtolam ad Romanos commentariis, pluribus in varium ſenſum pro viribus interpretati ſumus: ſed impræſentiarum ſimpliciori vulgatiorique intellectu accepimus, idque ea cauſa, quod Celſus dixerit *non ſine dæmonum poteſtate reges ad hanc evectos fuiſſe dignitatem.* Hic plurima dicenda eſſent de regum & dynaſtarum conſtitutione: magna enim quæſtio eſt, propterea quod ſunt qui crudele & tyrannicum imperium exerceant, aut quibus imperium eſt voluptatibus deliciiſque ſe ingurgitandi occaſio. Quare in præſens hujus quæſtionis conſideratione ſuperſedemus. Verum per fortunam regis non juramus, neque per alium ex iis qui dii putantur. Sive enim, ut nonnullis placuit, fortuna ſit nuda enunciatio, quemadmodum *opinio* & *diſcrepantia*; non juramus per id quod nequaquam exiſtit tanquam per Deum, aut quaſi per id quod revera exiſtit & aliquid poteſt, ne per ea, per quæ non oportet, juremus: ſive id quod vocatur fortuna in dæmonum numero reponatur, quod quibusdam viſum eſt, aientibus per Imperatoris Romani dæmonem jurari, cum per ejus fortunam juratur; & hoc modo mori nobis potius eſt, quam jurare per malum & perfidum dæmonem, qui perſæpe cum homine peccat quem ſortitus eſt, aut etiam plus eo peccat.

66. Poſt hæc Celſus, perinde ac obſeſſi a dæmone, qui modo ſanam ad mentem redeunt, modo in inſaniam relabuntur, ſic veluti reſipiſcens loquitur: *Si forte accideret ut Dei cultor impium quid agere aut quidpiam turpe proferre juberetur, nunquam ullo modo parendum eſt; ſed potius omnia perferenda ſupplicia, omne mortis genus tolerandum, quam quid indignum Deo dicere aut etiam cogitare.* Deinde ignorantia noſtræ doctrinæ

præ-

præceps actus & miſcens omnia: *At ſi quis*, inquit, *juſſerit celebrare Solem, aut Minervæ lætum pæana canere, illis laudandis magnum Deum magis colere videberis. Quæ enim ad omnia pertinet pietas, ea perfectior eſt.* Ad hæc dicimus, nos, ut ſolem celebremus, non expectare dum juſſum nobis fuerit: quippe qui docti ſumus non ſolum eos qui ordinationi ſubjecti ſunt, laudare, ſed etiam inimicos. Celebramus igitur Solem ut præclarum conditoris opus, quod Dei leges obſervans huic præcepto paret: *Benedicite ſol & luna Domino*, & pro viribus laudate hujus univerſi patrem & conditorem. Minervam autem, quam ille cum Sole jungit, fabulantur Græci, ſive quid arcanum his fabulis involvi voluerint, ſive non, armatam ex Jovis capite prodiiſſe; evaſiſſe e manibus Vulcani ipſam inſequentis ut virginitatem eriperet; ſed ſemen quod ex Vulcano ii libidinis elicitum in terram ceciderat, ipſam in deliciis habuiſſe, enutriviſſe & vocaſſe Erichthonium,

— *quem olim, ut fertur, Minerva*
Nutrivit Jovis filia, peperit autem alma Tellus.

Atque hinc patet, admittenti Minervam Jovis filiam, plurimas fabulas & figmenta admittenda eſſe, quæ, qui fabulas fugit & quærit veritatem, nunquam probaverit.

67. Ut autem hæc allegorice narrentur, Minervæque nomine intelligatur prudentia, oſtendatur ejus & ſubſiſtentia & natura, utpote qua hæc allegoria nititur. Quod ſi Minerva priſca mulier fuit eaque cultu donata ab iis, qui myſteria ceremoniasque ſuis ſubditis præſcribentes Minervæ nomen tanquam Deæ celebrari apud homines voluerunt; multo minus Minervam laudare & ut Deam venerari nobis licet, quibus nempe præclarum hunc ſolem adorare nefas, quamvis illum celebremus. Ac Celſus quidem ait, *cum hymni Minervæ & Soli canuntur, magnum Deum magis coli videri.* At nos contra eſſe ſcimus.

Hymnos enim canimus ſoli ſummo Deo & Unigenito ejus Verbo atque Deo; & laudamus Deum & Unigenitum ejus eodem modo, ac ſol & luna & ſtellæ & tota cæleſtis militia. Ex his enim omnibus divinus conſtat chorus, qui cum juſtis hominibus ſummum Deum ejusque Unigenitum hymnis celebrat. Illicitum eſſe juramentum per humanum Regem, aut per ejus fortunam ut loquuntur, jam ante diximus. Non igitur neceſſe eſt hoc a nobis refutari: *Neque etiamſi per humanum Regem jurare juſſus fueris, hoc malum eſt. Ipſi enim traditum fuit quidquid in terra eſt. Et quidquid in hac vita accipis, ab illo accipis.* Non autem nos dicimus Regi omnino omnia quæ in terra ſunt, data eſſe, aut ab illo accipi quidquid in hac vita accipitur. Deo enim & ejus providentiæ accceptum referimus, quidquid juſte & honeſte accipimus; cujusmodi ſunt mites fructus, *panis cor hominis confirmans*, ſuavis vitis, & *vinum lætificans cor hominis*. Sed & olivæ fructus *faciem in oleo hilarantes* habemus a Dei providentia.

68. Deinde ait Celſus fidem antiquo viro abrogandam non eſſe dicenti:

Unus ſit Rex, cui dedit filius Saturni verſuti.

Additque: *Hoc ſi dogma convelleris, meritas pœnas Regi dabis. Nam ſi te omnes imitarentur, nec mora, ſolus Rex & deſertus relinqueretur; & quæcumque in terra ſunt, in impiorum illa & agreſtiſſimorum Barbarorum ditionem venirent, cultusque tui veræque ſapientiæ gloria ex hominibus evaneſceret.* Igitur ſi neceſſe eſt ut

— Unus ſit Princeps

Unus Rex: —

is debet eſſe non

Cui dedit filius Saturni verſuti,

ſed cui dedit ille, qui *Reges conſtituit & deſtituit*, quique *utilem rectorem ſuſcitat in tempus ſuper terram.* Neque enim ille Saturni in Tartarum, ut in Græcis fa-

υἱος ἀπελασας τȣτον της ἀρχης, καθιςησι βασιλεις, ȣ̓δ' ἀν ἀλληγορῃ τις τα κατα τȣς τοπους· ἀλλ' ὁ διοικων τα συμπαντα θεος οἰδεν ὁ, τι ποτε ποιει κατα τον τοπον της των βασιλεων καταςασεως. λυομεν ȣ̓ν το δογμα, ᾡ ἐδωκε Κρονȣ παις ἀγκυλομητεω, ȣ̓δεν ἀγκυλον και σκολιον βȣλευσαι πεπεισμενοι θεον, ἠ πατερα θεȣ. ȣ̓ λυομεν δε το δογμα το περι προνοιας, και των εἰτε προηγȣμενως εἰτ' κατα γινομενων, εἰτε και ἐκ τινων ἐπακολȣθουντων. ἀλλ' ȣ̓κ εἰκοτως ἡμας ἀμυνεται βασιλευς, φασκοντας ὡν και ὁ Κρονȣ παις ἀγκυλομητεω ἐδωκεν αὐτῳ το βασιλευειν, ὁ δε μεθιςων βασιλεις και καθιςων. και τοι γε πειθοιντο μοι ἁπαντες, το μεν Ὁμηρικον καταλυοντες δογμα, το δε θειον περι βασιλειας τηρȣντες, και το τον βασιλεα τιμαν φυλαττοντες· και το ὡς ἐν ὑποθεσει γε τοιαυτῃ, ȣ̓τε μονος ὁ βασιλευς καταλειφθησεται, ȣ̓τ' ἐρημος ἐςαι· ȣ̓τε τα ἐπι γης ἐπι τοις ἀνομωτατοις και ἀγριωτατοις βαρβαροις ἐςαι. εἰ γαρ, ὡς λεγει Κελσος, το αὐτο μοι ποιησειαν ἁπαντες· δηλονοτι και οἱ βαρβαροι, τῳ λογῳ τȣ θεȣ προσελθοντες, νομιμωτατοι ἐσονται, και ἡμερωτατοι, και πασα μεν θρησκεια καταλυθησεται, μονη δε ἡ Χριςιανων κρατησει· ἡτις και μονη ποτε κρατησει, τȣ λογȣ ἀει πλειονας νεμομενȣ ψυχας.

Εἰτα ἑαυτȣ μη ἀκȣσας ὁ Κελσος τα ἀνακολȣθα εἰποντος, τῳ, εἰ γαρ το αὐτο σοι ποιησειαν ἁπαντες, φησιν, ȣ̓ μη δη τȣτο φησεις, ὡς ἀν πεισθεντες σοι Ῥωμαιοι και των νενομισμενων αὐτοις προς θεους τε και ἀνθρωπȣς ἀμελησαντες, τον σον ὑψιςον, ἠ ὁν τινα βȣλει προσκαλεσασθαι, σεβοιντο, καταβας ὑπερμαχειται αὐτων, και ȣ̓δεμιας ἀλλης ἀλκης δεησει. και γαρ προτερον ὁ αὐτος θεος τοις προσεχȣσιν αὐτῳ ταυτα τε και πολυ μειζω τȣτων, ὡς ὑμεις φατε, ὑπισχνȣμενος, ὁρατε ὁσα ὠφελησεν ἐκεινȣς τε και ὑμας. ὡν τοις μεν ἀντι τȣ γης ἁπασης εἰναι δεσποταις, ȣ̓δ' ὁποια τις βωλος ȣ̓δ' ἑςια καταλειπεται· ὑμων δε κἀν πλαναται τις ἐτι λανθανων, ἀλλα ζητειται

προς

bulis legitur, dejecti filius, qui patrem deturbavit e ſolio, conſtituit Reges, quantumvis hoc loco allegorias comminiſcantur; ſed rerum omnium moderator Deus novit quomodo diſpenſet quæ ad Regum conſtitutionem pertinent. Dogma igitur iſtud convellimus, *Cui dedit filius Saturni verſuti*, gnari Deum aut Dei patrem nihil obliquum & tortuoſum velle. Sed minime dogma convellimus de Providentia, & iis quæ ſive præcipue ſive per quædam conſequentia facit. Neque etiam *meritas pœnas repetet Rex* ex nobis, ſi negantes regnum illi a Saturni verſuti filio datum fuiſſe, affirmamus datum eſſe ab eo qui Reges conſtituit & regno ſpoliat. Atque utinam imitentur me omnes, & ſpreto Homeri dogmate, divinum de Regum conſtitutione admittant, & præcepto honorandi Reges pareant: hoc poſito, *Rex* nec *ſolus & deſertus relinquetur*, nec *ea quæ in terra ſunt in impiorum & agreſtiſſimorum Barbarorum ditionem venient.* Nam ſi, ut loquitur Celſus, idem omnes ac ego facerent, procul dubio Barbari ad Dei verbum accedentes juſtiſſimi & manſuetiſſimi fierent, omne cultus genus deſtrueretur, ſola vigeret chriſtianorum religio; quod quidem aliquando futurum eſt, cum iſta religio plures ſibi in dies animas comparet.

69. Deinde non advertens Celſus dicere ſe quæ huic ejus dicto repugnant: *Idem ſi omnes ac tu facerent*, ait: *Certe non dixeris, ſi Romani tibi fidem habentes, neglectis omnibus quæ ſibi erga Deos & homines præſcripta fuerunt officiis, tuum illum Excelſum aut quovis eum nomine appellari placeat, colerent; deſcenſurum illum eſſe & pro eis pugnaturum, nullo alio indigentem auxilio. Nam idem ille Deus olim ſibi devotis hæc & his multo majora pollicitus, ut vos dicitis, videte quantum illis & vobis profuerit. His, nedum univerſa terra ſint Domini, ne gleba quidem & domuncula reliqua facta eſt; & e vobis ſi quis adhuc errat latitatque, morte plectendus quæritur.* Quoniam

m vero ex hypotheſi quærit quid accideret, ſi Ro-
ıi chriſtianam religionem amplecterentur & ſpretis
e ſtatuunt quid erga Deos & erga homines obſer-
ıdum ſit, legibus, Excelſum colerent, audi quæ-
n hac de re noſtra ſit ſententia. Dicimus, *ſi duo* nobis *conſenſerint ſuper terram de omni re quamcum-* *petierint, illis factum iri a* juſtorum *patre qui in* *'s eſt.* Delectatur enim Deus animalium rationis ticipum conſenſione, & diſſenſionem averſatur. id exiſtimandum eſt ſi non ſolum pauci, ut nunc, omnes Romanorum imperio ſubditi conſentirent? ıces enim ferrent illi Verbo quod olim Judæis quos ;yptii perſequebantur, dixit: *Dominus pugnabit pro* *is, & vos tacebitis:* & ſic unanimi conſenſu precati lto plures poſſent debellare hoſtes, quam Moyſis Deum clamantis & cum eo deprecantium oratio ɪfligavit. Jam quod ſuæ legis obſervantibus polli-ɪs eſt Deus, ſi non præſtitum eſt, hujus rei cauſa ɪ eſt quod fidem Deus fefellerit; ſed quod promiſ- perficere debebat ea conditione, ut legem ſerva-ıt & ex lege viverent. Quod ſi Judæis qui his con-ionibus promiſſa acceperant, ne gleba quidem, aut muncula reliqua facta ſit; culpa cum in omnia eo-n crimina, tum in illud quod in Jeſum perpetrave-, conferenda eſt.

70. Sed Romani, ſi, quod ponit Celſus, fidem ɔerent, precibus devincerent hoſtes, aut potius llos unquam hoſtes experirentur, utpote quos cu-diret divina illa poteſtas, quæ propter quinquagin-uſtos totas quinque urbes ſervare incolumes polli-a fuerat. Revera enim homines Dei ſal ſunt, quo vatur hujus mundi conſtitutio; & hujus terræ res ſtant quamdiu ſal ille non corrumpitur: *Nam ſi ſal* *atuatum fuerit, neque in terram, neque in ſterquili-* *ım utile eſt, ſed foras miſſum conculcabitur ab homini-* *r. Qui habet aures,* quo ſenſu hæc dicantur, *audiat.*

ἐξουσιαν την του διωκειν ἡμας, διωκομεθα· ὁτε δ' ὁ Θεος βουλεται τουθ' ἡμας μη πασχειν, και ἐν μισουντι ἡμας τῳ κοσμῳ παραδοξως εἰρηνην ἀγομεν, και θαῤῥουμεν ἐπι τῳ εἰποντι, θαρσειτε, ἐγω νενικηκα τον κοσμον. και ἀληθως νενικηκε τον κοσμον, διοπερ εἰς ὁσον νικησας αὐτον βουλεται, λαβων ἀπο του πατρος το νικαν τον κοσμον· θαῤῥουμεν δε τη ἐκεινου νικη. εἰ δε βουλεται παλιν ἡμας ἀθλειν και ἀγωνιζεσθαι ὑπερ εὐσεβειας· ἡκετωσαν ἀνταγωνισαι, προς οὑς ἐρουμεν, παντα ἰσχυω ἐν τῳ ἐνδυναμουντι με Χριστῳ Ιησου τῳ κυριῳ ἡμων. και γαρ δυο στρουθιων πιπρασκομενων, ὡς ὠνομασεν ἡ γραφη, ἀσσαριου, ἐν εἰς παγιδα οὐ πιπτει ἀνευ του ἐν οὐρανοις πατρος. και ἐπι τοσουτον παντα ἡ θεια περιειληφε προνοια, ὡς μηδε τας τριχας της κεφαλης ἡμων ἐκπεφευγεναι το ὑπ' αὐτου ἠριθμησθαι.

Εἰτα παλιν, ὡς ἐθος τῳ Κελσῳ, φυρει ἐν τοις ἑξης, λεγων ἁ οὐδεις ἡμων ἀνεγραψε, και φησι τοιαυτα, οὐ μην οὐδε ἐκεινο ἀνεκτον σου λεγοντος, ὡς, ἀν οἱ νυν βασιλευοντες ἡμων σοι πεισθεντες ἁλωσι, τους αὐθις βασιλευοντας πεισεις· εἰτ' ἀλλους, ἀν κἀκεινοι ἁλωσι, και ἀλλους ἐπ' ἀλλοις, μεχρι παντων των σοι πειθομενων ἁλισκομενων· ἁμα τις ἀρχη σωφρονησασα, και προειδομενη το συμβαινον, παντας ὑμας, πριν αὐτην προαπολεσθαι, παγγενει διολεσει. ἐπει δε προς τουτων οὐκ ἐρει λογος, οὐ γαρ λεγει τις ἡμων περι των νυν βασιλευοντων· ὁτι ἐαν πεισθεντες ἁλωσι, τους μετ' αὐτους παλιν πεισομεν, κἀκεινων ἁλοντων, παλιν τους ἑξης πεισομεν. ποθεν δε και ἀπεῤῥιψεν, ὁτι κατα διαδοχην ἀει των ὑστερων πειθομενων ἡμιν και ἁλισκομενων, δια το μη ἀμυνεσθαι τους πολεμιους, μια τις ἀρχη σωφρονησασα, και προειδομενη το συμβαινον, παγγενει ἡμας διολεσει; ἀλλ' ἐοικε φλυαριας ἐν τουτοις ἑξης συναπτων, και τουτ' ἀφ' ἑαυτου ἀπεῤῥοιβδηκεναι.

Μετα

Ac nos quidem, cum tentanti Deus dat nos perſequendi poteſtatem, perſequutionem patimur; cum autem vult nos Deus ab illa immunes eſſe, vel in medio mundo nos odio habente pacem agimus incredibilem, confiſi tutela ejus qui dixit, *Confidite, ego vici mundum.* Et revera vicit mundum, & propterea tamdiu poteſtatem habet mundus quamdiu vult ejus victor, qui illius vincendi accepit a Patre poteſtatem. Hac ejus victoria confidimus. Quod ſi nos rurſus in certamen venire & pietatis cauſa decertare voluerit, accedant hoſtes; iſtud ex nobis audient: *Omnia poſſum in eo, qui me confortat Chriſto Jeſu Domino noſtro.* Nam *ex duobus paſſeribus qui aſſe veneunt, unus in laqueum non cadit ſine Patre qui in cœlis eſt:* & adeo omnia complexa eſt divina Providentia, ut ab illa vel capilli noſtri capitis numerati ſint.

71. Deinde rurſum Celſus pro more ſuo miſcens omnia, refert quæ nemo noſtrum ſcripſit. Ejus verba ſunt: *Veſtrum adhuc eſt iſtud minime ferendum, ſi qui nunc regnant, tibi creduli ab hoſtibus capti fuerint, idem te perſuaſurum aliis eorum ſucceſſoribus, & rurſum aliis poſtquam ipſi capti fuerint, aliis iterum atque aliis, donec omnibus, qui tibi fidem habuiſſent captis, prudens aliquis princeps & præſentiens quid futurum eſſet, vos omnes ante delebit funditus quam ipſe pereat.* Ad hæc reſpondere non opus eſt; cum nemo noſtrum dicat, ſi qui nunc regnant, a nobis perſuaſi & capti fuerint ab hoſtibus, idem nos poſtea perſuaſuros eſſe aliis, & ſi iſti capti fuerint, aliis iterum atque aliis. Sed unde etiam iſtud projicit, ſi principes, ſemper ex ſucceſſione quadam alius poſt alium, nobis obtemperaverint & capti fuerint quod hoſtes non repulerint, tandem unum aliquem exoriturum eſſe prudentem & quid futurum ſit præſentientem, qui nos funditus deleat? Sed hic ineptias conſuere easque omnes a ſeipſo hauſtas eructare mihi videtur.

Μετα δε ταυτα ευχην τινα ειπων την, ει γαρ δη οιον τε ως ενα συμφρονησαι νομον τȣς την Ασιαν, και Ευρωπην, και Λιβυην κατοικουντας Ελληνας τε και βαρβαρȣς, αχρι περατων νενεμημενους, αδυνατον τȣτο νομισας ειναι· επιφερει, ότι ό τȣτο οιομενος οιδεν ȣδεν. ει δε χρη και τȣτ' ειπειν, λελεξεται ολιγα εις τον τοπον, δεομενον πολλης εξετασεως και κατασκευης, εις το φανηναι ȣ μονον δυνατον, αλλα και αληθες το λεγομενον περι τȣ εις ενα συμφρονησαι νομον παν το λογικον. οι μεν ȣν απο της Στοας, επικρατησαντος ως οιοντε τȣ ισχυροτερȣ των αλλων ςοιχειȣ, την εκπυρωσιν εσεσθαι παντων εις πυρ μεταβαλλοντων. ήμεις δε της λογικης φυσεως φαμεν όλης κρατησαι ποτε τον λογον, και μεταποιησαι πασαν ψυχην εις την εαυτȣ τελειοτητα· επαν εκαςος ψιλη χρησαμενος τη εξȣσια ελητai ά βȣλεται, και γενηται εν οις ειλετο· και φαμεν, ότι ȣκ εςιν εικος, ώσπερ επι των εν τοις σωματι νοσηματων και τραυματων τινα των συμβαινοντων ισχυροτερα εςι πασης ιατρικης τεχνης· ȣτως επι των ψυχων ειναι τι των αποκακιας, αδυνατον υπο τȣ επι πασι λογȣ και θεȣ θεραπευθηναι. παντων γαρ των εν τη ψυχη κακων δυνατωτερος ων ό λογος, και ή εν αυτω θεραπεια, προσαγει κατα βȣλησιν θεȣ εκαςω αυτην· και το τελος των πραγματων αναιρεθηναι εςι την κακιαν· ποτερον δε, ώςε μηδαμη μηδαμως ετι αυτην επιτραπηναι δυνασθαι, η μη· ȣ τȣ παροντος εςι λογȣ διδαξαι. πολλα μεν ουν αι προφητειαι περι της παντελȣς αναιρεσεως των κακων, και διορθωσεως πασης ψυχης, εν αποῤῥητοις λεγȣσιν· αρκει δ' επι τȣ παροντος παραθεσθαι την απο τȣ Σοφονιȣ λεξιν ȣτως εχȣσαν, ετοιμαζȣ, ορθρισον· διεφθαρται πασα ή επιφυλλις αυτων, δια τȣτο υπομεινον με, λεγει κυριος, εν ήμερα αναςασεως μȣ, εις μαρτυριον· διοτι το κριμα μȣ εις συναγωγας εθνων, τȣ εισδεξασθαι βασιλεις, τȣ εκχεαι επ' αυτȣς πασαν οργην θυμȣ μȣ. εν γαρ πυρι ζηλȣ μȣ καταναλωθησεται πασα ή γη· ότι τοτε μεταςρεψω επι λαους γλωσσαν εις γενεαν αυτης, τȣ επικαλεισθαι παντας το ονομα κυριȣ, τȣ δȣλευειν αυτω

υπο

72. Poſtea facta ejusmodi voti ſpecie: *Si fieri poſſet, ut omnes Aſiæ, Europæ, Libyæ habitatores Græci & Barbari uſque ad extremos terræ fines, in unam legem conſentirent*, ſed impoſſibile iſtud judicans addit: *Qui hoc putat, nihil novit.* Hic multa meditatione multisque verbis opus eſſet, ut probaretur non ſolum fieri poſſe, ſed etiam revera futurum eſſe, ut quidquid rationis eſt particeps in unam legem conveniat. Paucis tamen, ſi ita oportet, hac de re diſſeram. Ac Stoici quidem aiunt, cum elementorum validiſſimum prævalebit, tum futuram eſſe conflagrationem, rebus omnibus in ignem converſis. At nos aſſerimus Verbum ſibi naturas omnes ratione præditas eſſe ſubacturum, & in ſuam ipſius perfectionem mutaturum: quando unusquisque nuda ſua poteſtate uſus eliget quæ volet, & obtinebit quæ elegerit. Nam inter corporum morbos & vulnera, ſunt quædam quidem, quibus ars medicinæ mederi non poſſit; ſed in animarum vitiis negamus ullum eſſe, quod a ſupremo Verbo & Deo curari nequeat. Verbum enim ejusque remedia omnibus animæ morbis potentiora ſunt, eaque unicuique pro Dei placito admovet. Omnium rerum finis erit vitiorum abolitio; utrum autem ita ſint abolenda, ut nunquam ulla ex parte renaſci poſſint, nec-ne, præſentis ſermonis non eſt docere. Quod ad integram vitiorum abolitionem, omnisque animæ emendationem attinet, utramque multæ prophetiæ obſcuris verbis exprimunt: ſed impræſentiarum ſatis erunt hæc Sophoniæ verba: *Paratus eſto, mane vigila: diſperierunt omnes racemi eorum. Quapropter exſpecta me, dicit Dominus, in die reſurrectionis meæ in teſtimonium, quia judicium meum ut congregem gentes & ſuſcipiam reges, ut effundam ſuper eos omnem indignationem furoris mei. In igne enim zeli mei devorabitur omnis terra. Quia tunc convertam ſuper populos linguam in generationem ejus, ut invocent omnes nomen Domini, & ſerviant ei*

ſub

[illegible] ἑνα. ἐκ περατων ποταμων Αἰθιοπιας θυσουσι θυσιας μοι. ἐν τῃ ἡμερᾳ ἐκεινῃ, ὐ μη καταισχυνθῃς ἐκ παντων των ἐπιτηδευματων σῳ, ὧν ἠσεβησας εἰς ἐμε· ὁτι τοτε περιελω ἀπο σῳ τα φαυλισματα της ὑβρεως σῳ, και ὀυκετι μη προσθῃς τῳ μεγαλαυχησαι ἐπι το ὀρος το ἁγιον μου. και ὑπολειψομαι ἐν σοι λαον πραυν και ταπεινον· και εὐλαβηθησονται ἀπο τῳ ὀνοματος κυριῳ οἱ καταλοιποι τῳ Ισραηλ, και ὐ ποιησῳσιν ἀδικιαν, και ὐ λαλησουσι ματαια, και ὐ μη εὑρεθῃ ἐν τῳ ςοματι αὐτων γλωσσα δολια· διοτι αὐτοι νεμησονται, και κοιτασθησονται, και ὐκ ἐςαι ὁ ἐκφοβων αὐτους. ὁ δυναμενος δ', ὡς ταυτα ὁλα μεν κατανοησας, την σαφηνειαν της προφητειας παραςησατω, μαλιςα δ' ἐξετασατω, τι το, ἀναλωμενης πασης της γης, μεταςραφηναι ἐπι λαους γλωσσαν εἰς γενεὰν αὐτης, ἀναλογον τοις προ της συγχυσεως πραγμασι· και κατανοησατω, τι το ἐπικαλεισθαι παντας το ὀνομα κυριῳ, τῳ δουλευειν αὐτῳ ὑπο ζυγον ἑνα, ὡς περιαιρεθηναι τα της ὑβρεως φαυλισματα, και μηκετι εἰναι ἀδικιαν, μηδε λογους ματαιους, μηδε γλωσσαν δολιαν. ταυτα δ' ἐδοξε μοι μετριως, και ὐ μετα της ἀκριβῳς διηγησεως, παραθεσθαι, δια την Κελσῳ λεξιν, οἰομενῳ το συμφρονησαι τῳς την Ασιαν, και Ευρωπην, και Λιβυην, Ελληνας τε και βαρβαρῳς οἰκουντας, ἀδυνατον εἰναι. και ταχα ἀληθως ἀδυνατον μεν το τοιῳτον τοις ἐτι ἐν σωματι, ὐ μην ἀδυνατον και ἀπολυθεισιν αὐτῳ.

Εἰθ' ἑξης προτρεπεται ἡμας ὁ Κελσος ἀρηγειν τῳ βασιλει παντι σθενει, και συμπονειν αὐτῳ τα δικαια, και ὑπερμαχειν αὐτῳ, και συςρατευειν αὐτῳ ἀν ἐπειγῃ και συςρατηγειν. λεκτεον δε και προς ταυτα, ὁτι ἀρηγομεν κατα καιρον τοις βασιλευσι θειαν, ἰν' ὐτως εἰπω, ἀρηξιν, και πανοπλιαν ἀναλαμβανοντες θεῳ. και ταυτα ποιῳμεν, πειθομενοι ἀποςολικῃ φωνῃ, λεγουσῃ, παρακαλω ὐν ὑμας πρωτον ποιεισθαι δεησεις, προσευχας, ἐντευξεις, εὐχαριςιας, ὑπερ παντων ἀνθρωπων, ὑπερ βασιλεων, και παντων των ἐν ὑπεροχῃ ὀντων. και ὁσῳ γε τις εὐσεβεςερος ἐςιν, τοσῳτῳ ἀνυτικωτερος ἐν τῳ ἀρηγειν

τοις

ſub jugo uno. Ex finibus fluminum Æthiopiæ ſuſcipiam diſperſos meos, mactabunt victimas mihi. In die illa non confunderis ex omnibus adinventionibus tuis, quibus prævaricata es in me; quia tunc auferam a te irriſionem contumeliæ tuæ, & ultra non adjicies exaltari amplius in monte ſancto meo. Et derelinquam in te populum manſuetum & humilem, & reverebuntur nomen Domini qui reliqui fuerint ex Iſraël, & non facient iniquitatem, & non loquentur vana, & non invenietur in ore eorum lingua doloſa: quoniam ipſi paſcentur & accubabunt, & non erit qui illos exterreat. Qui hæc omnia intelligere potuerit, illam is prophetiam explicet. Inquirat maxime quid iſtud ſignificet, conſumta omni terra, *converſum iri ſuper populos linguam in generationem ejus*, cujusmodi erat ante *confuſionem*. Hæc etiam conſideret, Domini nomen ab omnibus invocatum iri, ut ſerviant ei omnes ſub jugo uno, & auferatur contumeliæ irriſio, nec amplius ſit iniquitas, nec ſermones vani, nec lingua doloſa. Atque hæc paucis, non vero diligenti enarratione, proponere viſum eſt, ut Celſi refutaretur ſententia, opinantis fieri non poſſe, ut qui Aſiam, Europam, & Libyam incolunt Græci & Barbari, in unam legem conſentiant. Ac fortaſſe id facere non poſſunt, qui degunt adhuc in corpore; ſed poterunt cum liberati corpore fuerint.

73. Deinde nos Celſus hortatur *ut regi totis viribus opem feramus, in juſtorum ejus laborum partem veniamus, arma pro illo capiamus, &, ſi ita poſtulat, ſub illo militemus, & cum illo ducamus exercitum.* Ad hæc dicendum, regi nos in loco ſuppetias ferre, ſed divinas, ut ita loquar, *indutos armatura Dei*; idque facimus huic apoſtolicæ voci obtemperantes: *Obſecro igitur primum fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in ſublimitate ſunt*: & quo quis magis pietate præſtat, eo validius auxilium regibus fert, plusque

τοις βασιλευουσι παρα τους εἰς τας παραταξεις ἐξιο
ϛρατιωτας, και ἀναιρουντας οὓς ἂν δυνωνται των π
μιων. εἶτα δε και ταυτ᾽ εἴποιμεν ἂν προς τους ἀλλο
τους πιϛεως, και ἀξιουντας ἡμας ϛρατευεσθαι ὑπερ τε
νου, και ἀνθρωπους ἀναιρειν· ὅτι και οἱ καθ᾽ ὑμας
ἀγαλματων τινων, και νεωκοροι ὧν νομιζετε θεων,
ρουσιν ἑαυτων ἀμιαντον την δεξιαν, δια τας θυσιας
ἀναιμακτοις χερσι, και καθαραις ἀπο φονων, προσα
σι τας νενομισμενας θυσιας οἷς φατε θεοις· και οὐ δη
πολεμου καταλαβοντος, και τους ἱερεις ϛρατευετε. ε
τουτ᾽ εὐλογως γινεται. ποσῳ μαλλον, ἀλλων ϛρατευ
των, και οὗτοι ϛρατευονται ὡς ἱερεις του θεου και θερα
ται· καθαρας μεν τηρουντες τας δεξιας, ἀγωνιζοι
δε δια των προς θεον εὐχων, ὑπερ των δικαιως
τευομενων, και ὑπερ του δικαιως βασιλευοντος, ἱνα
ἐναντια παντα, και ἐχθρα τοις δικαιως πραττουσι,
θαιρεθῃ. ἡμεις δε και ταις εὐχαις παντας δαιμονας,
ἐγειροντας τα πολεμικα, και ὁρκους συγχεοντας, κα
εἰρηνην ταρασσοντας, καθαιρουντες, μαλλον βοηθ
τοις βασιλευουσιν, ἤπερ οἱ δοκουντες ϛρατευεσθαι.
πονουμεν δε τοις κοινοις πραγμασιν, οἱ μετα δικαιος
ἀναφεροντες προσευχας, συν ἀσκησεσι και μελεταις
διδασκουσαις καταφρονειν ἡδονων, και μη ἀγεσθαι ὑπ᾽
των. ἡμεις και μαλλον ὑπερμαχουμεν του βασιλεως·
οὐ συϛρατευομεθα μεν αὐτῳ. κἂν ἐπειγῃ· ϛρατευομ
δε ὑπερ αὐτου, ἰδιον ϛρατοπεδον εὐσεβειας συγκροτ
τες, δια των προς το θειον ἐντευξεων.

Εἰ δε βουλεται ἡμας ὁ Κελσος και ϛρατηγειν ὑπερ
τριδος· ἰϛω ὅτι και ταυτα ποιουμεν, οὐ προς το βλεπε
ὑπο των ἀνθρωπων, και κενοδοξειν ἐπ᾽ αὐτων, τα
πραττοντες. ἐν γαρ τῳ κρυπτῳ ἡμων, κατ᾽ αὐτο το
μονικον, εὐχαι εἰσιν, ἀναπεμπομεναι ὡς ἀπο ἱερεων,
των ἐν τῃ πατριδι ἡμων. Χριϛιανοι δε μαλλον εὐεργετ
τας πατριδας, ἢ οἱ λοιποι των ἀνθρωπων, παιδευο
τους πολιτας, και εὐσεβειν διδασκοντες εἰς τον των ὁ
θεον, ἀναλαμβανοντες εἰς θειαν τινα και ἐπουρανιον π

του

facit quam euntes in aciem milites, qui hoſtes, quotquot poſſunt, interficiunt. Præterea ad eos qui a noſtra fide alieni poſtulant ut arma publicæ utilitatis cauſa ſumamus, & homines trucidemus, hæc poſſumus reſpondere: quos apud vos habetis ſimulacrorum quorumdam ſacerdotes & veſtrorum deorum æditúos, ſuas illi manus incruentas ſervant, ut ne ſanguinolentis & cæde pollutis manibus diis veſtris victimas offerant: unde nec inſtante bello illos dare militiæ nomen jubetis. Id ſi jure fit, quanto magis cum & iſti, aliis bellum gerentibus, militant, ut Dei ſacerdotes & miniſtri, intaminatas quidem ſervantes manus, decertantes vero fuſis ad Deum precibus pro iis qui juſte belligerantur, & pro eo qui juſte regnat, ut quidquid contrarium & inimicum eſt juſte facientibus, profligetur. Sic etiam cum dæmones, qui bella ſuſcitant & ad fœdera violanda impellunt pacemque perturbant, precibus profligamus, magis auxilio ſumus regnantibus, quam qui geſtare arma videntur. In laborum quoque ſocietatem reipublicæ cauſa venimus, dum juſtis precibus adjungimus exercitia & meditationes, quæ docent aſpernari voluptates & eis nos non tradere. Sed & plus cæteris pro Imperatore pugnamus. Non equidem ſub illo militamus, etiamſi nos ad id cogeret; ſed pro illo militamus, cum ſeorſim pietatis caſtra fuſis ad Deum precibus collocamus.

74. Quod ſi velit Celſus duci etiam a nobis exercitum ad tutandam patriam, ſciat idipſum quoque a nobis fieri, ſed non ut ab hominibus videamur & inde gloriolam captemus. Nam *in abſcondito* noſtro & intima mente, quaſi ſacerdotes, fundimus ad Deum preces pro concivium noſtrorum ſalute. Quin patriæ magis proſunt Chriſtiani, quam reliqui homines. Suos enim cives erudiunt, pietatem in univerſorum Deum docent, & in divinam quamdam ac cæleſtem civitatem evehunt eos, qui in minimis iſtis civitatibus recte vi-

τους ἐν ταις ἐλαχισταις πολεσι καλως βιωσαντας· προς ους λεγοιτο ἀν· ἐν ἐλαχιστῃ πολει πιστος ἐγενου, ἡκε και ἐπι την μεγαλην· ὁπου Θεος ἐστη ἐν συναγωγῃ θεων, ἐν μεσῳ δε θεους διακρινει· και σε συναριθμων αὐτοις, ἐαν μηκετι ὡς ἀνθρωπος ἀποθνησκῃς, μηδ᾽ ὡς εἱς των ἀρχοντων πιπτῃς.

Προτρεπει δ᾽ ἡμας Κελσος και ἐπι το ἀρχειν της πατριδος, ἐαν δεῃ και τουτο ποιειν ἑνεκεν σωτηριας νομων και εὐσεβειας. ἡμεις δε ἐν ἑκαστῃ πολει ἀλλο συστημα πατριδος, κτισθεν λογῳ Θεου, ἐπισταμενοι, τους δυνατους λογῳ και βιῳ ὑγιει χρωμενους ἐπι το ἀρχειν ἐκκλησιων παρακαλουμεν· οὐκ ἀποδεχομενοι μεν τους φιλαρχους, βιαζομενοι δε τους δια πολλην μετριοτητα την κοινην φροντιδα της ἐκκλησιας του Θεου μη βουλομενους προπετως ἀναδεξασθαι. και οἱ καλως ἀρχοντες ἡμων βιασθεντες ὑπαρχουσι, του μεγαλου βασιλεως ἀναγκαζοντος· ὁν πεπεισμεθα εἰναι υἱον Θεου, λογον Θεον. και εἰ καλως ἀρχουσιν οἱ ἀρχοντες ἐν τῃ ἐκκλησιᾳ, της κατα Θεον πατριδος, λεγω δε της ἐκκλησιας λεγομενοι προσταται, ἢ και ἀρχουσι κατα τα ὑπο του Θεου προστεταγμενα, οὐδεν παρα τουτο μολυνονται ὑπο των θετων νομων. και οὐ φευγοντες γε τας κοινοτερας του βιου λειτουργιας χριστιανοι τα τοιαυτα περιϊστανται· ἀλλα τηρουντες ἑαυτους θειοτερᾳ και ἀναγκαιοτερᾳ λειτουργιᾳ ἐκκλησιας Θεου, ἐπι σωτηριᾳ ἀνθρωπων. και ἀναγκαιως ἁμα και δικαιως ἡγουμενοι, και παντων πεφροντικοτες, των μεν ἐνδον, ἱν᾽ ὁσημεραι βελτιον βιωσι· των δε δοκουντων ἐξω, ἱνα γενωνται ἐν τοις σεμνοις της θεοσεβειας λογοις και ἐργοις· και οὑτω Θεον ἀληθως σεβοντες, και πολλους, ὁση δυναμις, παιδευοντες, ἀνακραθωσι τῳ του Θεου λογῳ και τῳ θειῳ νομῳ· και οὑτως ἑνωθωσι τῳ ἐπι πασι Θεῳ, δια του ἑνουντος αὐτῳ υἱου Θεου λογου, και σοφιας, και ἀληθειας, και δικαιοσυνης, παντα τον προτετραμμενον ἐπι το κατα Θεον ἐν πασι ζῃν.

Εχεις

vunt, quibusque dici poſſit: *In minima fuiſti fidelis, veni ad magnam*, ubi *Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos dijudicat*, teque illis annumerat, modo ne amplius *ſicut homo moriaris, & ſicut unus de principibus cadas.*

75. Nos etiam *ad magiſtratus pro patria gerendos* hortatur Celſus, *ſi ad tuendas leges pietatemque id facto opus eſt.* Sed nos qui ſcimus in ſingulis civitatibus aliam eſſe patriam a Verbo Dei conſtitutam, eos ut Ecceleſias regant hortamur, qui potentes ſermone & quorum mores ſani ſunt. Qui dignitates amant, eos repudiamus; cogimus vero illos qui præ multa modeſtia communem Eccleſiæ curam in ſe facile recipere nolunt. Itaque qui nobis ſapienter præſunt, id illi coacti faciunt, coacti inquam a magno illo Rege, quem Dei filium Deumque Verbum eſſe perſuaſum nobis eſt. Quod ſi qui in Eccleſia præſunt, hoc eſt Eccleſiæ vocati Antiſtites, illi quæ ſecundum Deum eſt patriæ, recte præſunt, aut ex præſcriptis a Deo legibus præſunt, propterea illi nullo modo ab humanis contaminantur legibus. Neque etiam ea cauſa Chriſtiani magiſtratus recuſant, quod publica vitæ munia refugiant; ſed quod ſe diviniori & magis neceſſario Eccleſiæ miniſterio ad hominum ſalutem ſervent. Neceſſarium ſimul & juſtum hoc miniſterium eſt. Omnium curam gerunt; eorum quidem qui ſunt intus, ut in dies melius vivant; eorum vero, qui ſunt extra, ut loquantur & faciant quæ pietate digna ſunt, ſicque Deum vero cultu proſequentes & quam plurimos poſſunt erudientes, toti Verbo Dei divinaque lege imbuti ſint, & ſummo Deo conſocientur per ejus filium, Deum Verbum, & ſapientiam, & veritatem & juſtitiam, qui Deo conjungit quisquis in omnibus vitam Dei legibus conſentaneam tranſigere ſtatuit.

Εχεις δ' ἐν τουτοις, ἱερε Αμβροσιε, το τελος, κατα την παρουσαν ἡμιν και δοθεισαν δυναμιν, των προσεταγμενων ὑπο σου. και περιεγραψαμεν ἐν ὀκτω βιβλιοις παντα, ὁσα πρεπον εἰναι ἐνομισαμεν ὑπαγορευσαι προς τον ἐπιγεγραμμενον Κελσου ἀληθη λογον. του δ' ἐντυγχανοντος ἐστι τῳ ἐκεινου συγγραμματι, και οἱς ἡμεις κατ' αὐτου κατηγορησαμεν, κρῖναι ὁποτερα μαλλον πνει του ἀληθινου θεου, και του τροπου της εἰς αὐτον εὐσεβειας, και της εἰς ἀνθρωπους φθανουσης ὑγιων δογματων προτρεπομενων ἐπι τον ἀριστον βιον ἀληθειας. ἰσθι μεν τοι ἐπαγγελλομενον τον Κελσον ἀλλο συνταγμα μετα τουτο ποιησειν, ἐν ᾡ διδαξειν ἐπηγγειλατο, ὁπη βιωτεον τοις βουλομενοις αὐτῳ και δυναμενοις πειθεσθαι. εἰ μεν οὐν οὐκ ἐγραψεν ὑποσχομενος τον δευτερον λογον, εὐ ἀν ἐχοι ἀρκεισθαι ἡμας τοις ὀκτω προς τον λογον αὐτου ὑπαγορευθεισι βιβλιοις· εἰ δε κἀκεινον ἀρξαμενος συνετελεσε, ζητησον, και πεμψον το συγγραμμα, ἱνα και προς ἐκεινο, ἁπερ ἀν ὁ της ἀληθειας διδῳ ἡμιν πατηρ, ὑπαγορευσαντες, και την ἐν ἐκεινῳ ψευδοδοξιαν ἀνατρεψωμεν· εἰ δε που τι ἀληθες λεγεται, τουτῳ ἀφιλονεικως, ὡς καλως εἰρημενῳ, μαρτυρησωμεν.

ΤΕΛΟΣ.

Δοξα σοι, ὁ Θεος ἡμων, δοξα σοι.

76. Habes in his, pie Ambroſi, eorum finem quæ, quantum præſens & data facultas tulit, tuo juſſu ſum exſecutus. Octo libris complexus ſum quidquid contra Celſi *ſermonem verum* ſcribere operæ pretium judicavi. Nunc erit ejus qui illius ſcriptionem noſtramque defenſionem leget, dijudicare, in utra plus veri Dei, plus veræ in eum pietatis, plus ſpiret illius veritatis, quæ ſanis dogmatis homines ad optimam vivendi rationem inſtituit. Scito tamen aliud opus a Celſo promiſſum fuiſſe, quo ſe docturum pollicebatur, quomodo vivere oporteret eos, qui fidem ipſi habere vellent & poſſent. Quod ſi de ſecundo illo opere non liberavit fidem, his octo contra primum libris contentos nos eſſe non incommodum fuerit. Sin ſecundum illud incepit perfecitque; quæſitum ad me mittendum curato, ut ad illud quæ nobis veritatis pater dederit reſpondentes, quas continebit falſas opiniones refellamus; aut ſi quid verum afferat, illud nullo contentionis ſtudio ut recte dictum comprobemus.

FINIS.

Gloria tibi, Deus noſter, gloria tibi.

Pauca errata ſic corrige.

Pag. 133. lin. [illegible] captiverit, *lege*, captivaverat.

155. - 20. quo qua.

9. 327. - 10. *poſt* de lapide, *adde*, qui

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
REFERENCE DEPARTMENT

This book is under no circumstances to be taken from the Building

form 410